
PO

POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII, NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN II. PARS I.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

NOTAE CRITICAE

IN

POMPONIVM MELAM

PARS I.

COMPLECTENS

LIBRVM I.

PROOEMIVM.

Codices et editiones veteres hanc vocem aut ignorant, aut varie efferunt. Sic Parif. 1. 2. Rehdiger. edd. 19. 20. *proemium*, ed. 10. *prohoeminm*, 7, 8. *prohemium*. Cd. Zalufc. *Prologus*, ex quo adparet, dubiam effe incertaeque fidei eam vocem et a librariis arbitrario delectu adpofitam. *Praefationem* etiam recte dixeris. Retinui tamen *prooemium* ab editionibus etiam recentioribus acceptum, cum iufta mutandi caufa non adeffet. Poterat etiam aliorum codicum exemplo omiffa infcriptione ipfa Melae oratio prodire. Eadem diverfitas obfervatur in infcriptionibus et diftinctionibus capitum.

§. 1. *fitum*) Codd. Havn. Parif. 2. *fitus*, uti 1. 4. 5. *oras fitusque dicturo.* Et fic paffim fingularis et pluralis omnino variantur in libris, veluti apud Ciceron. in Catilin. 4, 4. *hominem* et *homines*, de provinc. confular. c. 5. *hoftem* et *hoftes*, Nepot. in Datame c. 10. *provinciam* et *provincias*, ubi vid. Bofius, ut plura alia loca taceam. Sed in altero Melae loco *fitus* ad praecedens *oras* compofitum eft, in hoc fummam omnino complectitur. Nec alii codd. et edd. veteres a vulgata lectione recedunt. Poft Havn. fubiicit *ineptum opus*, unde ineptum librarium rideas. Nec minus inepte in fequ. Prag. *capax mihi. Conftat* — Vindob. *impedictum opus* et *facundie* pro *facundiae*, uti folet.

gentium) Ita excluſo *ex* legitur in codd. Zaluſc. Pariſ. 1. 2. 3. Rehdiger. Vaticanis. Prag. Vindob. Lipſ. Gud. Mediol. Nunneſii, A Gronovii, quibus ſuos addit Perizonius, Dukerus Oxonienſem. Ignorant etiam edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. Nunniſiana, Iuntinae, Ald. Primum, quod equidem inveni, eam particulam addidit ed. 5. quam ſecutae ſunt 12. 16. 18. 19. 21. 22. 24, aliaeque cum Schotto. Retinuit etiam Voſſius et propagarunt Gronovii, quorum tamen hic in altera editione praeeunte Reinoldio iterum expulit, atque hinc exſulavit in ceteris. Cum utrumque eodem ſenſu dicatur et intelligatur, audiendi ſunt, quod et cenſuit Perizonius, codices et particula illa delenda. Poſt Prag. inter voces *ſere* et *gentium* inſercit *ubique.*

perplexo) Vindob. *prolexo.* Forte *prolixo* dare voluit, aut aberravit alio a bona lectione.

perſequi) Cibin. Prag. *proſequi*, nota confuſione, quae ex ſcribendi compendio nata eſt; exempla in compoſitis ſunt obvia et plurima conlegerunt Muncker. ad Lactantii Placidi narrat. fab. 1. 9. Oudendorp. ad Frontin. 1, 1, 11. Torren. ad Valer. Max. 6, 2. in. Bentlei. ad Horat. Serm. 1, 9, 16. Drakenb. ad Livii epit. 99. Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 90. p. 463. et in ſubplem. p. 581. Staveren. ad Nepot. Alcib. 7, 1. Iaeger. ad Panegyr. vett. T. 2. p. 72. aliique, quos et illi produxerunt. Sic et in noſtro 3, 9, 3. *pervectus* et *provectus;* 3, 9, 6. *perſpici* et *proſpici*, ubi cf. etiam notata. In eodem autem verbo eadem variatio alibi obiicitur, veluti apud Nepot. in Milt. 7, 1. Frontin. in praefat. p. m. 4. ad quos conſulendi Staveren. et Oudendorp. et quos nominant. Saepe quidem verae lectionis ratio, quod recte monet Oudendorpius ad Lucan. 7, 463. a ſolo indicio dirimitur, quod regitur adſcito linguae uſu loci etiam nexu. At nulla hic ſubeſſe poteſt dubitatio,

utrum ſit praeferendum. Ita enim de oratione adhibet optimus quisque. Cf. praeter alios Nepos in praefat. 8. Sic Graeci ponunt διώκω, διέξειμι, διέρχομαι. Pro verbis, *quem perſequi*, Zaluſc. dat, *quae perſequi*, non male, ut ad res ipſas referatur. TZSCHVCKE. Scribo *quod perſequi*. Nam et paullo poſt ſequitur, *quod ſi non ope ingenii orantis*. PINTIANVS. Dixi commodiorem mihi videri lectionem, *quod perſequi*, quam *quem perſequi*, ut illud *quod* referat *opus*, non *ordinem*, quoniam ſequitur paullo poſt: *et quod ſi non ope ingenii orantis*, *at ipſa ſui contemplatione* — Huic ſententiae meae plerique reclamant, et priorem lectionem retinere malunt. Ius ergo liberum optionis eſto, ſequaturque unusquisque, quod ſibi viſum ſit magis ad mentem auctoris accedere. IDEM. Nihil neceſſe eſt in *quod* mutare, cum auctoritate libri calamo exarati, qui cum Lutetiae Melam comparavimus, vulgatam lectionem tuente, tum quod ſenſus per ſe planus eſt, ſi operae, ut iuſſimus, parentheſi haec omnia includant, et ad *ordinem* proxime referatur. SCHOTTVS.

longa) Cod. Cibin. et alius ex quo lectiones variantes notatae ſunt in ed. 27. habent *longum eſt*. In vulgata tamen conſentiunt reliqui, atque ea etiam artiori et concinniori nexu ſeriem orationis continet. In Vindob. exſtat tantum: *longa magis eſt*.

ſi non ope — at) Codices priora verba varie proferunt. Nempe alii *ſine opere*, ut Rehdiger. alii *ſine ope*, uti Pariſ. 1. 2. Gud. Zaluſc. (opinor) Vindob. duo a Voſſio, quod putatur, ad marg. ed. 1522. excerpti omninoque quod Voſſius ſua fide in notis adfirmat, Codd. optimi; alii *ſi non*, Mediolan. Leidenſ. Oxon. Bonon. Prag. (*ſin*) et ex meis ceteri cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. et ſequentibus ad Voſſianam, in qua legitur *ſine ope ingenii orantis ipſa*, cuius lectionem reddidit I. Gronov. in edd. 40. 41. Abr.

Gronovius variavit. Nempe ed. 42. legit *ſine ope — ac ipſa;* ed. 44. *ſine ope — at ipſa;* tandem ed. 45. *ſi non ope — at ipſa*, quod praeiverat Reinoldius et ſecuti ſunt reliqui. Quid dederit Vinetus dubium facit Perizonius, quippe qui adſert, *ſi non*, cui ſuffragatur nota Voſſii, quippe qui Vineti editionem mutationibus ſactis reddiderat. Contra in conlatione ad edit. 44. diligentiſſime facta nihil de variatione monetur. Voſſius quidem praetexit optimos Codices in verbis *ſine ope*, et expuliſſe ſe dicit *at*, quia ſi hoc ἀντίθετον admittatur non cohaereant haec cum ſuperioribus, etſi poſt in appendice ferri etiam poſſe, ſi explicetur *ſaltem, at ſaltem*, non negat. Tuetur tamen utrumque *ſine ope* et τὸ *at* Perizonius, illudque bene recepiſſe Voſſium, hoc male eieciſſe iudicat. Ignoravit, inquit, vel potius non animadvertit primum (nam in appendice prudentius loquitur) maximam eſſe huius particulae emphaſin in oppoſitione in primis poſt *ſi*, *ſin*, et negationem, quae certe ineſt voculae *ſine*. Cicero Famil. 5, 12. *ad properationem meam quiddam intereſt non exſpectare te, dum ad locum venias, at* (*ac* monente etiam Oudendorpio ſine varietatis indicio ibi legitur) *ſtatim cauſam illam totam arripere.* Pro domo c. 50. *eſſes omnia, ſi minus re, at verbis conſecutus.* Liv. 1, 28. *Nunc quoniam inſanabile tuum ingenium eſt, at tu tuo ſupplicio doce humanum genus ſancta credere.* Et cap. 41. *Si tua re ſubita conſilia torpent, at tu mea ſequere!* Vide Gronovium patrem ad Liv. 24, 37. Virgil. Georg. 4, 206. *Ergo ipſas quamvis anguſti terminus aevi Excipiat — At genus immortale manet.* Reſtitui ergo particulam ex Codd. antiquis in hunc locum, unde male in poſtremis editionibus erat expulſa. Hactenus PERIZONIVS. Recte tamen contra monet Dukerus, quae de *ſine* hic disputet Perizonius, firmiora eſſe futura, ſi locum aliquem probati ſcriptoris protuliſſet, in quo *ſine* poſt ſe habet *at* ea ſignificatione, quam hic locus poſtulat, id eſt, ut valeat, *ſaltem*, vel *at tamen; ſi non, ſi minus, ſi*

parum, at quam plurimis locis ita dici. Tum credit, *ſine* potius ortum eſſe e compendio ſcribendi *non,* quam *ſi non* ex ſine. Haec DVKERVS. Contra I. Gronovius Melam ſcripſiſſe contendit, *ſine ope ingenii orantis, ac ipſa ſui contemplatione,* quam ſententiam his verbis prolixius probare ſtudet: Particulas *at* et *ac,* quemadmodum in ſcriptis codicibus miſceantur, docet locus Suetonii in Claudio c. 12. ubi notatum viris doctis [DVKERVS tamen cum aliis praeferendum cenſuit *at* TZ.] ut et Salmaſio ad Tertulliani Pallium p. 117. Deinde hic ſtylus auctoris eſt, interponere copulativam, etſi neceſſaria non ſit; Sic 2, 7. f. *Colubraria intra id ſpatium, quod Ebuſitana humo circumſignaverunt, ſine pernicie et rata eſt.* Vnde etiam copulationem expulerunt editiones, quae tamen legitur ſancte in MSS. Sic lib. 3. c. 5. m. *Araxes ingenti cum murmure ſonansque devolvitur.* Lib. 1. c. 9, *Cibos palam et extra tecta ſua capiunt* et cap. 13. *terret ingredientes ſonitu cymbalorum divinitus et magno fragore crepitantium.* In quibus copula quum videri poſſet abundare, non abundat; quippe per quam adnectit auctor explicationem prioris, quod nimis generaliter dictum videbatur. Itaque non disſimilia ſunt lib. 1. c. 9. *divinitus et coeleſti igne conceptus.* Lib. 2. c. 1. de Hypani, qui *diu qualis natus eſt,* nempe dulci aqua, *defluens, tandem ex Exampeo, adeo amaras aquas accipit, ut ipſe quoque iam ſui disſimilis et non dulcis, hinc defluat.* Lib. 2. c. 7. *Procul intuenti videbantur continua eſſe litora, et non pervium pelagus.* Vnde ſine dubio faciendum poſthac, ut ita in Mela legatur. Adde not. ad lib. 3. c. 7. Haec GRONOVIVS, cuius exempla aliqua hic propoſita aliena et invalida inde eſſe voluit in appendice Voſſius, quod adiecta rem fortius et luculentius declararent. Cf. de copulandi particula ſic ſaepe interſerta Perizon. ad Valer. Max. 2, 10, 2. Burmann. ad Phaedr. 4, 4, 44. quos laudat Arntzenius in addendis ad Aurel. Victor. ad p. 350. ad calcem praefat. cf. Corte ad Salluſt. Catil. 5, 2. et quos

producit. Sed quamquam operoſe ſatis ſuam ſententiam adſtruere conatus eſt I. Gronovius, nec a libris, nec ab ipſo nexu et ſenſu probatur. Libri enim omnes antiqui et ſcripti et editi, etſi paſſim utramque particulam miſcent, de quo ad 2, 1. in. tuentur *at*, pro quo *ad* Prag. ex frequenti commutatione, de qua viri docti ad Valer. Max. 3, 2, 1. ext. hic tamen ille ſatis, ut ſaepe, imperite. Tum nexus *at* deſiderat, cum manifeſte auctor modeſte, quod orationis artibus praeſtare non poſſit, in ipſa hac doctrina ſitum eſſe contendat. TZSCH. Nequaquam damnanda videtur haec lectio (*ſi non — at*) antiquarum editionum, quam confirmant tres MSS. Leidd. a me viſi, et in his unus optimae notae, uti et aliquot a Dukero citati; ac magis eſt Latina, quam *ſine;* cum elegantius abeſſet τὸ *at.* Vult auctor a lectore pretium operae hic adquiri, per ſe ipſum, et *ſi* pretium operae *non* abſolvatur ope ingenii ſcriptoris, *at* tamen id fieri ipſa contemplatione ipſius operis. Ovid. Amor. 1, 3, 7. *Si me non veterum commendant magna parentum Nomina — At Phoebus comitesque novem vitisque repertor Hoc faciant.* vid. et epiſt. 15, 31. Adeatur Dukerus. (vid. ſupra) OVDENDORPIVS *in nota A. Gronovii,* qui pluribus exemplis hanc dicendi formam inluſtravit adauctis poſt a Kappio in indice ſ. v. *ſi non — at*, ut facile vel haec vel ſimilia obiectura ſe eſſe ſperem et rectius omittantur. Cum in eodem nexu ſubiiciatur *certe* pro *at*, uti apud Terent. in Adelph. 4, 7, 15. Phaedr. 5, 5, 45. pro quo utrumque *at quidem certe* ſubiungit Gellius in praef. uti notant hic A. Gronovius et Kappius pluribus. Non igitur ſollicitanda eſt librorum veterum lectio, quam recte revocavit Reinoldius et calculo ſuo adprobavit cum A. Gronovio Kappius.

orantis) Quid, quaeſo hic eſt, quidque notat *ingenium orans?* Quis unquam ita reperitur locutus? Adhibetur quidem *oratio* paſſim et promiſcue pro omni

ſermone; ſed et de hiſtoriarum ſcriptore recte dici poſſit, *eum oranti, quam res geſtas narranti eſſe ſimiliorem:* at ut *orare* et *ingenium orans* usquam non de oratoria dictione, ſed de ſimplici facundia in enarrandis et exponendis variis rebus fuerit adhibitum, id vero idoneis velim exemplis videre probatum. Livium dicit Tacitus (Ann. 4, 34.) *eloquentiae praeclarum*, Quintilianus (8. 1, 3.) *mirum facundiae virum*, ac tribuit ei (10, 1, 32.) *lacteam ubertatem*, at neutiquam *ingenium orans.* Fateor tamen in omnibus, quos vidi, Codicibus cum ſcriptis, tum editis me vulgatum reperiſſe. Verum quum facillima emendatione, atque unica modo litera adiecta, illud in genuinam plane et elegantiſſimam poſſit reſtitui locutionem et ſenſum, non puto haeſitandum, quo minus ab iis hic diſcedamus et legamus *ſine ope ingeni ornantis.* Proprium enim illud huic ſententiae et facundiae eſt verbum, quod et vulgatiſſimus Manilii (3, 39.) verſus de ſimili plane argumento, aſtronomia, declarat, *Ornari res ipſa negat, contenta doceri;* et *munus ornare verbis,* Terent. Eun. 2, 1, 8. Similiter Cicero de fin. 3, 8. *poteſt id quidem fuſe et copioſe, et omnibus electiſſimis verbis graviſſimisque ſententiis rhetorice et augeri et ornari.* Et Famil. 2, 15. *ornavit res noſtras divinis laudibus.* Et 9, 21. *Privatas cauſas et tenues agimus ſubtilius, capitis et famae ornatius.* Sed et paſſim idem *ornate dicere;* immo *ornatum orationis* tribuit Caeſaris commentariis nihil oratorii utique, ſed multum genuinae facundiae habentibus. Vnde et illum *ornatum* exponit dein *puram et illuſtrem brevitatem*, qua *nihil in hiſtoria ſit dulcius*, in Bruto c. 75. Facile iam ex his apparet, quam conveniens ſit huic loco *ingenium* illud *ornans,* ſcilicet rem, ſeu opus, quod tractatur, et quam pulcher inde evadat et opportunus verborum Melae ſenſus. Barthium miror qui Adverſar. 14, 7. ita quoque emendandum cenſuit auctorem, ſed mox maluit utrumque, *orantis* et *ornantis* aeque contextu excludi, nulla profecto ra-

tione, quum nihil concinnius ſit eo, quod retinendum cenſemus. PERIZONIVS. *Ornantis* hic legendum eſſe, iam aliquot annis ante, quam haec ſcriberentur, monuerat Graevius ad orat. Ciceronis poſt reditum in Senatu c. 1. ex emendatione, ut ait, virorum doctorum. Non ſcio, quos dicat, niſi fortaſſis Barthium, vel potius I. Frid. Gronovium, quem in ſcholis domeſticis, in quibus Melam auditoribus ſuis exponebat, ita emendaſſe accepi. Sed mihi certum eſt, Perizonium ignoraſſe hanc emendationem ab aliis occupatam. Neque enim is erat, qui ſe plumis alienis exornare vellet, aut neceſſe haberet. Mira eſt coniectura Barthii Adverſar. 38, 2. et 41, 2. *ingenii rorantis.* DVKERVS *ad notam priorem Perizonii.* Eandem emendationem propoſuit Barthius ad Calpurn. 3, 59. ubi comparat cum *voce torrida, liquida.* Quod de I. Fr. Gronovio ſcribit Dukerus, adfirmat eius nepos A. Gronovius, ita eum adſcripſiſſe non ſolum margini edit. Antwerpienſis, adlegato Valerii Maximi loco 8, 13. *ne, cui Deorum immortalium praecipue indulgentia adfuit, ei noſtra ornata mentio defuiſſe exiſtimetis.* Sed et in domeſticis ſcholis ita hanc periodum eſſe interpretatum: quod quamvis nulla comta et diſerta oratione commendetur, placere tamen poteſt ſola cognitione et intuitu vel inſpectione, ſine adiumento facundiae et politae orationis operae in ſe collocatae pretium rependit; *ornare* enim ſaepe eſſe ornata et florida oratione aliquid exponere, uti apud Cicer. de orat. lib. 3, (10.) uti *ornatam orationem*, et *ornate dicere* i. e. eleganter et diſerte. Ita etiam Graevium in ſcholis expoſuiſſe, et iuſtis argumentis fulſiſſe adfirmat Arntzenius in Plinii Panegyr. c. 71. p. 318. idemque ſentit. Docent etiam dictata Graevii, quibus uti licuit, et praeterea adferunt aliqua loca de hoc verbi *ornare* uſu, ſc. uti et ipſe exponit, facunde aliquid explicare. Sic ante Perizonium aliquos, plures etiam poſt offendit lectio vulgata, in quibus Heumannum in Poecil. T. I. lib. 2. n. 4, p. 214. ubi *orantis*

ſine ſenſu eſſe dicit, et Olivarium garrire; Burmann. Secundum ad Propertium 4, 5, 19, qui abſurdo ſenſu legi ait; Garatonium ad Ciceron. poſt redit. in Senatu c. 1. qui loco in primis apto, ſi quis adferri huc poſſit, tuetur et inluſtrat ex Cicer. orat. pro Flacco cap. 33. ubi: *ingenium — quod ornabat locum, quem prehenderat.* Facilis fuit haec verborum commiſtio, ex lineola vel omiſſa vel adiecta quae in *exorare* et *exornare* notatur apud Sil. Ital. 11, 552. (ſ. 549.) Propert. 4, 5, 19. ubi vid. viri docti. Sed et in ſimplicibus apud Cicer. c. l. ubi tamen omnes Cdd. uno excepto *orare* praeferunt, viri docti, neſcio, quam bene, *ornare.* Contra *orantis* legunt ad unum omnes Codices (*orantis ingenii* Cibin. Vindob.) et editt. antiquae, quas vel ſimpliciter ſecutae ſunt recentiores, vel argumenis ſuſtinuerunt et ſuffulſerunt, in quibus eſt Kappius, qui in indice ſ. v. *orans* ſic: *Orans* i. e. orator, vir facundus: Non eſt opus, ut contra omnes Codices et editiones cum viris doctiſſimis, I. F. Gronovio, Graevio, Perizonio, Heumanno, aliis, *orantis* mutemus in *ornantis.* Nam ſunt duo genitivi, quorum alter ab altero pendet, et *orantis* non eſt adiectivum τοῦ *ingenii*, ſed ſubſtantive poſitum eſt pro *orantis.* (*oratoris.*) Sic quoque explicat Vadianus. (ſc. narrantis, ſcribentis.) Haec KAPPIVS. Sed iam olim contra mentem patris cauſam huius vocis egit in ſcholis Iac. Gronovius, unde haec ad me emanarunt: Haec iungit, quoniam facundia venit ex ubertate ingenii bene inſtructi, tum proprium eſt facundiae, praeſertim Romae, ut cauſas oret i. e. diſertiſſime de illis vel defendendis, vel arguendis ſermocinetur. Sic enim verbum *orare* de facundia uſurpat Tacitus Annal. 3, 67. *Silanus orandi neſcius proprio in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat;* et hoc ipſum eſt, quod reſpicit noſter auctor, non qualecunque ornamentum, prout nonnulli hic temere legunt *ornantis.* Hactenus. Eodem ſenſu in illius aetatis ſcriptoribus hoc verbum

ſaepius occurrit, ut ſit *dicere, cauſam agere* et hinc ad eloquentiam traducatur. Sic idem Tacit. Annal. 4, 21. *orandi validus.* Silius Ital. 1, 441. *orando ſingere mentes.* Quinctil. inſt. orat. 1, 10, 2. *orandi ſcientia. orandi ars* in prooem. 4, et 9, 4, 3. Sueton. in Tito c. 3. *vel in orando vel in ſingendis poematibus promtus*, quod Eutropius 7, 21. (14.) reddit *cauſas egit.* Neque tamen ab hoc uſu aliena eſt melior aetas, uti Ciceronis, Terentii exempla a Lexicographis adpoſita probant. Adde Geſnero Ciceronis locum poſt red. in ſenatu c. 1. ubi quidem *orando complecti* in tali nexu praetulerim. Durum utique videtur *ingenii orantis*, ſi cum Perizonio explices, de quo videatur ſupra Kappius, qui recte *orantis* ab *ingenii* pendere et pro *oratoris* poſitum eſſe monuit, uti iam Graevius in notis MS. *ornantis* ita connexum putat. Tum vero *ingenium ornantis*, et hoc quidem abſolute durius videtur, quam *ingenium orantis* cum hoc ſimpliciter dici ſoleat. Propius huc facit locus Quinctiliani 1, 2. extr. *orantis vox.* Accedit quod *ornare* non eſt remotioris uſus vox, quam cum alia minus obvia mutatam a librariis eſſe ſit veroſimile. Quibus equidem rationibus motus vulgatam lectionem laceſſendam aut invitis libris amovendam non putavi.

Operae) *opere* Cd. Vindob. ed. 2. aliique libri, uti ſolet. *Operae pretium* Cd. Florent. a Fabricio ad ed. 39. conlatus. Pro *attendentium* Cd. Vindob. (etiam poſt *abſolvit*) Havn. Pariſ. 1, 2. Prag. *attendendum*, quod et Vinetum (ed. 51.) dediſſe legi. Ad antiquam formam et ipſam originem propius Lpſ. *adtententium.* Pro *abſolvat* Cd. Rehdiger. *abſolvatur.* Melius illud, et *ur* ſaepe adpenditur, ut plurima auctorum loca docent. Cf. ad 1, 1, 2. et alibi.

§. 2. *Dicam autem*) A. Gronovius ex ſuis Codd. refert *dicam autem*, vel *tamen*, vel *tamen autem.*

In meis habui *dicam autem.* Perizonius ex Lpf. adfert *dicam tamen*, quod fi recte habet, effugit meos oculos. Dukerus item ex Cod. in margine edit. Cratandri et uno Parif. adfert *tamen;* fed in huius margine fuit *autem.* Cum poft fubfequatur eadem vox, quae frigidam et molestam reddit orationem, alterutro in loco tollenda videtur, de quo proxime.

nunc autem) Sic omnes ante Voffium editiones, quas vidi. Ille autem ex fuis Codd. ut ait, expunxit *autem* et *erunt.* Fides fit penes ipfum. Ego abeffe ab uno illa reperi Voffiano, at minime a reliquis. (Idem teftatur A. Gronovius. TZ.) Sed et in mea Hermolai Barbari editione, cuius prima capita cum MSto funt collata, video illa notata, ut quae in MS. non exftent; neque illa tantum, fed et prius *autem*, quorum alterutrum, fi mei res fit arbitrii, deleri malim, reliquis retentis. Sed rectius forfan Lipfienfis codex, (vid. antea) qui pro priore *autem* legit *tamen.* Ceteroquin non aufim ego receptam olim et conftanter lectionem adeo mutilare, nifi graviora adferantur argumenta. PERIZONIVS. A. Gronovius prius cum Perizonio delere fe malle fcribit, quae ex praecedentibus iudicantur. Ex meis Cdd. *autem* hic legunt Parif. 1, 2. 3. Vindob. (*non autem*) Lipf. Bonon. et ceteri, etiam cum editionibus conlati, quippe ex quibus nihil diverfi notatum erat. At omittit Cibin. et Zalufc. Antiquae editt. cum pofterioribus in utroque loco retinent conftanter ad Voffium usque, qui totum locum fic effinxit: *Dicam autem — exactius; nunc ut quaeque clariffima et ftrictim.* Secuti funt Gronovii in edit. 40. 41. 42. Reinoldius: *Dicam autem — nunc ut quaeque erunt —* Edit. 44. *Dicam alias — nunc autem ut quaeque erunt* — Denique ed. 45. quam expreffernnt recentiores: *Dicam* [*autem*] *alias — nunc autem ut quaeque erunt.* Alterutrum fine dubio redundat, tamquam male ex repetitione infertum, et delendum eft. Equidem, fi bene ufum

Latinorum in hoc nexu, ubi oppoſitae vel diverſae ſententiae inferuntur, memini, poſterius abeſſe malim cum optimo Voſſiano I. quem reddit Cibinienſ. quia et ſic redundantiae cauſa ex repetitione melius intelligitur, qua ex ſuperiori loco huc eſt devolutum et obtruſum. Et ſic voluerunt Pintianus et Ciacconius, expulitque etiam ed. Norimberg. 1790. In verbo *erunt* etſi iidem Codd. cum Lipſ. teſte Dukero, nam equidem non notavi, omittunt, nihil eiusmodi ſubeſſe puto, cur contra alios omnes eiiciatur, et ad futurum operis curſum in hoc nexu refero, cum alias etiam nimis abrupta videatur ſententia. I. A. Müllerus tamen in animadverſ. in P. Melam (Miſnae 1789. in proluſione ſchol.) omiſſum *erunt* brevitati Melae aptius putat. Poſſit in utramque partem disputari.

quaeque) Cd. Florent. a Fabricio conlatus *quaecunque.*

Ac primo) Vindob. *At* nota commiſtione, de qua ad 2, 1. in. Ante pro *ſtrictim* Prag. *ſcrutim.*

maximae) Cdd. Lpſ. Gud. Prag. Rehdig. Cibin. ut editt. 1. 2. 5. et poſt aliae quaedam, etiam Olivarius, etſi ab eo cognatae edd. discrepant, ut Lugd. 1538. 1605. et 1646. in quibus, ut in plerisque aliis *maximae* legitur, veluti antiquiſſimis etiam 3. 4. Nempe in libris antiquis anceps ſaepe eſt haec ſcriptura, quae promiſcue *e* et *ae* notat, quod et ex ſigno anguli ∠, quod in *ae* exprimendo τῷ *e* ſubiicitur, omiſſo accidit facile. Hic *maximae* locum ſibi iuſtius vindicat, uti et infra 1, 4, 5.

atque habitentur) Sic Vaticani, etiam ille, quem Fabricius conſuluit, Pariſ. 1. et duo alii teſte Dukero, Havn. Zaluſc. Lipſ. Prag. Rehdiger. Gudian. Cod. ad marginem ed. Herm. Barbari et 4 in margine ed. Cratandri. Pauci habent *utque*, in quibus Pariſ. 2. 3. ex meis (Dukerus unum adlegat tantum) Lipſ. Oxon.

Vindob. Fabric. ad edit. alteram Gronovii, et ſic antiquiſſimae edd. quas inſpexi, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. — Nec aliter Cocleus, Camers, Iuntinae, Aldinae, Vadianus et reliqui ad Voſſium, qui dicit in nota: Reſcripſimus *atque habitentur*, fidem ſecuti veterum Codicum et praecipue Vaticani. Ipſe tamen editionis textus ab eo refictus reddit *utque habitentur*, eiusque Franekerae repetita exempla. Equidem dubius hic haereo de vera Voſſii lectione, et vitium potius in notam irrepſiſſe puto, ut recte habeat ipſe textus. Nempe Vineti editio, quam recudendam cum emendationibus ſuis curaverat Voſſius a Gronoviana an. 1743. nihil discrepuiſſe videtur, ut ex diligentiſſima eius comparatione non tam ſuſpicari, quam pro certo habere licet, etſi mirum, quod Gronovius, qui textus vitium cenſet, eam non inſpexit. Tum ante Voſſium iam Vinetus *atque* repoſuit, Voſſius *utque* revocavit. Ipſi autem Gronovii cum Reinoldio et aliis *atque* conſtanter poſuerunt, quod et rectius videtur in noſtro loco, ubi ſimpliciter nec ſine ullo diſtinctionis eminentiori notatione progreditur, tum vero rectius ſubieciſſet repetendo, uti antea *quae*, ſic hic *quoque*, etſi τὸ *utque* omnino idem ſenſu declarare poſſit. Retinui ergo cum plerisque Codicibus *atque*, quod et Perizonius, teſte Dukero probaverat. *Nempe at* et *ut* ſaepe et facile commutantur, de quo v. Nodell in not. critic. 1. ad calcem Aviani c. 2. p. 68. Pro *ſint* male in hoc nexu Prag. *ſunt*, uti mox *circumbuit*, quae ſunt ſordes inquinatae manus. Ceterum Heumannus c. l. p. 217. hanc orationis formam, *quo ſingulae — habitentur* Mela indignam putat, quem hic ſcripſiſſe coniicit: *quo ſingulae modo ſituque habitentur*; ingenioſe magis et faſtidioſe, quam vere et modeſte. Nam ex initii indicio haec omnia orbis ſitum, quem dicturus eſt Mela, declarant.

deinde) Maiorem diſtinctionem non neceſſariam puto, qua tamen editiones omnes utuntur, et forſan

multi quoque libri manu exarati, ſed praeter regulam, quum ab illo verbo ſequentia iſta pendeant. I. GRONOVIVS. In edit. 23. cum Vaticann. conlata margo haec adferebat: ad vocem *Deinde* (ſic) Ita diſtinguit Cd. V. Recte autem monet Gronovius. Poſt Vindobon. *littora* et *ſint*. Pragenſ. *circumbuit* Zaluſc. *circumſluit*. Edit. 56. *et circumluit*. Sed hoc leve, gravius quod ex Cd. ſuo profert Ciacconius et probat, *utque ea ſubit*. Forte ad numeri menſuram cenſuit elegantius.

additis quae) Ed. 2. *additisque* facili lapſu vel *que* pro *quae*, ut paullo ante notatum eſt. Heumannus de his verbis ad *memoranda ſunt* c. l. monet, deeſſe verbum *deſcribam*, nec propter uſum L. L. ex ſuperiori *expediam* cum I. Gronovio huc revocare poſſe. Igitur hac coniectura conſulere ſtudet: *pelagus, paucisque naturam regionum — memoraturus*. Ita quidem contra libros non ſolum, ſed et praeter rem et contra Melae formam. • • Sed et contra Heumannum Arntzenius ad Plinii Panegyr. c. 71. p. 318., contendit, *expedire* eſſe deſcribere, ut exitum rei, initium; (vid. Graev. ad Iuſtin. 43, 1.) deinde dici etiam ita poſſe, quia diverſis ſubſtantivis non ſemper aeque competat unum verbum, ut ap. Flor. 4, 12, 37. *amputare oculos et manus*. Sed nota haec dicuntur figura. Sic Tibull. 1, 4, 66. *dum robora tellus, Dum coelum ſtellas, dum vehet amnis aquas*. Sed parco exemplis durioribus etiam huius figurae, Zevgma vocant, quae conlegerunt viri eruditi multi, veluti Graevius ad Flor. 3, 21. Corte ad Salluſt. Catil. 20, 10. Iug. 13, 2. Drakenb. ad Liv. 40, 42, 12. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. B. G. 5, 13. Garaton. ad Cicer. pro Sext. c. 12. ipſe Arntzen. ad Plinii Panegyr. 55, 9. et quos laudant. Ita ex Graecis Zeune ad Xenoph. Memor. Socr. 2, 1. in. Ilgen ad hymnos Homer. p. 298. Sic *fidem, ſalutem me et meos vexarunt* ap. Cicer. de provinc. conſular. c. 2. ubi etiam Erneſti deſiderabat verbum

verbum — Ceterum Ciacconius malebat: *quae — memoranda ſint.* Utraque forma cum ſuo quaevis ſenſu ſit Latina, non opus eſt a libris discedere.

in natura) Delenda videtur praepoſitio, ut verba ſint pauciora, ſenſus elegantior. PINTIANVS. Ita vero ſaepe in artiſſimas anguſtias contrahatur Mela, ſi quis tales elegantias extundere velit.

Id quo) Prag. ſuo errore *in quo fieri.* Neque tamen aliter Havn. Tum Zaluſc. *repetatur.*

ſciri atque accipi) Duo ultima verba non eſſe auctoris perſuaſum habeo. Quid enim aliud hic *accipi*, quam *ſciri*. PINTIANVS. Gloſſematis foedatus hic auctor natura Laconicus; cum ſupra ſcripta eſſent, poſt in ſeriem admiſſa. Vt et cap. 12. *permutat ac miſcet.* SCHOTTVS. Perperam. Mos is eſt Melae et aliis auctoribus, plura ſaepe idem ſignificantia vocabula coniungere, quamvis et illa ὀβελίζειν conati ſunt quidam. Sic ſupra *adſpici cognoſcique*, et infra c. 12. *permutat ac miſcet.* Et de Helleſponto (2, 2, 7.) *diviſas ſpatio pelagoque terras.* Et de Thracibus (2, 2, 1.) *ceterum ad ferociam et numerum, ut multi immitesque ſint, maxime ferax.* Vnde adparet, falli eos, qui nullum verbum in Pomponio redundare exiſtimant. Plura exempla infra adferemus, unde adparebit, hunc noſtrum auctorem in tanta brevitate ſaepe eſſe nimium. Huc accedit, quod cuique verbo ſua ſit notio. *Accipi* enim proprie a magiſtro dicitur, tamquam ab eo, qui porrigit, ut Fronto (in Gothofredi auctorr. L. L. p. 1331, 39.) vocabulum accipiendi interpretatur. Senſus igitur horum verborum eſt, ſive quis per ſe ipſum, ſive praeeunte doctore haec cognoſcere velit. Verum hoc eſt argutari. VOSSIVS. Plura dabo et ſimilia Vol. 2. Poſſit, ſi recte offendat vulgata, legi *atque adſpici*, quippe quae duo verba paſſim commutari docent

Heinſ. ad Claudian. in Eutrop. 1, 485. Broukhuſ. ad Propert. 2, 13, 29. At paullo ante praeceſſit *adſpici*, et vulgata non eſt, quod ſollicitetur. Ceterum tota illa Voſſii nota tacite et ad verbum fere ſubrepta eſt Nunneſio.

CAP. I.

De Mundo et Partibus eius.

Antiqui libri et ſcripti et editi parvo diſcrimine tantum neglectaque inſcriptione hoc caput praefationi ſubiiciunt, una etiam alii ſerie nectunt uti ed. 1. alii titulo praefixo diſtinguunt, uti Pariſ. 2. *Deſcriptionis orbis Pomponii Melae liber primus incipit.* Zaluſc. *Tractatus incipit generalis totius orbis diviſio.* Cocleus in ed. 11. *Totius terrae marisque generalis deſcriptio capitulum primum.* At pleraeque editiones aut omiſſo, aut adpoſito capitis numero, ſic: *Mundi in quatuor* (et *quattuor*) *partes diviſio*, uti ab edit. 3. quae ſic habet, invectum eſſe videtur, cum qua in hoc conſentit ed. 9. adfinis alias ed. 1. Atque ita ad edit. 42. (a. 1722.) Inde praeeunte Reinoldio inſcriptum: *De Mundo et Partibus eius*, quod in nota diſertis verbis adprobat A. Gronovius, et ego reddere non dubitavi. TZSCHVCKE. Illud monendum, capitum diſtinctionem a Grammaticis eſſe, ut fere argumenta in auctoribus et in MS. noſtro ſaepe a vulgatt. codd. diverſam exſtitiſſe. Quae res movit fortaſſe Eliam Vinetum, ut perpetua ſerie hos libros edendos curaret; quod fere omnia cohaereant, ut mox cap. 13. nec ἐπιγραφαὶ ſatis undequaque reſpondeant. Nihilominus tamen, ne quis, dum capp. hactenus citata occurrent, quaerendo fatigaretur, nihil mutandum cenſui. SCHOTTVS.

§. 1. *Hoc*) Verior procul dubio eſt lectio antiquorum Codicum, quae ita habet: *Omne igitur, quid-*

quid est, cui mundi coelique nomen indidimus, unum id est, et uno ambitu se cunctaque amplectitur. VOSSIVS. Voculam *hoc*, quam scio in quibusdam MSS. non esse, et expelli quoque vult Vossius, retinui; quum in MSS. multis appareat, et false pronuntietur ab Vossio, veriorem procul dubio eam lectionem esse; quum retenta ea tanto verisimiliorem faciat lectionem, quanto crebrius fuit usurpata ab eruditis Romanis, ut docent notae And. Schotti, quod et tetigit Muretus ad Catull. carmen 14. I. GRONOVIVS. Ex meis τὸ *Hoc* deest in solo Cod. Cibin. qui quod consentire solet cum Cd. Voss. 1. et Vossius, ubi aliquam lectionem in eo invenit, statim Codd. veteres iactat, de quo cf. ad praef. §. 2. de eo solo et hic intelligendum esse arbitror, etsi, qui recte poterant, Perizonius et A. Gronovius nihil hic monuerunt. At librariorum potius vitio excidisse haec vox videtur, quia in hoc nexu et sensu vix, ex usu etiam Graecorum, quem Latini servarunt, abesse potest et aegre desideretur, de quo vid. Vol. 2. Ceterum maiuscula litera in principio excudendam eam curavi, quod iam, praeeunte Reinoldio fecit A. Gronovius inde ab ed. 44. secutusque est Kappius.

quidquid est) In MSStis et Edd. primis legitur *id* proxime post, non *quidquid*, sed *unum*, quod et Vossius in suam revocavit. At concinnius visum aliis, Camerti, Vadiano, Olivario, Eliae Vineto, Schotto legere: *Omne igitur Hoc, quidquid id est, cui Mundi Coelique nomen indidimus, unum est.* Sed venustiorem licet praeferat sensum hic verborum ordo, et probata a Ciacconio satis superque sit ipsa locutio, repugnant tamen MSSti non nostri tantum, sed et Parisienses. Turbat vocula *id*, quae haud dubie ab hoc loco est prorsus aliena, in qua opinione me confirmat Codex, cum quo collatum est meum Herm. Barbari exemplar, ut et, quod quos vidit Ciacconius, in quibus *id* non legi ait. Scripsisse itaque Melam putem: *Omne igitur Hoc quidquid est, cui Mundi Coe-*

lique nomen indidimus, unum est, et uno. PERIZONIVS. Abest ea vox etiam ab omnibus meis Codd. quibus addi potest Dukeri fide Oxon. Consentiunt cum iis etiam edd. antiquae omnes, ante Vadianum, quem primum tacite addidisse intellexi. Quod enim Camertem eius auctorem producit Perizonius, errat. Camertis enim editio Viennae 1512. eam ignorat. At habet alia f. l. et a. quae Camertis epistolam, an. 1512. in fine adpensam exhibet, et Vadiani rationes fere sequitur. Forte eam Camertis editionem putavit vir doctissimus. Ipsum autem Vadianum secuti sunt non cognatae solum editiones, sed et aliae aliorum, praeter Iunt. et Aldin. Expulit tandem iterum Vossius, a quo tempore hinc exsulavit. Quid Vadianum moverit, ut reciperet, et quae in utramque rationem disputari possint, ut adpareat, adnexarum notarum summa adparebit. TZSCHVCKE. Bene Pomponius alius negotii molestiam subterfugiturus, dixit, [quasi vere dixerit. TZ.] *quidquid id est.* Nam quid mundus, aut qualis esset, non una opinione a vetustis disputatum est, idque explicare non est Geographi magis, quam Philosophi. VADIANVS. *Quidquid id est*, ita in rebus dubiis antiqui loquebantur; cf. Lucret. 5. [575] Seneca in Thyeste 825. sqq. [cf. de formula hac nota Drakenb. ad Sil. Ital. 6, 119. 582. Wernsdorf ad Rutilii itiner. 1, 311. TZ.] Dubitat sane Mela, quid ipsum coelum sit, cum de eo tot summi philosophi dissentirent, neque inter eos, qui illud Numen esse affirmabant, quis plane Deus esset, omnino conveniret — Atque hic quidem videtur non ineptus sensus huius loci. Sed quoniam in MSS. libris vulgatisque etiam aliquot, pronomen *id* non legitur, si eam lectionem sequamur, *omne hoc quidquid est*, nihil amplius valebit, quam *omne hoc.* Plinius 2, 68. *Nam cum sint quinque partes, quas vocant Zonas; infesto rigore et aeterno gelu premitur omne, quidquid est subiectum duabus extremis utrimque circa vertices.* Et cap. 67. de orbe

terrarum: *Quae contemplatio, apta detergendae mortalium vanitati, poſcere videtur, ut totum hoc, quidquid eſt, in quo ſingulis nihil ſatis eſt, ceu ſubiectum oculis, quantum ſit, oſtendam.* Et lib. 7. c. 6. [ſ. 5.] *Adeoque inceſſus atque omne, quidquid dici poteſt, in gravida refert.* Macrobius quoque in Somn. Scip. lib. 1. c. 19. de ſtellis: *Quod illae ſupra ſolem locatae in ipſo puriſſimo aethere ſunt, in quo omne, quidquid eſt, lux naturalis et ſua eſt.* CIACCONIVS. Quae huc proxime referri poſſint, adparet, etſi omnino recte ſtatuit. Nempe *quidquid id eſt*, ex uſu linguae ad plura praemiſſa tum refertur, cum delectu remoto cohibitaque ſententia in dubio ea relinquimus, et ad rem certam progredimur conſtituendam. At *quidquid eſt*, unum vel totum aliquid ponit, incerto partium vel formarum indicio et dubio, et ad id, quod annexum ſequitur, transfert, uti hoc in loco τὸ *Omne Hoc.* Aliud eſt, ſi *hoc* non per ſe et abſolute novam ſententiam conficit, ſed ad ipſam formulam *quidquid eſt* pertinet, veluti ap. Plin. 9, 83. ſ. 57. *Quidquid eſt hoc*, ubi idem valet, quod illud: *quidquid id eſt.* Audiendi igitur hic ſunt libri veteres.

caelique) Legendum videatur, quod initio conieceram, *coelive*, atque idem in mentem veniſſe vidi I. A. Müllero in proluſionis ſcholaſticae (an. 1789.) ſpecim. I. ubi animadverſiones in Melam propoſuit, etſi nec vulgatam lectionem improbat. Sic illae particulae alibi commutantur, veluti ap. Virgil. Aen. 5, 68. ubi *que* repoſitum nunc legitur, uti contra fecerunt Heuſinger. in Nepote 25, 18, 6. Bentlei. in Horat. epod. 16, 6. cf. idem ad 3. od. 8, 16. Sermon. 2, 1, 22. et quae disputat vir doctus in obſervatt. miſcell. Vol. 4. Tom. 2. p. 163. qui dicit, librarios discrimen ſaepe neglexiſſe. Omnes tamen libri *que* tuentur, quod et in hoc nexu et disputatione poteſt intelligi. Etſi enim Plato in Timaeo p. 302. (ed. Bip. Vol. 9.) quem expreſſiſſe videtur, dicit: ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ τι

ποτὲ ὀνομαζόμενον μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, ille tamen tamquam dubium ponit, quid hoc rectius nomine veniat. et alibi, in Politico p. 269. (Vol. 6. ed. Bip.) eodem modo effert: ὃν δὲ οὐρανὸν καὶ κόσμον ἐπωνομάκαμεν. Tum Plinius lib. 2. in. ubi aperte Melam reddidit, eodem modo fcribit: *Mundum, et hoc, quod nomine alio coelum adpellare libuit.* Sic Mofes apud Strabon. 16. p. m. 523. (761.) τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃν καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. Cf. Phurnutus de nat. Deor. c. 1. et Photius p. 319. Igitur fenfus hinc exfiftit: Omne hoc, quod mundum, coelum etiam, vocamus. Quare invitis libris mutare tamen dubitavi. Mox aliud egit librarius in Cod. Rehdiger. qui dedit *includimus* pro *indidimus.*

unum id eft) Τὸ *id* omittunt eaedem editiones, quae ante idem verbum intruferant, quod nempe fentirent, bis ftare non poffe: fola ex Vadiani familia ed. 28. addit; aliae contra, cum fupra pofuiffent, hic omittunt cum plerisque Codicibus, quorum aliqui varie hunc locum reddunt. Sic Lipf. et Cibin. *unum idem et uno,* quod *idem* pro *id eft* librariorum vitio pofitum effe putat Dukerus. Sic Cod. Dorvill. in Calpurnii ecl. 14, 12. V. Cortius ad Plinii epift. 6, 29. Arntzen. ad Plinii Panegyr. c. 40, 4. Burmann. ad Sueton. Aug. c. 52. et ad Claud. c. 38. Oudendorp. ad Domit. c. 17. Duker. ad Flor. 4, 2, 15. Drakenb. ad Liv. 10, 8, 10. et quos praeterea laudant. Nempe cum pro *idē* divifis vocibus mutatisque compendii fignis fcriberetur *id ē*, lapfus fuit facilis. Vtrumque exprimit hic Cd. Zalufc. qui legit: *unum id eft. Vnum idem.* Perizonius, ut eius nota fuperior declarat, in utroque loco *id* delendum melius cenfet.

amplectitur) Vindob. *cuncta amplectitur.* Voff. 1. Ciaccon. et cum quo conlata erat ed. Hermolai Barbari,

teſte Dukero *complectitur*, quod probabat Ciacconius. Sic 1, 13, 3. de ſpecu Corycio: *totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur.* Cum de coelo aperte hic loquatur, ut quidem ſequentia declarant, quod cum orbe recte comparari poſſit, verbum hoc aptiſſimum eſſe quis non videt? At nec illud ab hoc uſu abhorret, et commutatio etiam alibi notatur. v. c. in Plinii Panegyr. c. 95.

demergitur) *admergitur* Gud. Tum ed. 14: *ab adverſa huic parte ſeptentrio medio terra* — ed. 28. *ab adverſa huius parte*, in quo reddit edit. 21.

§. 2. *Huius medio*) Non dico, ſic a Pomponio ſcribi non potuiſſe; dubito, an ſcripſerit. Equidem ſic video eſſe in editis: et ſane ad eundem modum legimus lib. 3. c. 2. *aliis populis media eius habitantibus.* Sed tamen etſi taceant omnes, quod miror; ipſe in MS. vidi, et in alio eſſe ſcio *huic medio*, quod non dubito, quin ſervetur in pluribus vetuſtis exemplaribus. Et ſane ut τὸ *huius* referatur ad praecedens *omne*, vel *unum*, non patitur Pomponii ſubtilitas hoc relativum arctiſſime comprimentis et ad maxime vicinum et proxime praecedens nomen referentis, et nunc ſcripturi *iterum* vel *harum* ſc. *partium:* ut omnino illud huius debeat reſpicere Septentrionem, quod ſententia non patitur. *Huic medio*, quod inter quatuer extrema patere deſcripſit, ſubintelligitur impoſita, vel inſidens, incluſa, ut Ovidio dicitur, et cincta atque ibi locata in media mundi ſede, ut ait Cicero de N. D. 2, 39. Accedit et Graecos ſimpliciter dixiſſe τὴν γῆν ἐν μέσῳ εἶναι vel ἐν μέσῳ οὐρανῷ. Sed etiam neceſſe non eſt, aliquid ſubintelligere, quum dativi illius frequentatio, ſane conſpicua, ſit affatim annotata eruditis, praeſertim ubi per modum, ut loquuntur, acquiſitionis ſupervenit. Vnde reſtitui Pomponio velim non quod mihi placet, ſed quod libri veteres mihi ſignificant, et doctius eſt, quam ut ab ſcioli manu veniſſe potuerit. Et ne ultra dubites Antonius ille Francinus

anno 1519 Florentiae ſic exhibuit ex antiquiſſimo codice literis ſcripto Longobardis, ut notat; quin etiam cum maxime ſub oculis habeo membranas Pomponii plane ſimiliter haec duo vocabula praeferentes, ut merito nunc ita ediderim. I. GRONOVIVS. Putida coniectura. Debuiſſet aliquem oſtendere, qui ſcripſiſſet γῆν εἶναι ἐν μέσῳ μερῶν οὐρανοῦ, cum ſi quid ſit in medio partium univerſi, deſinet eſſe in medio univerſi. *Huius* Vaticanus et meliores libri, ipſaque ſic legi debere exigit ratio. VOSSIVS in appendice. MSSti omnes Voſſiani et meus, ut et Pariſienſes habent *Huic*, quod et antiquiſſimae retinuerunt editiones Venetae, tum Anonymae, ac Barbari, Aldi, Iuntae, Torini. At Vadianus, Vinetus, Olivarius, Schottus, Voſſius maluerunt *Huius*, quod ipſum poſtremus ille in appendice ex Vaticano et melioribus libris confirmat. Si ita iſtic legitur (nam ampliſſ. Goetzius nihil varietatis ad Iuntinam ex iis annotat) res bene habet. Sed dubito, quum in nullis Voſſianae bibliothecae collationibus id repererim. Attamen alterum illud duriſſimae eſt locutionis. Quid enim acquiritur *Coelo* vel *Mundo, cui medio terra ſublimis cingitur mari?* In codice collato cum Hermolai editione legitur *Hinc*. Sed et ita Lipſ. Mihi arridet Camertis editio [hic 21.] quae neutrum nec *Huic*, nec *Huius* agnoſcit. Et poteſt omitti pro ſtylo auctoris paſſim elliptico. Sed legerim tunc *in medio*, ſcilicet mundi coelique. Ceteroquin retinuerim *Huius*, ut ex quo per compendium ſcripturae in ultimis literis ortum ſit *Huic*. PERIZONIVS. *Huius* malui cum Reinoldio, quam *Huic* cum Gronoviis, licet *Huic* in pluribus libris inveniatur et Gronovius obiiciat, non pati ſubtilitatem Melae, hoc relativum artiſſime comprimentis et ad maxime vicinum et proxime praecedens nomen referentis, ut τὸ *huius* referatur ad praecedens *Omne* vel *unum*. Enimvero Mela alibi pronomina ad remotius ſubſtantivum refert e. g. 1. 9. 55. *in noſtris*, quod neutiquam referendum eſt ad *maribus*, ſed ad *terris*, ut recte Perizonius

iam agnovit. Cf. quoque 5, 7, 2. ubi Reinoldius cum aliis edidit *in ea*, ad remotius *India* referens, cum Gronovii dederunt *in eo*, ad proximum *ſolo* referentes. KAPPIVS. Praeter ea, quae ex libris retulerunt viri illi docti *Huic* etiam, teſte Dukero legit Cd. Oxon. conſentientibus etiam meis, praeter Gudian. et Prag. in quibus inveni *huic media*. Nec aliter adferunt edd. antiquae, a quibus primus disceſſit Vadianus, et poſt alii a Perizonio commemorati praeter Aldin. et Iuntin. Ed. 21. (Camertis non recte vocat Perizonius) locum ſic conſtituit: *ab adverſa huius parte ſeptentrio, medio terra ſublimis,* quam reddidit et hic 28. quod exceptum videtur ex ed. 14. tantum quod ea *huic* pro *huius* exhibet. *Huic* iterum inſtauravit I. Gronovius, quem ſecuti ſunt recentiores omnes praeter Reinoldium, quippe qui retinuit *Huius*, et Kappium in altera editione. *Hinc* autem, quod quidam libri habent, ortum eſt ex mutatione ſcripturae Longobardicae facili cum *Huic* alibi etiam obvia. vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 4, 651. et ad Liv. 25, 40, 2. Conficitur autem ex disputatis, *huic* conſtantiorem et fere unicam eſſe librorum lectionem, alteram *huius* ingenio Vadiani effictam. At iam recte ſuccedit quaeſtio, qua ratione dativus ille poſſit intelligi et probari. Quod enim ſubplemento advecto adiuvare ſtudet Gronovius, id quidem remotum eſt, alteque nimis repetitum, nec magis efficacior videtur ad molliendam duritiem altera ratio, qua ex adquiſitionis modo dativum explicandum putat, quamvis, ſi *Huic* cum libris retineatur, vix alia ratio ſuppetit. At ſi linguae uſum ſimul conſulas cum Perizonio aut *in medio* legendum videtur, aut cum aliis, quod et ipſe admittit, *Huius medio*. Sic enim *medium* in bonis etiam auctoribus cum genitivo ponitur.

eodemque) Plerique Codices offerunt *eademque*, tantum et meis aliqui omiſſa praepoſitione *Eadem*, uti Pariſ. 2. Prag. Havn. nec aliter axhibent editt. antiquiſ-

ſimae, in iis 1. 2. 3. 4. 5. 6. — ſequentibus reliquis, ad Vinetum, qui primus poſuit *eodemque*, et poſt eum repetierunt Sanctius (teſte I. Gronovio) Voſſius et hinc alii. Adfert Voſſius fidem Vaticani Cd. ſui, cui addit Perizonius Voſſianum alium Codicem, et qui cum edit. Hermolai conlatus erat. Viri docti in utramque partem disputant. TZSCVCKE. Retineo *eodemque* — non alveo quidem Oceani, qui Zonam uſtam cingit, quod nec unquam venit in mentem, nec venire potuit Macrobio, ſed per horizontem aut Oceanum, qui illi reſpondet, ut idem Macrobius docet lib. 2. c. 5. *in Somn. Scip.* Nam alveus Zonae torridae non hemiſphaeria, ſed maculas tantum binas utrimque ſeparat, quae in utraque temperata habitari poſſe ab illo dicuntur. Atque ita hic locus facilis eſt, et expeditus; neque fieri ullo modo poteſt, ut Oceanus decuſſatim quatuor maculas diſtinguat, quos ſigillatim ambit. Illud etiam animadvertendum, cum locus Ciceronis ex *ſomnio* de ſola quarta macula, quae a nobis ad ſeptentrionem colitur, diſerte disputat, nullo pacto poſſe eum huic Pomponiano accommodari, qui de toto globo terrae, in quo quatuor maculae ſunt, aperte loquitur. Ex quo errore alius manavit, ut *chlamydi* aut *fundae* tota terra, quae poteſt habitari, quatuor maculis ſimilis diceretur, quod hactenus a nemine tentatum, ne tentari quidem poteſt. Sola enim quarta eius pars, quae a nobis colitur, chlamydi ſimilis, non a Macrobio tantum, ſed, ut idem Macrobius diſerte ſcribit, ab omnibus veteribus exiſtimabatur; quod et Strabo [lib. 2. p. m. 81. ſ. 118.] antea docuerat, et Dionyſius, [v. 7.] cum fecit illam ſimilem σφενδόνῃ, idem ſenſit. — NVNNESIVS. Huius loci non magna perverſio in magnos errores viros alioqui doctos induxit, quos facile vitare poterant, ſi pro *eademque* legerent *eodemque.* Terra, inquit, undique Oceano cingitur, atque eodem in duas partes dividitur. Eam autem huius loci germanam eſſe lectionem, tum ex omni antiquitate, tum ex ipſo Mela facile oſtendam. Et pri-

mum quidem Manilius [1, 246] *Pontus utrosque ſuis diſtinguit et alligat undis.* *Alligat* et *diſtinguit* dixit, quod Mela *cingit* et *dividit.* Praeterea Cicero in *Scipionis ſomnio* [c. 6.] *Duo,* inquit, *ſunt habitabiles; quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, adverſa nobis urgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus. Hic autem alter ſubiectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quam vos tenui parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur a vobis, parva quaedam eſt inſula, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Omnem hanc terram, quae a nobis incolitur, circumfundi ait Oceano, et ab altero, quem Antichthones habent, dividi. Videndus in eum locum Macrobius lib. 2. c. 9. et lib. Saturn. 1. c. 23. *Vnda Oceani ſoli velut dapes miniſtrat. Ideo enim, ſicut et Poſidonius et Cleanthes affirmant, ſolis meatus a plaga, quae uſta dicitur, non recedit, quia ſub ipſo currit Oceanus, qui terram et ambit et dividit.* Haec ille. Sed plura Strabo lib. 2. Plinius, Cleomedes Marcianus et alii. Ipſe tamen Mela, ſui optimus interpres, hoc eodem libro c. 9. *Quod ſi eſt alter Orbis, ſuntque oppoſiti nobis a meridie Antichthones, neque* [*ne*] *illud quidem a vero nimium abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi ſubter maria caeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere.* Et lib. 3. c. 7. *Taprobane aliis* [*aut*] *grandis admodum inſula, aliis* [*aut*] *prima pars Orbis alterius.* De eodem Plinius lib. 6. c. 22. [ſ. 24.] *Taprobanen alterum terrarum orbem eſſe. diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione.* CIACCONIVS. Lego *eodemque* hoc eſt eodem Oceano ex Macrobio et Mela c. 9. de Nilo. Hic locus olim magnos viros [Vadianum, Nunneſium, Schottum in primis innuere videtur] exercuit. SANCTIVS. Ita (*eodemque*) reſcripſimus ſecuti fidem codicis Vaticani, quamvis et ipſa ratio ita legendum eſſe oſtendat. Vulgo *eademque*, quod ineptum eſt. Quonam enim referentur illa, quae ſequuntur, *ab oriente diviſa ad occaſum?* vos-

SIVS. Recte Voſſius [at vid. ſupra] revocavit, quippe quum Melae haec fere fuerit ſententia, totum terrarum orbem mari, quod eſt ultra Africam, dividi in duo latera, quae *haemiſphaeria* appellat, unum noſtri, alterum incogniti Orbis; quod ſatis iam probatum dederunt interpretes. Nam Nunneſius magis ex Macrobio, quam ex Mela, cuius unius ſententiae congruere haec debent, disputat. PERIZONIVS. Schotti notam omiſi, cum novi nihil adferat et fere Nunneſium repetat. Retinuit autem ille *eademque*. Alterum (*eodemque*) voluerat etiam Turnebus adverſar. 20, 11. adprobante Voſſio de ſcient. mathem. c. 42, 11. p. 245. quod veteres putarent, ſolis converſioni ſubiacere ingens pelagus, cuius humore igneum illud aſtrum paſceretur. Sed eandem lectionem aptius tuitus eſt Ciacconius eiusque ſententiam vere declaravit Perizonius. Ita vero *eodem* et *eadem* variantur etiam in Curtio 9, 7, 17. quod et alibi paſſim omnino in utraque litera obſervatur.

Hemiſphaeria) *Hemiſperia* Rehdiger. *Emiſperia* Lipſ. Prag. Vindob. *hemiſpaeria* edd. 1. 9. — At ita ſolent.

nominantur) Vaticanus Voſſio, ex Voſſianis alius et is qui cum Hermolai edit. conlatus eſt, teſte Perizonio, legunt *nominant*. Conſentiunt Cibin. qui et ſubiicit punctum, et Vaticanus, quem Fabricius ad Voſſii edit. notaverat. Pragenſ. habet *nuncupantur*, fere ut infra 1, 5, 5. pro *vocantur* libri *nuncupantur*. TZSCHVCKE. Mirum, quum iidem tres MSSti [vid. antea] non infimae notae exhibeant *nominant*, nullam eius rei factam a Voſſio mentionem. Frequens enim Latinis ſcriptoribus haec eſt ellipſis, ut intelligatur *Homines* ante tertiam pluralis verbi perſonam. Vide Sanctii Minervam 4, 4. in v. *Homines*, et quae ibi n. 39. tradidi. PERIZONIVS. De commutatione paſſivi et activi vid. infra cap. 7. §. 3. Sic

2, 2, 8. *vocant* et *vocatur.* Vtrumque poteſt intelligi; at vulgata lectio, cum in utramque partem fluctuentur libri magisque adeo in hanc inclinent, deſeri ideo non debet.

Zonis quinque diſt.) Zaluſc. *Zonisque.* Vindob. *Zonis qui diſtingitur.* Tum idem: *mediam autem eſtus* Pro *aeſtus* Rehdiger. *eſtas.* Pro *paria* Florentin. Cod. a Fabricio notatus in margine ed. Voſſianae *pari.* Poſt ridicule Havn. *verum non patitur.*

Antichthones) Miſere depravant Codices, veluti Rehdiger. *Anthythones.* Prag. Vindob. *antitones,* uti etiam in margine Gudianus, at in ipſo contextu cum Cibin. *antithones* Lipſ. *Anthitones* Vatic. *Antictones.* Cd. Nunneſii hic et cap. 9. *Antipodes.* Sic ed. 13. *antichthones;* at iam recte ed. 1. cum cognata 9. Quod *Antipodes* habet, Cd. Nunneſii ipſe parum huic lectioni tribuit ob ipſius Melae narrationem 3, 7. f. de Taprobane, ubi *alterum Orbem* quem vocat, alii Antichthonum adpellatione id fieri ſcribunt, vid. Vol. 2. quae ab eo disputata in hanc rem dantur.

alteram, nos alteram) Edd. Aldin. et Iunt. *alterum* (ſic) *nos incolimus,* non inconcinne, dummodo *alteram* ſubſtituatur. At vulgarem ordinem tuentur libri omnes.

ſitus — incognitus) Quum omnes MSSti etiam fatente ipſo Voſſio et antiquiſſimae edd. anonymae, tum Veneta, Hermolai, Aldi, Iuntae, Torini habeant: *ſitus — incognitus,* quae quaeſo, dabitur inſta ratio haec mutandi in *ſitu — incognito?* Proprium utique hoc eſt Melae et perpetuum breviſſimas periodos facere, et alteram alteri ſine nexu pronominis relativi, aut coniunctionis iungere. Sic paulo ante: *Partibus differt,* mox,

ſuis locis illa referentur. Hoc primum. Similia paſſim. PERIZONIVS. Omnes etiam libri, quos conſuluit A. Dukerus et A. Gronovius et ego adhibere potui habent *ſitus — incognitus.* Sic etiam edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. — et quas Perizonius indicavit, Voſſius ſimpliciter: Hoc maluimus, inquit, quam quod in omnibus exſtat libris: *ſitus — incognitus.* Immutatae huius lectionis auctor ut plurium, fuit Vadianus, quem recte neglexerunt Aldus, Iunta, audierunt cum ſuis Olivarius, Munſterus, Vinetus, Vurſtiſius, Stephanus aliique ad A. Gronovium usque in ed. 42. Revocavit Reinoldius antiquam lectionem, a quo inde tempore propagata eſt in ed. A. Gronovii 44. et poſteris. Sed et antea ex edd. Olivarianis 27. in margine notat: *ſitus — incognitus.* Haec lectio magis placet et poſt etiam repoſuit ed. 29. Cum Codices tueantur, tum etiam idoneis rationibus ſuffulſit Perizonius. Cf. etiam ad 1, 19, 5. et 3, 4, 2. Codicum maculae ſunt, uti Vindob. *incolumus*, Gud. *ab ardorem* ed. 9. *plagaeque.*

§. 3. *porrecta ad occaſum*) Gud. *porecta.* Cibin. *porrecta eſt.* Tum *in occaſum* dant Cod. Arundelianus a Voſſio, Dorvillianus ab Oudendorpio conſulti, Pariſienſes duo apud Dukerum, A. Gronov. ex meis Vatican. 3. et Pragenſis, concordes fere duo. TZSCHVCKE. Vaticanus et alii *porrecta ad occaſum*, cum alii legant *in occaſum.* Verum tum in ſequentibus legendum fuerit, *et qua ſic iacet.* Sed tamen quae ab oriente in occidentem extenditur tellus, poteſt etiam eſſe breviſſima. Alteram itaque antiquorum, quos vidimus, codicum ſecuti ſumus lectionem *ab ortu porrecta ad occaſum.* Iuxta enim hypotheſin Melae, ſi ab ortu ad occaſum latiſſime ſumtum extendebatur veteribus cognita tellus neceſſario longior erat, quam latior. VOSSIVS. Nihil intereſſe putem, immo, ſi quid diſcriminis ſit, contrarium plane Voſſio cenſeam. Nam breviſſima poteſt eſſe tellus, quae *ab Oriente ad*

hoc eſt, verſus *Occidentem extenditur;* at quae *in Occidentem*, ea vero porrecta dicitur in ipſum Occidentis ſolis locum, ſeu regionem. Sic minus eſt veniſſe *ad urbem*, maius *in urbem*. PERIZONIVS. Reponendum eſt ex Arundelliano et Dorvilliano *in Occaſum* i. e. in ipſum ſolis occidentis regionem, et ideo tam longa. *Ad* non ſatis explicat mentem auctoris, et ſignificat modo *verſus*. Iuſtin. 2, 2. *Scythia in orientem porrecta*. Adi Burmann. ad Lucan. 3, 550. *Heſperium mundi properamus ad axem*. In catalectis Scaligeri p. 143. *Quin etiam nebula ſeptus pervenit ad urbem*. Immo vero ut exaratur in venerandae antiquitatis membranis Voſſianis Auſonii *in urbem*. OVDENDORPIVS apud A. Gronovium. Miſcentur et alibi hae particulae. vid. Heyne ad Tibull. 1, 3, 58. et quae notantur ad Eutrop. 5, 7. et 6, 3. Equidem in hoc nexu, ubi de terra noſtra eiusque extenſione et progreſſu loquitur, perinde puto, utrum hoc an illud legatur, et plerosque Cdd. audiendos. Ceterum a verbis: *Haec ergo ab ortu* — cap. 3. incipit Vineti editio.

quia ſic iacet) Ita legunt omnes libri et ab aliis et a me conſulti, vel literis ſingulatim expreſſis vel formae compendio (93) adhibito. At movit haec lectio dubitationes aut in partem diverſam disceptationes; TZSCHVCKE. Haec verba Pomponii non puto, nec, ſi putarem, ita legendum cenſerem, ſed, *qua ſic iacet*, hoc eſt, qua progreditur ab Ortu in Occaſum. PINTIANVS. Pintianus fruſtra eſt, Nihil tollendum aut mutandum. Intelligendus enim locus ex Ariſtotele de Caelo 2, [2.] de longitudine in mundo, quae eſt a Polo Arctico ad Antarcticum, ut latitudo eſt ab Ortu ad Occaſum. SCHOTTVS. Sunt, qui haec verba negant eſſe Pomponii, quod de Africa ſimili modo loquatur infra c. 4. cum ait: *longior tamen ipſa quam latior*, quibus propemodum aſſentior. Sunt, qui non *quia*, ſed *qua* legendum exiſtiment, interpretenturque, qua ab Ortu ad Occaſum exten

ditur. Verum quum fequitur, *aliquanto, quam ubi latiffima eft, longior*, nefcio an emendate legatur, quum Strabo gravis auctor, altero tanto, quam ubi latiffima eft, longiorem, tradat, et eo amplius. [cf. lib. 2. p. m. 79. f. 116.] Longitudini enim tribuit ftadia LXX. M. latitudini XXX. M. et Ptolemaeus, (quamquam is inferior Pomponio fuit) longitudinis facit gradus CLXXX. latitudinis LXXIX. [v. 1, 10.] Plinius etiam, qui Melam libenter fequitur, antiquos auctores plures citat, ex iisque colligit, latitudinem terrae a meridiano fitu ad feptentriones dimidio minorem quam longitudinem elfe lib. 2. c. 108. [f. 112.] CIACCONIVS. Cafaubonus ad Strabonem lib. 1. p. 64. [ed. Parif.] *loqui* ait *Melam* περὶ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης *eamque dicere longiorem effe, quam latiorem. Quia fic iacet, hoc eft, quia in longum porrigitur ab ortu ad occafum; hoc enim fignificare* τὸ *iacet. Sic apud Virgilium Aen.* 1, 228. *Servium terras iacentes interpretari in longum expofitas.* At voluit, ut opinor, Servius *in longum latumque expofitas;* certe nihil aliud ea interpretatione notari cenfeo, quam fpatii amplitudinem. Immo et aliam ille et fpeciofiorem addit expofitionem, ut notet terras depreffas et immotas, ut adeo nihil inde elici queat in folius longitudinis fenfum. Deinde vero, quae tandem ratio haec eft? *quia ab ortu ad occafum porrecta iacet, ideo longior eft.* Nulla in his eft confequentiae vis. Sed et idcirco nonnulli haec verba delenda cenfuerunt, ut liquet ex notis Ciacconii. At mihi reiiculum neutiquam eft, quod Pintianus leviffima mutatione voluit, *et qua fic iacet*, hoc eft, qua parte, linea, extenfione iacet terra ab ortu ad occafum porrecta, ea parte multo eft longior, quam qua parte porrigitur a feptentrione ad meridiem, cui idcirco tribuitur latitudo, quae etiam *qua,* feu, *ubi latiffima eft*, nequaquam aequat alterius porrectionis longitudinem. *Qua* autem eodem modo hic accipiendum quo mox, *qua venit, quaque difpergitur, qua diffunditur*, et cap. fqu. *qua recedit.* PERIZONIVS. *Qua*

ſic iacet lego cum Pintiano et Perizonio, Geographorum ſolemni ſtylo. OVDENDORPIVS apud A. Gronovium. Nunneſius nihil mutandum cenſet, etſi ſe minime videre ait, cui ſit uſui. Quae de longitudine hac terrae admiſcentur, nihil ad lectionem ipſam conſtituendam valent, immo quaeritur, utrum *quia*, an *qua* ad nexum continendum ſit aptior. Habet certe primo intuitu τὸ *quia* duri aliquid et inepti, ut evincere ſtuduit Perizonius. Nec praeterea, ſi vel longitudinem inde agnoſcas, tamen adparet, cur ſit aliquanto longior, cum ex eadem cauſa poſſit etiam eſſe paullo longior, vel omnino longior. Et mutari paſſim utramque vocem docent vel Livii loca a Drakenborchio ad 40, 29, 8. congeſta; cf. viri docti ad Vellei. 2, 37. Voſſius ad 1, 19, 6, At nec *qua* congruere ſatis videtur, quippe quod locum, viam, regionem, partem, nationem limitibus ſuis coerceat, et cum hic debeat eſſe qua parte, vel ſimile quid ſignificare, nihil plane novi adfert, ſed eadem ſuo ambitu et ſpatio relinquit. Quid enim eſt *porrecta ab ortu ad occaſum*, et *qua parte ab ortu ad occaſum porrigitur*, quod frigidum ſit et languidum. Nec plus efficias, ſi explices *quatenus*, uti paſſim dici docuerunt Gruterus ad Vellei. c. l. et maxime Oudendorp. ad Lucan. 10, 84. quia ad idem repulſus redeas. Vtraque ratione perpenſa, ex vulgata lectione lucis aliquae ſcintillae emicare videntur, hoc modo: quia terra habitabilis, cum verſus polos, a meridie ad ſeptentrionem incognita ſit aliquatenus nec incolis frequentetur, porrecta ab oriente ad occaſum iaceat, inde efficitur, ab hac parte multo eſſe debere longiorem, quam ubi verſus polos eſt latiſſima. Nempe per nexum disputationis unice haec ad terram habitabilem referenda videntur. Hinc retinui *quia*, etſi, qui ſic velint, minime Pomponii mentem percepiſſe iudicat etiam Politus in animadverſ. in Euſtath. ad Dionyſ. lib. 2. c. 2. p. 167. Idem tamen cum aliis ſine cauſa offenditur in particula *aliquanto*, de qua Vol. 2. Poſt Cd. Rehdiger. *lon-*

gitur ambitur. Idem cum Vindob. *occeano*, quod alibi etiam ſit. Ed. 14. cum aliis ſic diſtinguit et legit: *longior. Ambitus.* Tum Cdd. Gudian. Vindob. Rehdiger. *quatuor et ex eo;* Prag. *et quatuor.*

a ſeptentrione) Sic Codd. mei, quos quidem ipſe inſpexi cum ed. 1. Inde ab ed. 2. *ab* ad Gronovianam 1722. unde revocatum *a*. Parum refert. Pro *quartum* Cd. Florentin. apud Fabricium ad ed. Voſſii *alterum*.

§. 4. *milibus*) Sic Lpſ. Gudian. Pragenſ. Cibin. Rehdiger. et meliores apud A. Gronovium cum quibusdam editionibus, etſi parum ſibi in his conſtant, non magis quam monumenta antiqua. Vid. Cellarii orthogr. T. 1. p. 288. ſq. (ed. Harleſ.) Milibus poſuit hic ut in cognatis alibi A. Gronov. in edd. 44. 45. Cf. de ſcriptura ad 1, 9, 8. Poſt *paſſum* Vindob. et *cum* pro *tum* Rehdiger.

terras aperit atque intrat) Scribe *Vtque intrat* cum maiore litera et cum diſtinctione, ut ſit initium alterius ſenſus: *Vtque intrat, tum longe lateque,* coniunctim. Sic paulo poſt: *Quo quum eſt acceptum, ingens iterum et magno ſe extendit ambitu.* Et in ſumma Africae deſcriptione: [1, 4, 1.] *Vtque inde procedit, ita media praecipue* — et in Italia: [2, 4, 1.] *Atque ut procedit, mediam ſe perpetuo iugo Apennini montis* — PINTIANVS. Nihil muto. Sunt enim verba ex Ariſtotele lib. *de Mundo* cap. 3. SCHOTTVS. Eorum-opinionem ſequitur, qui ſtatuebant Oceanum terras irrumpere, et omnia ea mediterranea, quae mox recenſet, maria efficere, quod falſiſſimum eſſe vix aliquis eſt hoc ſeculo paulo eruditior, qui colligere non poſſit. Neſcio vero, quid in mentem venerit Pintiano, ut hunc locum corrigeret, vel corrumperet potius. VOSSIVS.

cedentia) Sic recte Codices. Edd. antiquae multae, ut 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — etiam 19. *caedentia* uti variatur aut vitiatur etiam 3, 4, 2. 23. Ed. *cendentia.*

iisdemque) *hisdemque* Lipf. Prag. Cibin. et antiquae edd. 2. 9. 13. Gudian. *iisdemque*. Illud faepe et alibi Codices exemplis obviis. Pro *ex diverfo* Vindobon. *ex adverfo*, quae commutatio nec alibi infrequens eft. V. Oudendorp. ad Frontin. 2, 5, 20 et 50. ad Iul. Caef. de B. C. 2, 29, 3. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 264. et ad Liv. 22, 27, 2. et quos memorant. Sic *ex diverfo* et *ex adverfo* mutantur in Aurelio Vict. de V. I. 14, 3. De ipfa verbi vi, unde haec confufio intelligitur, alibi dicendum erit.

litora) Sic Cd. Cibinienfis recte et ex antiquo ufu, etfi de eo cogitaffe non videtur. At cogitavit A. Gronovius, qui fic in edd. 44. 45. cum Reinoldio et Kappio fequente. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 25. et omnino quae monuit Cellar. in Orthogr. T. I. p. 277. ibique Harlefius. Libri et fcripti et editi utraque ratione hoc verbum in Mela proferunt, quod fingulis in locis notare aut monere tanti non eft.

artum agitur) Sic Cdd. Lpf. et Cibin. de qua fcriptura magis probabili vid. ad 3, 8, 3. Turpe adeo iudicat Garatonius aliter nunc edere ad Cicer. Verrin. 1, 5. etfi *arctius* hic omnes praeferunt. Libri antiqui hic et alibi variant.

Inde fe —) haec verba ad *coniungitur* defunt in Cd. Gudiano. Poft pro *rurfusque etiam* ed. 1. *rurfuque* ex aperto negligentiae vitio; *rurfumque* 9. 11. 13. Tum *artius* Gud. et edd. 1. 2. *arcius* Prag. *arctius* plerique; vid. proxime antea. At gravius eft, quod diftinctionem et hinc ipfum fenfum fpectat. Cum arbitraria in his et libera manu regantur librarii, invalidum ex Codicibus et edd. antiquiffimis praefidium petatur. Luculentius diverfa lectio prodit, quo intellexerint fenfu librarii. Atque hic adfunt Cdd. Voff. 1. Cibin. et qui ad Hermolai

ed. conlatus erat, teste Dukero, qui sic locum exhibent: *rursusque etiam artius quam fuit in spatium exit.* Tum si sequentia compares, in quibus horum est exposita declaratio, ita distinguendum esse adparebit: *rursusque etiam, quam fuit, artius exit in spatium.* Quodsi sequentia simul huc arcessas, sensus erit: postquam iterum pressit, magis etiam, quam antea, (in Thracio Bosporo magis quam in Hellesponto) effundit se. Aliter qui distinxerit et *artius exit in spatium* copulaverit, repugnantia conciliare temere conetur. Atque eadem distinctione facta, certe post *artius* locum expedivit Oudendorpius apud A. Gronovium sic: Postquam mare illud arctius rursus est, quam ante fuit, in Hellesponto scilicet et Bosporo Thracio *exit in spatium* i. e. se dilatat atque in vastum spatium se extendit. *Bosporus* enim *pelagi in Pontum exituri canalis* ut lib. 1. c. 19. [§. 5.] Contra lib. 1. c. 4. [§. 1.] *Ex spatio paullo adductior.* Haec OVDENDORPIVS, cui recte adstipulatur Muellerus in animadvers. in Melam specimine 2. (prolus. schol. a. 1790.) qui et addit *arctius* absolute poni, ut plura apud Melam v. c. mox *ingens iterum;* supra [§. 2.] *sublimis;* 1, 2. 22. [§. 2.] *iterumque curva* et passim. Quibus quidem, quod ad rem ipsam addam, non habeo. Post *quo quum est acceptum* Rehdiger.

ingens iterum —) Magna est huius loci varietas in libris et scriptis et editis, quam sub unum obtutum undique conlectam ponere satius sit, quam disiectam dare. Igitur legunt *et magno et paludi* Lips. Gudian. Vindob. Rehdiger. Perizonii quatuor et apud eundem Paris. duo. Leidens. et ex silentio, Havn. ad ed. 3. conlatus, cum edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 11. In aliis *et magnum et paludi*, quod primum invexit ed. 5. unde in alias migravit veluti 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 32. 33. 34. 36. 37. 38. et praeterea, quae Vadianum referunt et Olivarium, praeter 29.

Iterum magnae paludi omiſſo *et*, quod ante in varr. lectt. notatum in margine habebat ed. 27. poſt dederunt 29. 31. 35. Addito *et* Voſſ. 1. Cibin. Mediolan. Chiſian. Oxon. (apud Dukerum) alius a I. Gron. inſpectus et teſte Perizonio plerique omnino, quibus accedere videntur ex A. Fabricii ſilentio Florent. et Vatic. cum edd. 17. (quae hic ducem Hermolaum reliquit) 41. 42. 44. 45. et hinc recentiſſimae. Ita etiam dederat, notante I. Gronovio, Sanctius. *Paludi* plane abfuit a Bonon. qui in aliis cum prima edit. I. Gronovii (vid. poſt) conſenſiſſe videtur, Vatic. 3. Contra alii cum augmento hunc locum adferunt, e quibus Cd. Arundel. et Pariſ. duo apud Perizon. Dorvill. et A. Gronov. legunt *ingens iterum et magno ſe extendit ambitu et paludi ceterum exiguo ore coniungitur*, et Venetus, qui hinc primo folio perdito exorditur et Pragenſ. *ingens iterum et magno ſe extendit ambitu. Ceterum exiguo ore coniungitur.* Prius reddiderunt Aldus, Iuntae (15. 17. 20. 23.) ex recentioribus Reinoldius et levi immutatione Voſſius: *ingens iterum et magno ſe extendit ambitu, caeterum exiguo ore paludi coniungitur:* Quem cum ſecutus eſſet in prima editione I. Gronovius poſt relictum etiam refutavit, reduxitque vulgatam lectionem, quae ſi Reinoldianas exceperis, poſt in omnibus edd. invaluit. Cum Voſſio tamen, ſi quid vere ex ſilentio conlatorum ad eum codicum ſtatuere licet, conſenſerunt etiam Cdd. Florent. et Vaticanus Fabricii Pariſ. 1. 2. 3. (ex meis) et Zaluſc. In Vaticano Voſſii, teſte Perizonio, varia videtur fuiſſe lectio, ſi quidem ex eo adnotavit Voſſius in conlationibus, ſcriptum eſſe *magno* et *magna*, nempe τῷ *o* inſcripto *a*. In exemplari edit. 23. ad Vaticanos conlato, quo mihi licuit uti, lectio eius editionis ſic lineis ſubductis notata erat: magno *ſe extendit ambitu et paludi*, Vaticanos legere *magna*, tum omittere *et* denique deeſſe in Vatic. 3. *paludi*, ita ut, ſi tollas, quae lineis ſubductis notata erant, haec lectio ex quatuor iis Codd. conficiatur: *ingens iterum et magna paludi ceterum* —

Nec, quod vel ex edd. recenſu adparet, magis inter ſe congruerunt viri docti, quorum disputationes hic contractas nunc ſubiiciam. TZSCHVCKE. Lectio Aldi [17.] quod ab antiqua procul abeat, non placet. Propius vero eſt, ut legatur, *Ingens iterum et magnae paludi*, *caeterum exiguo ore coniungitur*. Reliqua falſo addita videntur. PINTIANVS. *Ingens iterum magnae paludi.* Ita correxerunt alii, perperam tamen. Vatic. Codex legit: *et magno paludi.* Verum quamvis ille codex omnium longe ſit antiquiſſimus, habet tamen et ille ſuos naevos, ut multis aliis locis oſtendemus. VOSSIVS. *Et magnae paludi.* Non dubium poterit ultra (ſc. propter Codd. aliquos adlegatos) eſſe, quin tam vera ſit haec ſcriptura, quam falſa eſt illa, quam tuetur et recepit Voſſius, ſi vel attendas ad acumen Melae, hanc quoque Bospori Cimmerii et Maeotidis deſcriptionem ita breviter et velut in transcurſu perfectiſſimam dantis. Sed quod unice rem omnem decidit, obſervari meretur, verbum *extendere* nunquam ab auctore poni, niſi de rectis litoribus, non incurvis et ambitum facientibus, ſic ut ex ſententia Melae, *extendere ſe magno ambitu*, Latinum non ſit, vel ſententiam bonam nullam faciat. Operae pretium eſt, inſpicere omnia loca. Sic 1, 2. *Poſt ſe ingenti fronte ad Hellesponticum fretum extendit*, quum *ambitus* mox ibi praecedens iungatur cum τῷ *incurvat*. Sic lib. 1. c. 3. *Pene ut directo limite extenta eſt*. Lib. 1. c. 17. *Anguſtisque cervicibus reliqua extendit* [*in latius*.) Lib. 1. c. 19. *Longo rectoque limite extentus*. Lib. 2. c. 5. *Non tam lata, quam coeperat*, *ingens tamen iterum*, *et quaſi peninſula extenditur*. Lib. 2. c. 6. in. *Hiſpania*, ubi *Galliis adhaeret*, *maxime anguſta paullatim ſe in Noſtrum*, *et Oceanum mare extendit*. Lib. 2. c. 7. *A Peloro ad Pachynum ora*, *quae extenditur*, *Ionium mare attingens*. Lib. 3. c. 1. *Iterumque recto margine iacens ad promontorium Celticum extenditur*. Lib. 3. c. 9. *An exhauſto fluctu ſine fine Africa ſe extenderet*. In his locis

apud Melam eſt uſus eius verbi et egregie geographicus, et quidem ita, ut nunquam de quodam ambitu ſumatur. Quis igitur credat, quum et praeclarus ille Vaticanus et tot alii Codices aliter habeant et facillimo remedio adiuvari poſſint, in uno tamen hoc loco contra indolem ſuam egiſſe Pomponium? Et quid? Nonne haec ipſa variatio et brevitas ſtyli par eſt et gemina prorſus illis lib. 2, c. 5. *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* Lib. 2. c. 6. de ſinu Sucronenſi: *Maior hic et magno ſatis ore pelagus accipiens.* Lib. 3. c. 1. *Sinus ore anguſto admixtum,* [ſ. *admiſſum,*] *mare non anguſto ambitu excipiens.* I. GRONOVIVS. At ex omnibus, quae Gronovius adducit, ne unus quidem eſt, qui pro ipſo faciat, locis. Quomodo enim litora ſeu orae in orbem poſſunt extendi et tamen rectam conſtituere lineam? Ecqua poſſit peninſula fingi, quae ambitum non habeat, quemadmodum illa, in cuius iſthmo Teos et Clazomenae, quam dicit [1, 17, 3.] *anguſtis cervicibus reliqua extendere?* De Peloponneſo, quam folio platani ſimillimam facit, ſic ſcribit, [2, 3, 3.] *ingens tamen iterum et quaſi peninſula extenditur.* Denique ſi una vox ſuffeciſſet, non toties addidiſſet, *recto* vel *directo limite*, *recto margine.* VOSSIVS in appendice ad h. l. Nec etiam nunc quidquam horum poenitet, imo tanto ſunt haec veriora. Quod, ſi retineatur Voſſii lectio, Pontum quidem Mela dicet ingentem et magno ſe extendere ambitu (ſi hoc poteſt intelligi) Boſpori Cimmerii exiguum eſſe os; Maeotin vero tantum paludem eſſe, non etiam qualem, quod procul dubio ſignificavit. Itaque Voſſianam lectionem reieci. *Magno ambitu mollique circumagi* dixit lib. 2. c. 2. I. GRONOVIVS. *Ingens iterum magnae paludi)* Non dubitavi reſtituere genuinam Melae lectionem, quam Vinetus et Schottus exhibuere, expuncto etiam τῷ *et*, quod Melae ſtylus repudiat, vel non requirit, et ex corruptela ſemel coepta videtur ortum, ut alia plura deinceps inde ſunt orta. Certe ab eo Melae ſtylo lacinia Aldi

[ed. 17.] abhorret penitus, quippe quae nihil aliud dicit, quam quod continetur iam eo *ingens iterum*. Rectiſſime autem concinno plane nexu et oppoſitione, dicitur ipſum mare *ingens* paludi *magnae* coniungi, *ceterum exiguo ore.* PERIZONIVS. *Ingens iterum et magnae paludi.* Legendum exiſtimo *vaſtae paludi* auctoritate adductus Herodoti, a quo complura deſcripſit Mela, qui lib. 4. c. 86. *Pontus hic*, inquit, paludem habet *influentem in ſe non multo, quam ipſe eſt, minorem, quae Maeotis appellatur, et Mater Ponti.* Adiuvat hanc coniecturam adverſativa particula, quae ſequitur ſtatim. Sed ne quid diſſimulem, *ingens* et *immenſum*, aut *ingens* et *immane* ſolet dicere Cicero. *Magnum* enim aliquanto minus eſt, quam *ingens.* CIACCONIVS. Lego cum Dorvilliano *ingens iterum et magno ſe extendit ambitu et paludi* — Patet ſatis, illas voces, *ſe extendit ambitu*, ex plerisque MSS. excidiſſe, qui habent *et magno et paludi* — Ciacconius prave legit *vaſtae paludi.* Infra cap. 14. *Schoenus ambit Hylan.* OVDENDORPIVS apud A. Gronovium. Optimam etiam Florentinam hanc lectionem indicat Dukerus ad Perizonium. *Extendi* de locis planis, apertis, quae in longum latumque porriguntur, dici ſolere, docet praeter alia etiam elegantiſſimus Ovidii Metam. 11, 43. locus hic: *Iuſſit et extendi campos, ſubſidere valles* — cum paullo ante: *Tum freta diffundi* — *iuſſit et ambitae circumdare litora terrae.* Sic noſter ſupra: *Terra omnis ambitur Oceano.* Et ſic initio: *uno ambitu ſe cunctaque amplectitur*, pro quo quidam *complectitur* et c. 2. §. 2. *ſe ingenti ambitu incurvat.* Ex quibus et aliis, quae I. Gronovius produxit effici poſſe videtur, haec duo verba *extendere* et *ambitu* invicem ſibi repugnare et minus recte coniungi. Quas contra dubitationes movit Voſſius, expediri facile poſſunt, ſi *anguſtis cervicibus* et *peninſula* in locis, quae adtulit, ſeparatim de forma locorum, adiecta de eorum in longum latumque progreſſione, intellexeris. Sic *anguſtis cervicibus* abſolute ſunt poſita, i. e. cum anguſtas habeat cervi-

ces, in confequentibus et adnexis eſt: *reliqua extendit in latius.* Idem in altero loco: *ingens et quaſi pene inſula extenditur* i. e. peninſulae habet ſpeciem, ſed ita ut extendatur, quod de oris et litoris patentibus valere nemo negaverit. Tum accedit momentum haud leve ex eo, quod τὸ *exiguo* nihil habet, quod concinne et ex obpoſitione reſpondeat, paludemque hanc a vulgari quavis diſtinguat. Attamen vix adparet, unde in tot Codices haec verba migraverint, cum ab imperitis etiam, qualis Pragenſis, proferantur, niſi ex bonis libris excepta et ab auctore ipſo profecta fuerint. Tum etiam alii in iis boni, qui iis carent, lacunam vario modo indicant, nec et his ipſis, niſi facta mutatione, ad uſitatam hodie lectionem perveniri potuit. Quae quidem moverunt, ut viris illis doctis, qui probarunt, adſentirer et adponerem. Quod de uſu verbi *extendere* monuit I. Gronovius, de progreſſione et porrectione in longum latumque valent, nec obſtare poſſunt, quo minus in hoc nexu ponantur, cum Mela extenſionem ambitus velit declarare, ſed in ipſo illo ambitu extenſionem, ut ſenſus ſit: magnum illud mare habet ambitum, quo ſe ulterius et longius extendit. Atque id recte dici de Ponto Euxino poteſt, quod longis lateribus procedit, quae magnum effingunt ambitum. Sic *vallis extentiſſima* in Livio 21, 22, 9. totam vallem complectitur, ſed ita ut longior ſit aliquanto. Sic lacus amplitudinem extendere dicitur a Plinio 16, 66. ſ. 56. Omnino prout ambitum conſideres vel reſpectu progreſſionis eminentiae etiam, vel reſpectu eorum, quae includit, forma ſua poteſt, uti umbo, *circuire* (Statius Achill. 1, 408.) poteſt *extendi* (Lucan. 3, 476.) *Munimenta extenduntur* (Curtius 9, 5, 19.) *ſepiunt urbem* Cic. Philipp. 13. c. 9. Forte huc Plinius de Ponto Euxino faciat 4, 24. ſ. 12. *magno litorum flexu retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur.* Noſter infra 1, 19, 6. *niſi qua promontoria ſunt huc atque illuc longo rectoque limite extentus, ſinuatus cetera.* Concinnitatem autem in poſterio-

bus verbis vel ſic deſidero, niſi forte *magnae* excidit, ut locus integer ita habeat: *ingens iterum et* (quod melius abſit aut ſic ad ſequens *et* referatur) *magno ſe extendit ambitu*, et *magnae paludi*, *ceterum exiguo ore*, *coniungitur.*

diſpergitur) *Diſpargitur* edd. 1. 2. 13. Sic *diſpartio* alibi. Cf. ad 1, 8, 4. Poſt *quaque* pro *qua* Florent. apud Fabricium ad marginem ed. Voſſ. Verba autem: *Id omne — dicitur* omiſit librarius in Cd. Cibin.

§. 5. Πορθμὸν) Mire, ut ſolent, depravant librarii. Lpſ. Gud. *pertinon* Vindob. *partemon* Rehdiger. *Ponthinon.* Cibin. *Parthinon* vel etiam *Parthmon.* Prag. *porthmon*, uti edd. multae antiquae, v. c. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Ed. 1. ποθρμὸν; 2. omnino omiſit.

Qua diffunditur) Pragenſ. *Quaque* diffundit, ut edd. 6. 7. 8. 10. Hermolao praeeunte. Hinc Vindob. *aliisque locis.*

arctat) Cibin. *artat.* Prag. Havn. Gudian. *arctat.* Cdd. Vaticanus, Venetus, ille cum Hermolai edit. conlatus, et quos conſuluerunt I. et A. Gronovii *arctat* vel *artat*, hoc tamen teſte Dukero plerique. Lipſ. *coarctat* uti ante ed. 44. priores, praeter Ald. et Iunt. in quibus *arctat* etiam; tantum aliquae *coartat*, uti 1. 2. 9. 11. 13. 28. Cum his edd. conſenſiſſe videntur Codd. qui ad eas conlati erant, et hinc cum Iunt. 23. Vaticani *arctat.* TZSCHVCKE. Hoc [*arctat*] ſolent uti. Seneca *Herc. fur.* [v. 1210.] *illa quae Pontum Scythen Symplegas arctat.* Velleius, ad Pomponii aetatem proximus, eo verbo delectatur etiam, ut collegit Heinſius ad lib. 2. c. 10. [ubi nunc *artare* editur]. Sed et Iuſtin. 44, 1. *Hiſpania arctantibus freti littoribus in Pyrenaeum coit.* [absque *c* etiam ibi hodie] I. GRONOVIVS. Ita *arctat*,

et ſe reſtituiſſe Perizonius ſcribit. Compoſita et ſimplicia ſaepe invicem miſceri tralaticium eſt. vid. index Melae ſ. v. *Compoſita*. Sic in hac praepoſitione *condono* (ad Cicer. de lege agrar. 1, 1.) *conſerva* (v. Garaton. ad Cicer. pro Sulla c. 30. et alibi) *collaudo* (idem ad Cicer. in Piſon. c. 29.) *conſecro* (Mela 2, 7, 2.) *conſurgo* (ad Frontin. 2, 3, 14.) et alia. De ſcriptura per ſimplex *t* ſupra dictum eſt.

Hellespontus) Vitiatur varie. Gudian. et edd. 2. 9. — *heleſpontus* Pragenſ. *Eleſpontus*. — Totum locum omiſſis aliquibus ſic legit Gudian. *heleſpontus vocatus euſinus qua paludi.*

expandit) *Expanditur* MS. Sic cap. quod ſequitur de Aſia: *rurſus expanditur*. NVNNESIVS. At heic omnia ſunt activa, et referuntur pariter ad voculam *ſe*, quae primo activo diſerte praemittitur. PERIZONIVS. Sic etiam Oxon. et edd. vett. DVKERVS. Addo ceteros Codices. Recte habet *expandit*, quod, cum per ſe in multis activis reciproce dictis locum habet, tum hic quam maxime. Poſt Prag. *preſſit iterum;* Vindob. *preſit*; Lipſ. *prexit;* Pariſ. 1. *preſſus*. En Codices veſtram auctoritatem.

Vbi iterum effundit) Vocem *iterum* abundare quidam opinatur; praeceſſit enim paulo ante. CIACCONIVS. Quem innuat, equidem ignoro. At, qui abeſſe ad ſenſum recte poſſit, non video, quia vicem gerit τοῦ *expandit*, ut τὸ *preſſit* τοῦ *artat*, unde idem bis diverſe fieri adparet. Ante ſuo more graſſantur librarii. Sic *Tracius* Cibin. Vindob. *Tracheus Boſſorus* Lpſ. *tratius boſſorus*. Sic antiquiſſimae edd. 1. 2. et quaedam poſt plerumque *boſſorus*, uti poſt Cd. Gudian. Invaluit tamen in edd. maxime *boſphorus*, quod et habent Cdd. Cibin. Rehdig. Vindob. Tantum ex ſuperioribus Ste-

phanus ab Olivario hic disceſſit, deditque recte *Bosporus*, uti poſt Vinetus, Voſſius aliique, non item Schottus. Illud adeo per *ph*, quod mirum, circumfertur in editionibus auctorum quibusdam, veluti in Plinio Harduini, Varrone Geſneri — Sed quod hic ſemel omninoque monendum in re nota duxi, quia verbum ex Graeco Βόςπορος mutuati ſunt Latini, ſuffragante etiam nota etymologia, ſcribendum eſt *Bosporus*. Vid. Burmann. ad Ovid. Metam. 1, 179. Dukerus ad Flor. 3, 5, 25. — Sed quid decantata recinere? Poſt Prag. *Euſinus*. Edd. 21. 28. cognatae omittunt *Pontus*. Pro *effundit* Cibin. et Vaticanus apud Fabricium ad marginem ed. Voſſ. *effudit*. Forte quod praecedit praeteritum, unde et ferri poſſit. Alii tamen *effundit* praeferunt.

committitur) MS. *emittitur*, quaſi ab Oceano emittatur, aut certe a Ponto Euxino demittatur. Stephanus enim ſive Hermolaus de Vrbibus ſcribit de ipſa, [ſ. v. Μαιῶται] ἥν φασι κληθῆναι ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου Πόντου, quo loco legendum videtur κλιθῆναι quaſi κατaχθῆναι, ut ſit, *quam aiunt a Ponto Euxino demiſſam et delapſam eſſe*. Placet tamen vulgata lectio, quia ſupra dixerat de eodem: *Paludi exiguo ore committitur*. NVNNESIVS. Aliqui codices habent: *Qua palumidi emittitur Cimmerius Bosporus*. Quod nonnulli viri docti interpretari conati ſunt, tamquam ſi *emittere* et *immittere* idem eſſet. Sed plane contra fidem librorum veterum omnemque adeo rationem. Caetera enim maria hactenus terrae influere opinio fuit Melae, paludem vero Maeotida non videtur ſenſiſſe donum eſſe Oceani. Supra enim dixit, hanc coniungi Ponto Euxino, hic vero committi, quod idem eſt. VOSSIVS.

Cimmerius) Venetus, Lpſ. Gud. Vindob. Rehdiger. Vaticanus et Florentin. apud Fabricium in margine ed. Voſſ. *Cimmericus*; Prag. *Chimericus*; Cibin. *Cymme-*

rius. Edd. aliquae antiquae, ut 2. 9. 11. *Chimerius.* *Bofforus* Cdd. quidam, ut fupra. Tum Rehdiger. Prag. *Meothis* Lpf. Vindob. Cibin. ed. 2. *Meotis.*

§. 6. *inclytis*) Lpf. Gudian. Cibin. Rehdiger. Pragenf. Vindob. ed. 2. *inclitis*, ut alibi, etiam in aliis auctoribus. Fertur autem triplex librorum fcriptura, *inclutus*, *inclytus*, *inclitus*, ex quibus duae pofteriores formae etiam prodeunt in lapidibus; vid. Cellarius in Orthogr. Lat. T. 1. p. 259. ed. Harlef. Triplicem formam fiftunt libri apud Virgil. Aen. 6, 479. Hinc vero cum *inditus* mifcetur et *indutus* vel *inductus*, de quo vid. Drakenb. ad Liv. 6, 42, 5. et 39, 36, 4. Hybrida vocem exiftimem, fi quis ex Latino et Graeco velit compofitam. Ni fallor, ita habet; vera et prima fcriptura fuit *inclutus* a *cluere*, quod male feduli Graeca forma ornarunt, *inclytus*, unde *inclitus* natum. Dedi igitur *inclutis*, uti et bis fcribit Cibin. 1, 17. in. 2, 3, 8. etfi et per *i*, ut 2, 6, 6.

Tanai) Lipf. Cibin. Pragenf. *tanay;* Rehdiger. *thanay*, poft *Thanais* et *thanayn.* Recte Gudian. Tum Lipf. Pragenf. *atque nylo.* Gudian. Zalufc. Vaticani, Venetus, *atque nilo.* Editiones inde a prima pleraeque et tantum non omnes habent *et Nilo*, quod et in aliis Codd. fuiffe videtur. Sic et Voffius. At Vinetus, poft A. Gronov. in ed. 42. dedit *atque Nilo*, quod in aliis fervatum et cum parum referat, a me relictum manfit.

univerfa) Sic Lpf. Gudian. Parif. 1. Vaticani mei, Vaticanus apud Fabricium in margine ed. Voff. Rehdiger. Cd. Ciacconii, tres a I. Gronovio, fex a Perizonio infpecti, Oxon. is qui in Hermolai editione conlatus erat. Pauci *univerfum*, in quibus Pragenf. Havn. et ex filentio conlatorum Parifienfes 2. 3. Zalufc. atque id exceperunt edd. antiquiffimae, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

12. 13. — et ad posteras propagarunt. Retinuerunt enim Vadianus, Olivarius cum suis, Aldus, Iuntae, Schottus, aliique ad Vossium. Tantum Vinetus praetulit prius et ab ed. 41. Gronovii cum Reinoldio et ceteris. TZSCHVCKE. *Vniversum.* Sic quoque video legi in membranis, quas medio tempore possidere coepi. Sed, quaeso, quod illud universum? Nullum universum statuitur a Mela, nisi quod appellavit *Omne* vel *Vnum.* Atque id aliis modis dividitur, ut dixit, non Tanai ac Nilo et Mediterraneo mari, quibus dividitur noster orbis, unde etiam dixit lib. 3. c. 5. *universum orbem mari circumfusum esse*, ita integre dicturus nunc quoque non elisione substantivi adhibita. Omnia autem, quae antecedunt in neutro genere, respiciunt *mare*, unde haec vox regi nequit. Clare etiam in MSS. tribus exstat *universa*, quae verissima Auctoris manus est. Subintelligitur Zona, quae cognita est, quam incolimus, et cuius situm dicendum sibi proposuit, quod et facit; unde sic edidi. I. GRONOVIVS. [Eandem lectionem etiam tuetur in notis Mstis. et de Zona habitabili nobisque nota explicat. TZ.] *Vniversum.* Cum in hac lectione conspirent Vaticanus et plerique mei libri [qui?] quaerit tamen bonus iuvenis, quid illud *universum?* Ecquis dubitet, quin illud accipi debeat de universo terrarum et toto veteribus cognito orbe, quem a mari interno, Tanai et Nilo in tres partes dividi et secari omnis fere credidit antiquitas? Iste tamen iuvenis, quod in vitiosis exemplaribus repererit *universa*, affirmat hanc esse veram Pomponii manum; *subintelligi enim Zonam, quae cognita est, et cuius situm dicendum sibi proposuit; quod et facit.* Quaenam est ea Zona, quae ab austro in septentrionem procurrit? Veteres plerique crediderunt, ducta linea a summo Tanai ad ultima Nili omnes Zonas secari. Mirum sane eum, qui vult videri aliquid in Geographicis profecisse, nescire, quid sit Zona. VOSSIVS *in appendice h. l.* Sequor heic lubens Gronovium. Minime vero crediderim Vossio

affirmanti in hac lectione conſpirare Vaticanum et plerosque ſuos libros. De plerisque ſuis libris, quibus ego nunc utor, quod ait, certiſſime eſt falſum, et Viro plane indecorum. Refertur autem *univerſa* ad ſuperiora illa: *Hanc ego ab Ortu porrecta ad Occaſum*, ſcilicet noſtra Zona habitabilis. Inane eſt, quod opponit Voſſius rogitans, *quaenam ſit ea Zona, quae ab auſtro in ſeptentrionem procurrat?* At nemo hoc dicit. Ceterum porrigitur haec Zona ab ortu ad occaſum inter ultimum ſeptentrionem et auſtrum ſeu eius Zonam torridam. PERIZONIVS. Aperte redit ad id, a cuius finibus, quatenus maria conſtituunt ab Oceano variis ex partibus immiſſa, egreſſus huc pervenerat, et nunc partes eius fluminum diverſo curſu notatas indicat. Fuit autem haec terra, quam nos incolere dixit. Si *univerſum* legas, quod ſupra initio *Omne Hoc* vocavit, ſecum ipſe pugnet, ſin *orbem* ſubpleas, duriter hoc facias et praeter morem, cum praeterea expediant probam lectionem libri. Evincunt etiam et aliorum loca, in quibus eodem modo terra dividitur.

Maeotida) Gudian. Zaluſc. Cibin. Rehdiger. et, teſte Dukero, Oxon. Pariſienſ. duo, cum quo collata eſt ed. Hermolai et alii in margine Cratandri. *Maeotidam* ſ. *Meotidam* uti edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. *Meotidum* ed. 2. Vindob. *Meotida*; edd. 9, 11. 15. *Meotidem*.

defluit) Lpſ. *difluit*, qui et ante *ex* omittit; *et* cum Prag. et Rehdiger. Ex editoribus omiſit primus Voſſius et hinc edd. 40. 41. 42. Poſt cum Reinoldio revocavit A. Gronovius in edd. 44. 45. cum ceteris. Equidem elegantius abeſſe putem ortumque ex praecedentis vocis ultima ſyllaba. Voſſii etiam lectionem, omiſſo *et*, calculo ſuo probavit Perizonius.

ex diverſo) Sic Lipſ. Gudian. Rehdiger. Zaluſc. Venet. (omiſſo tamen *ex*) Mediolan. Leidenſ. uti edi-

tiones, quas cognovi, exceptis Reinoldianis, in quibus *ex adverſo*. Atque ita habent Cdd. quidam in iis A. Gronov. Pragenſ. Pariſ. 2. (Pariſienſes duos producit de hac lectione Perizonius,) Florentin. apud Fabric. in margine ed. Voſſ. Havnienſ. quod et hic malebat Cluver. in Germ. ant. 1, 1. p. m. 12. et inluſtrat ex Strabone 2. p. m. 74. (108. f.) ubi ὑπεναντίως τῷ Νείλῳ eum fluere negatur quidem ex auctoribus peritioribus. TZSCHVCKE. Meliores libri *ex adverſo Nilus in pelagus*, uti reponendum. VOSSIVS. Vtriusque verbi commutatio ſupra notata, ut huius (*diverſus*) ſignificatio ſolita, quae etiam ad hanc obpoſitionem valet. Si quis velit eam propius altero indicari, hoc tamen cautius et inde verius ab omni parte agit; Perizonius etiam, uti poſt ſubiungit, hoc rectius dictum et diſertius mentem Auctoris exprimere cenſet.

Quod terrarum) Lipſ. *quot terrarum* (uti Vaticani duo) *iacent*. Prag. *Quid terrarum*. Cibin. *Quod terrarum medium*. At vox *medium* expuncta erat. Codices in margine Cratandrinae ed. notati: *qui t. i.* teſte Dukero. Vulgata bene habet. Ante Vindob. *in pelago*.

Africam) Cibin. Rehdiger. *Affricam*. Ed. 19. hic ut alibi *Aphricam*. Mox *Europen* Lpſ. et antiquiſſimae editiones. Pragenſ. Vindob. Rehdiger. ut ed. 8. Europem. TZSCHVCKE. In MS. ſemper *Europam* declinatione Latina, ut *Africam*. Nam cur aliter eſſe debeat, non perſpicio. NVNNESIVS. *Europen* etiam Oxon. et in princ. cap. ſeq. idem et Lipſ. *Europe*. Multa utraque terminatione a Latinis efferuntur, *Helene* et *Helena*, *Nymphe* et *Nympha* et alia. DVKERVS. Accedit praeter Codices, quod Mela, ubi uſus fert et ratio, Graeca adfectat lubenter et cupide, etſi vulgaris terminatio nec a poetis, veluti Virgilio, reſpuitur. Ita tamen *Europen* de puella illa Ovid. epiſt. 4, 55. in libris.

ut de A. A. 1, 522. Sic pro *Idam* ſaepius *Iden.* V. Heinſius ad Ovid. Epiſt. 5, 73. Sic *Pelle* 2, 3. quidam Codd. apud noſtrum. Vid. I. Gronov. ad 1, 2. in.

ad Nilum — Europen) Abſunt haec verba a Vaticano Voſſii, Lipſ. Pariſienſium uno, chartaceo quidem, at, Perizonio teſte, neutiquam peſſimae notae. Ignorat etiam Gudianus in ipſo contextu, tantum quod in margine eadem manu haec addita erant: *ad Nilum Africam.* De Vaticanis verba *ad Nilum — Europen* ſubducta lineola erant notata et in margine haec adſcripta in edit. 23. *Delent MSS. duo. Interpolata nempe credo iſta verba. Retinet tamen* Θ (i. e. Vaticanus 1.) Editiones omnes inde a primis ea exceperunt et propagarunt. Agnoſcunt et alii codices. TZSCHVCKE. Haec verba uncis incluſi. quia ab ipſo Mela nequaquam videntur, ſed a Gloſſatore orta, et ita ex margine in textum irrepſiſſe. PERIZONIVS. In brevitate Melae, cum nihil novi adferant, ſed per ſe plana moleſta explicatione gravant, gloſſema frigidi librarii cum Perizonio eſſe arbitror, et uncis coercui.

Vltra) In ed. 23. margo hoc: *Altera MS.* Cd. Cibin. *Aſya;* ſpeciminis cauſa. Inde vero a verbo *Vltra*, novum ſegmentum faciunt editiones quaedam, 9. 11. et 13. hac praemiſſa inſcriptione: *Aſiae deſcriptio generalis.* Ed. 11. addit capitulum II. et 13. paragraphi ſignum.

CAP. II.

Brevis Aſiae deſcriptio.

Multae editiones antiquiſſimae, uti 1. 3. 4. 6. 7. 8. 10. Aldinae et Iuntinae Vineti (etſi capite 5 adpoſito) una ſerie progrediuntur utroque capite connexo. Sic etiam Cd. Rehdiger. In Cd. Cibin. diſtinctione intervalli utrumque ſeparatum erat, nec titulum praefixum

habebant Cdd. Parif. 1 et 5. Pragenfis contextus intervallo feparat, uti Gudianus; at hic in margine exhibet haec: *de afia lu go* (*o* fupra adpofito) Lpf. *defcriptio Afyae fummatim.* Parif. 2. *Afiae defcriptio fummaria.* Zalufc. *Provinciarum et Gentium Afiae fummalis et Compendiofa Praenotatio. De Afia.* Pleraeque editiones ante Voffianam, quare et pofteriores cap. 2. addunt, in fronte exhibent haec: *Summa Afiae defcriptio*, uti iam legi in ed. 5. Inde a Voffio invaluit: *Brevis Afiae defcriptio*, quod et retinuit Reinoldius, ut nunc ego. A Mela profectas effe infcriptiones nemo credit, uti iam monitum eft ad cap. 1.

§. 1. *e partibus*) Tò *e* abeft a Rehdiger. et poffit abeffe integro fenfu. At tuentur libri ceteri et fic Plinius 6, 14. f. 15. ubi Melam aperte reddit: *Tribus hic* (Oceanus) *e partibus coeli adluens Afiam, Scythicus a feptentrione, ab Oriente Eous, a meridie Indicus vocatur, varieque per finus et accolas in complura nomina dividitur.* Pro *Oceanus* quidam, more folito, *Occeanus* ut Rehdiger. et poft Lpf. Gud. Vindob. *Ita* excidit in edit. Reinold. an. 1775. et *ut* male in *et* mutat Cod. Zalufc. qui et poft pro *Indicus* habet *Indus.* Temere etiam pro *ut*, quod recte habet, Prag. pofuit *ficut.* Stulte Vindob. pro *Eous* fcripfit *fous.*

a feptentrione) Vindob. *ab feptentrione*, uti edd. pleraeque c. 1. §. 3. Vox *Scythicus* male verfatur a librariorum manibus. Gud. *fithicus;* Vindob. *fcithicus;* Cibin. *Scyticus;* Prag. *fciticus;* Rehdiger. *Scithicus;* Ed. 9. *Ssiticus.* — Voci *ipfa* praeponit Zalufc. *Afia* et pro *ac perpetua* Prag. habet *aut perpetua.*

verfa ad orientem) Hac ferie Codices verba ponunt, etiam quo ufus eft Nunnefius et edit. Salmanticenfis an. 1498. Sic quidem hic certe numerofior eft et

concinnior oratio, quia, ut monet Nunneſius, nihil hiat. Alio ratio eſt 3, 1, 8. *hactenus ad occidentem verſa litora pertinent*, ubi numerum nexus ſervat. At quidquid eſt, Codices omnes et edd. antiquiſſimae hanc lectionem tuentur, quae nec in ſe vitii quidquam habet. Non igitur erat, quod Vadianus ea relicta daret *ad orientem verſa*, quem praeter ſuos nemo ſecutus eſt. Etiam 21, 28. priſcum ordinem ſequuntur.

latitudinem) Plerique MSS. teſte Perizonio habent *altitudinem*, et ex meis Vatican. Lipſ. Gudian. (*ubi ſe in alt.*) Rehdiger. Pariſ. 1. Cibin. Havn. Vatic. Fabricii ad edit. Voſſ. Ceteri cum editt. conlati *latitudinem* habuiſſe videntur, et ſic certe eſt in Vindobon. (*tantum ſibi in lat.*) et Prag. alias minus commodis. Idem notat de Oxon. Dukerus, de Voſſiano 3. Perizonius, de Chiſ. Leidenſi et ſuo A. Gronovius. Quod Perizonius autem adfirmat, ita et antiquiſſimas exhibere editiones, ſecus eſt in 1. 2. 9. 11. (in margine hic MS. *latitudinem*) etſi et Perizonius 1. et 9. eximit. Veram eſſe hanc lectionem in hoc nexu nemo facile negaverit. Sic infra 1, 5, 3. *in latius funditur mare*, quod alibi (1, 19, 15.) *patere*. Sed et alibi haec verba et cognata ex literarum disiectione commutantur. vid. Clark. et Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. C. 1, 61. in. et 2, 15. Drakenb. ad Liv. 5, 37. f. idem ad Sil. Ital. 3, 418. et quem addit, Oudendorp. ad Frontin. 1, 7, 2. Sic Gud. 2, 3, 11. *altitudinem* pro *latitudinem*.

effundit) Pragenſ. *diffunditur*. Vadianus et haec verba ſic invertit: *tantum ibi ſe in latitudinem, quantum Europa — immiſſum eſt, effundit*; nempe ut periodicam et numeroſiorem orationis formam et hic Melae obtruderet. Et ſic ferunt cum ipſo cognatae etiam editiones 18. 29. (quae alias Olivario adhaeret) 30. 32. Munſterus tamen vulgatam lectionem, quae bene habet et

libros ſuffragantes, retinuit cum aliis. Sine cauſa idonea etiam Nunneſius locum ſe reſtituiſſe putat ex Codice ſuo et edit. Salmanticenſi, an. 1498. ſi ita legatur: *Tantum ibi in latitudinem ſe effundit* — immo longe melior vulgatus ordo, niſi ſimul Vadiani inverſionem ſpectavit.

Europe) Sic Lipſ. Gudian. Vatic. Mediolanenſ. et ex edd. antiquiſſimae. *Europae* ex vitio non inſolito 8. 10. TZSCHVCKE. Hanc terminationem genuinam auctoris eſſe colligo vel ex fine capitis praecedentis, vel ex libro 2. c. 6. *Iunonis promontorium finit Europen:* Et hinc eſt, quod non opiner repudiandam eiusdem [Gudianae] membranae ſcripturam lib. 2. c. 1. *In Macotida remeantibus ad dextram Europe modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita;* ubi nunc editur *Europa eſt*, in quibusdam MSStis etiam exſtet *Europae*, quum illud verbum illic ad nauſeam iteretur. Item lib. 1. c. 4. in. *quam Europe* exſtat in Mediol. Similiter lib. 2. c. 3. teſtes habeo 3 MSStos, auctorem ſcripſiſſe *Pelle*, non *Pella*, ut antehac ſegniter illic exhibebant. I. GRONOVIVS. Vt Mela ſibi conſtet, lubens Gronovii ſententiam amplector, etſi plerique Cdd. et edd. *Europa* adferant, hae quidem inde a Vadiano, qui primus illam terminationem mutavit ad I. Gronovii edit. primam. (40) Poſt enim hoc praeeunte Europe eſt revocata. Poſt pro *et Africa* Prag. dat *aut Affrica;* poſterius etiam Lipſ. Gud. Cibin. editiones item quaedam, nec eae antiquiſſimae *Aphrica*, uti 19. quae quidem non moror.

et quod —) Vadianus, qua gravi cauſa motus equidem non video, cum elegantior ſit vulgata lectio, mutato ordine hoc repoſuit: *et pelagus quod* — Itaque fecerunt cum eius editionibus eius etiam adſeclae Vurſtiſius, Heniſchius. Poſt *preceſſit* ed. 1.

immiſſum eſt) Vindob. *inviſum eſt*. Ciacconius ita totum hunc locum conſtituebat: *et pelagus inter*

ambas immiſſum efficit. At repugnare Codices, nec ulla hic mutatione opus eſſe, recte monuit Dukerus. Mox Vindob. *dicimus* et *ex ſcithio C. recepit.* In v. *Scythico* varie et hic hallucinantur libri.

qua recipit) Cdd. quidam legunt, *qua ſe recipit*, in quibus Venet. Pariſ. 2. Havn. Bonon. Florentin. Fabricii ad edit. Voſſ. conlatus, uti poſt editt. 15. 17. 20. 25. Pragenſ. *qua ſe recipitur;* Rehdiger. *quia recipit*, quas voces commiſceri ſupra ad 1, 1, 5. vidimus. *Se* autem modo eliditur, modo obtruditur. Vulgata aliorum bene habet, nec alii Codices, nec editionum praeter notatas ulla habet. Poſt *anguſtior* editiones multae, et ex antiquiſſimis 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. uti poſt Vadianus, Olivarius — Voſſius, Gronovii ad edit. 42. diſtinctionis maximae ſignum adponunt, (adpoſitum etiam in ed. 23. conlata) quo ſublato Reinoldius inciſo a ſequentibus ſeparavit, et hinc A. Gronovius et ceteri, quod aptius ad morem Noſtri factum videtur, qui ſic abſolute poſitis adiectivis ſequentia adnectit. Sic ſupra 1, 1, 2. *ſublimis*, poſt §. 4. *ingens* infra hic §. 2. *obliqua, curva.*

Deinde) Mediol. Cod. Ciaccon. et A. Gronov. *dein*, quod recepit A. Gronov. in ed. 44. poſt iterum dimiſit. Variatio in Mela frequens et obvia, uti proxime poſt. Mox Zaluſc. *aliquarumque terrarum.* Edd. 30. 32. vitioſe item *alterumque terrarum.* Poſt pro *aequoribus* Cod. Cibin. *aeque oris* aut potius *oribus*, quia inter *i* et *s* ſupraſcriptum erat *b*,. Nempe ex dictantis voce male percepta. In margine tamen ſignum delendi adpoſitum erat.

reliqua altero) Rehdiger. *media altero;* Cibin. *reliquum a. eorum* (pro *cornu*) *pergit.* In ed. 42. *et media* — Poſt Vindob. *ad tanaim*, uti poſt Cibin. *ad tanaym.* — A voce *Ora* cap. 6. incipit Vinetus.

§. 2. *cum alveo Nili amnis ripis)* Sic Vossiani omnesVossio, teste, Dukero, Oxon. et quibus usi sunt Perizon. et A. Gronovius. Nec aliter mei, quos aut ipse inspexi, aut inspectos adhibui. Tantum Paris. 5. videtur legisse *et Nili.* Vindob. corrupte *Nili amnis.* Superiorem lectionem inveni etiam in editionibus. Tantum Schottus *amnis ripa.* Post Vossius dedit *et Nili amnis*, et sic edd. 40. 41. 42. unde a Reinoldio expulsum *et* abest iterum, maleque revocavit editor Norimbergensis. TZSCHVCKE. Scribendum reor *ripa*, non *ripis*, ut sit sensus, Asiam ipsam descendere, una cum alveo Nili amnis ripam factam, ut paulo post: *fit ripa, qua Tanais est.* PINTIANVS. Pintianus reposuit *ripa*, eumque secuti sunt omnes alii [Schottum solum novi] interpretes Melae. Nos veram lectionem reduximus. Sensus horum verborum hic est: extremam illam Asiae oram, illic nempe, qua est Nili alveus, qui Asiam ab Africa separat, cum sua quoque ripa in pelagus descendere, diuque, quemadmodum mare mediteraneum incedit, ab occasu versus ortum, ita quoque litora sua porrigĕre. VOSSIVS. Miror, secutas perversam hanc Vossii coniecturam editiones ultimas. Si copula omnino foret opus; opportunius fuisset, legere *cum alveo Nili amnis ripisque* descendit, ut hic *Nili* vox aeque ad *alveum*, ac ad *ripas* referatur. Et facilius elidi istic potuisset *que* sequente *descendit*, quam *et* priore in loco. Sed priscae editiones Camertis, Vercellensis, tum Aldi, Iuntae, Vineti, Vadiani distinguendo ante *ripis* aliter se haec accepisse declarant; nempe oram Asiae cum Nili alveo pariter in *ripis* vel per *ripas*, hoc est ruptas et praecisas flumine terras, descendere in pelagus. Sic paulo post ora Asiae ad Tanain dicitur *fieri ripa.* Et cap. 3. *qua ripa est dicti amnis.* Et maxime 3, 9. de oris Africae: *Vasta omnia vastis praecisa montibus. Ripae magis sunt, quam litora*, hoc est, terrae abruptae. Frequens autem est Melae, unius fluminis unum etiam latus plurali numero *riparum*

designare, Lib. 1. c. 6. *Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.* Cap. ult. *Ripas eius* (Tanais) *Sauromatae et ripis haerentia poſſident;* 2, 2. *Tum Neſtos fluvius et ripis eius adiacens Maronia;* 3, 3. *Germania hinc ripis* Rheni *obducta eſt.* Neque vero in conſtructione quidquam eſt, quod nos moretur, quum Mela amet hunc elliptici ablativi uſum. Sic cap. ſeq. *Ora eius forma litorum.* Vide Me iſtic. Non ergo hic auſcultandum Pintiano, aut aliis contra MSStos. PERIZONIVS. Particula *et* hoc loco quoque a Voſſio temere addita eſt, idque etiam Oudendorpio obſervatum. A. GRONOVIVS. Sic *ripae* de uno Tiberi apud Virgil. Aen. 7, 201. 8, 63. Plin. epiſt. 8, 17. de Iſmeno Statius Theb. 9, 455. Et ſic alibi, ubi in univerſum non de parte ripae aliqua, ſed de continuo eius tractu in primis dicitur. Sic de Nilo *ripam* et *ripas* deinceps Plin. 6, 34. extr. (29.) Tum Mela in limitibus Aſiae conſtituendis et proſequendis a Nilo ad Pelagus ripas Nilum litoribus ad pelagus oppoponit. Similia loca ex noſtro iam adtulit Perizonius. Nec minus recte de orationis forma et de diſtinctione, qua loci ſenſus luculentius adiuvatur, monuit. Nihil igitur invitis libris hic mutandum obiicitur.

ita ſua litora) Aut reponendum *inde* pro *ita*, quae facilis eſt mutatio, atque eam ſenſus poſtulat, aut dicendum τὸ *ita* poſitum eſſe loco τοῦ *inde*: quaſi dicat, ora Aſiae Nilo comitatur usque ad eius oſtia, *inde*, hoc eſt, ab eius oſtiis ſua litora ſcilicet interioris maris, porrigit; deinde fit venienti Aſiae obviam. NVNNESIVS. Immo vero nihil hic mutandum, et ſolito prorſus ſenſu accipiendum τὸ *ita*. Senſus enim eſt, poſtquam *cum Nili amnis alveo deſcendit in pelagus*, tum *diu ſicut illud* pelagus *incedit* verſus Orientem ab Nilo, *ita* et Aſia eodem flexu aut forma *porrigit* inde *ſua litora*. Pelagus enim illud Mediterraneum ab Occidente et Freto Gaditano ad Orientem procedere ſeu *incedere* dicitur. Vnde

et mox Afiae haec ora ab Oriente procedens non Afiae, fed Pelago ab Occidente *venienti obvium fieri* dicitur. Vide et Voffium. Ceterum amat auctor voculam *ita*, perque eam defignare folet ordinem ac progreffum fitus ac temporis. Cap. 4. *Vtque inde procedit*, ita *media praecipue in iuga exfurgens pergit in curva ad occafum.* Cap. 8. *Tunc, ut fol furgit, ita frigidior.* Et dein: *Prima nocte calidus, atque, ut illa procedit, ita calidior.* PERIZONIVS. Ad concinnitatem nexus requiritur *ita*, ut alibi, quod remotum magis defideretur, quam *inde* ipfo fenfu involutum.

dein fit) Sic Cod. Ciaccon. Voffianus unus tefte Dukero hic et fupra. In meis eft *deinde*, ut in edd. antiquiffimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — ad Vinetum, qui primus pofuit *dein*, fecutus demum A. Gronov. in ed. 44. et receperunt pofteriores, praeter Norimberg. *Deinde* etiam retinuit Reinoldius. Particulae huius in utraque forma variatio frequens non in noftro folum, (exempla funt obvia) fed et in aliis. vid. Corte ad Salluft. Iug. 20, 4. et alibi, Oudendorp. ad Sueton. Tiber. 9. in. Tit. 5. et praeter alios in primis Drakenb. ad Liv. 5, 3, 6. qui peioris notae codices praeferre *deinde* adfirmat. Hic quidem, cum perinde fit, utrum *deinde* an *dein* legatur, Codices plerosque audiendos puto et editiones antiquiffimas, quibus volentibus revocandum erat *deinde*, quod cum eadem caufa fupra adeffet, tamen in edit. 44. mutatum poft iterum reddidit. Pro *obviam* Rehdiger. *obvium*, forte quod ad litus referret. Pragenf. *obvia* et *primo*, pofterius etiam Venet. In Cod. Ciaccon. ante *ingenti* aberat *fe*.

Hellesponticum) Sic multi MSS. certe tres I. Gronovii ipfo tefte, (etfi in epiftola ad Graevium de appendice Voffii ad duos tantum tacite revocat) nec ex meis paene omnes discrepant, ut Vatic. Lpf. (*elexonticum*

froetum) Gudian. Prag. Vindob. Florentin. et Vatic. Fabricii ad edit. Voff. Parif. 1. etfi ab initio vocis varia depravatione. Quod Voffius fcribit, quidam libri etiam habuerunt *Hellespontum*, fed in appendice ad h. l. poftea tantum librum optimum memorat. Ita tamen fuit in Cd. Ciaccon. et ex Veneto notatum erat. Ex aliis meis Cdd. Havn. cum ed. 5. priorem formam praetuliffe, Parif. 2. et 3. cum Żalufc. *Hellespontium*, uti eft in ed. Voff. habuiffe videntur. Nempe Voffius relicta priori terminatione editionum *Hellesponticum* repofuit, quam in ed. 40. fecutus eft I. Gronovius, poft iterum abiecit, a quo tempore prior rediit. TZSCHVCKE. Fortaffe ad *Hellesponti fretum* fcripfit Mela. CIACCONIVS. Melius *Hellespontium*. VOSSIVS. Non magis credi poteft, quia tefte Voffio quidam libri *Hellespontum* habent, *Hellespontium* nunc edidiffe Melam, quam infra *Pontium*. Hoc credant illi, qui fimilem audaciam Reinefii probant in Infcript. p. 937. concinnantis *Hellespontium Iovinum* ex, nefcio qua, corruptela. Sed ut infra nofter *Ponticum*, ita nunc edidit *Hellesponticum*. Ita certe etiam ftatuit D. Heinfius, qui in Maximi Tyrii dialogo X. [f. 267.] *Hellesponticum* et *Hellespontium*, ubi Graecus Ἑλλησπόντιον et Ἑλλησπόντια, ut paffim Graeca monumenta et in his Herodoti et Paufaniae. Ita et Lactantius de *Falfa relig.* 1, 6. *octavam Hellesponticam.* [v. ibi Buneman.] *Hellespontius* poetis gratum eft, ut in Priapeis p. 85. [88, 4.] *ora Hellespontia*, etfi norim non penitus abftinere alios profa fcribentes, ut ipfe Cicero in epiftolis [13, 53.] utitur *aliquo Hellespontio* et inde *Hellespontiacus*. Vnde ille ipfe Voffius in epiftola ad Rivetum colligere et excerpere didicit: *Tenedos Hellespontiaca infula et numen Lamfacenum, Hellespontiacus Deus*, quod eft Arnobii in lib. 3. [adverf. Gent. p. 105. ed. Lugd. 1651. *Hellespontiacus Priapus* ibi] prout et Graecus auctor apud Suidam in Συνεβάλλοντο. Fere miror, cum lib. 2. c. 2. f. Voffius egregie reftitueret Ammianum

[31, 4.] quare eius corrupti verba *dudum Hellespontum* correxerit *ductum Hellespontum*, et non ad hanc formam *Hellespontium* quoque. I. GRONOVIVS [quem vide ad Ammian. c. l. ubi an. 1696. putabat *Hellespontium* fcripfiffe Ammianum] Quod pertendit Gronovius hac ratione paulo poft *Pontium* dicendum fuiffe, minime id fuccedit, cum compofitorum et fimplicium non eadem femper fit ratio. Sic *Hellespontiacus* paffim occurrit, non autem *Pontiacus*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ad quam Voffi notam I. Gronovius in epiftola ad Graevium de appendice Voffii p. 28. fi fummam complectaris, verborum detracta ignominia, refpondet, nullam a fe compofitorum et fimplicium factam mentionem, *Hellespontiacus* autem tantum abeffe, ut fe credat paffim occurrere, ut nusquam occurrere exiftimet, nifi apud poetas. Hactenus. Quod Ciacconius volebat *Hellesponti fretum*, etfi fic infra 1, 18. f. nimis tamen a Codicibus recedit, quorum plerique *Hellesponticum* tuentur. *Hellesponticum fretum*, quod quidam habent, dictum fit, ut *Oceanum mare*, et paffim ita reperiri docuit Muncker. ad Hygin. Fab. 3. p. 22. ed. Staveren. Sed quid in his Codicibus ad infolentiora et rariora recurrendum?

obliqua) Multi Codd. ex meis Prag. Gudian. Rehdig. Havn. Zalufc. Venet. habent *oblique*, uti de fuo adfirmat A. Gronovius. Lipf. *obliquat*, quod praeter edd. antiquiffimas 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. reliquae omnes ferunt ad Gronov. an. 1722. (42.) fi exceperis Vinet. et Reinold. qui receperunt *obliqua*, et hinc A. Gronov. in ed. 1743. (44.) cum reliquis, etiam Norimberg. quae Voffii lectiones fere reddit. Atque ita invenit Voffius in melioribus, Perizonius in omnibus fuis MSStis praeter Lipf. A. Gronovius ex Mediolan. et Leidenf. notat, ex Oxon. (tantum *abliqua*) Dukerus, et ex meis reliqui volunt. Adfcripferat etiam ad ed. Voff. ex Vaticano Fabricius et ex fuo adpofuerat auctor ed. 27 et 29. Recte

etiam ſine dubio habet et plane accommodatum eſt formae, quam in his Melam amare iam aliquoties notatum eſt. Prag. legit etiam: *Et ab co.*

curva) a multis libris abeſſe hoc verbum adfirmat Voſſius. Ex meis Prag. *corvat*; Zaluſc. *curvat*; Rehdiger. *curvat additum*; Havn. *curvat ad ictum.* In reliquis fuit *curva*, uti et eſt in omnibus editionibus. Quod Ciacconius emendat *incurrit*, vitio deſcriptoris pro *incurva*, etſi et hoc ſine cauſa, poni, monet Dukerus. TZSCHVCKE. Miror incuriam Voſſii. Tò *curva* in omnibus plane libris comparet, nec in ipſis Voſſii, neque in Goetzii [ad edit. 25. ex Vatic.] collationibus usquam abeſſe notatur. PERIZONIVS. Pro *Ponticum* ed. 12. (Camertis ipſius) legit *Pontiacum*, forma inuſitata et ex vitio invecta.

iterum) Meliores libri teſte Voſſio *iterum iterumque*, qui et ſic poſuit eumque ſecutae ſolae edd. 41. 42. At monet Perizonius, contra fidem plurimorum Codicum a Voſſio *iterum* inculcatum in Melae textum eſſe. Ignorant certe, uti A. Gronovius notat, Mediolan. Leidenſ. ipſius Codex et plerique item ex meis. Agnoſcit tamen Cibin. et ex ſilentio Pariſienſes et Zaluſcianus. Invenit etiam Perizonius in uno Voſſiano, tum Vaticano et cum quo conlata erat ipſius editio Hermolai. Probavit nuper Rutg. Ouwens in noctibus Haganis lib. 2. c. 17. p. 308. quod ipſa, quam det Mela, locorum deſcriptio, requirere videatur; praeterea nectendi copulam male abeſſe putat, ut ex eius opinione legendum ſit: *et iterum iterumque;* nempe τò *et* abſorptum eſſe a ſimili in *iterum* ſyllaba. Tum *obliqua* in prioribus ferendum eſſe exiſtimat. At ingratum ſonum particula *et* in hoc nexu ſic obtrudit, et otioſe languideque praemittit, quae in univerſa hac limitum deſcriptione verba: *transverſo margine*, elegantius et ad ſitum propius declarant. Aliter contra habet 1, 9, 2. ubi tractum aliquem ſimul complecti-

tur, ipſa progreſſionis forma diverſum. Ex Vaticano 1. in edit. 23. pro *iterumque* notatum erat *alterum* gloſſatoris ſubſidio.

Maeotidos) Prag. *Meothides. Meotidos* Cibin. Vindob. Rehdiger. — At haec librariis ſolemnia. Pro *adtingit* Vadianus cum ſuis, neſcio qua cauſa motus, dedit *tangit.* Illud etiam recte Munſterus cum Olivario retinuit. Omnino in compoſitis et frequentativis, quippe quae amat Mela, ubi variatur, audiendi videntur illi codices.

Ipſam) Ita emendavimus ſecuti ferme Vaticanum, et alia exemplaria, in quibus legitur: *Ipſa gremio.* VOSSIVS. Idem de *ipſa* teſtatur Perizonius in ſuis Codicibus fuiſſe, nec ſecus aliquid monuit A. Gronovius. Ex meis ita Pariſienſes 1. 2. 3. Lipſ. Prag. Gud. Cibin. Florent. et Vatic. Fabricii ad edit. Voſſ. In edit. 23. atramento *m* adpictum erat ſine codicis indicio. Venet. et Havn. ex ſilentio cum edd. 5 et 3. conſenſiſſe in *ipſa* videntur. Ita vero habent edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Poſteriores, adfirmante Perizonio, uti Vercellenſis (8.) Camertis (21. quam ſic minus recte vocat Vineti, Vadiani, Olivarii (hoc ordine recenſet) et aliae dederunt *inde eam,* quod unde ductum ſit, ſe neſcire fatetur. At nec Vercellenſis, nec vera Camertis (12.) ita legit, ſed primus eam lectionem invenit Vadianus, unde migravit ad edd. 21. 24. 25. 30. 32. 33. omninoque in eas, quae Vadianum et Olivarium referunt, etiam 28. quae 21. exprimit. Excepit etiam Schottus cum Vineto. Voſſius repoſuit *Ipſam gremio* — quod omnes poſtea ſervarunt. Nihil etiam diverſi ab hac lectione vel ego notavi, vel ex Cod. Zaluſc. notatum inveni, probatque ſuo calculo Perizonius. At *ipſam* iam inveni in ed. 13. TZSCHVCKE. *Ipſa* non poteſt hoc pronomen referri ad Maeotim, ut ſa-

cit Vossius legendo: *Ipsam — complexa;* scripsisset enim Mela tunc *hanc*, quod illi pronomen assiduum est, quum vult respicere proximum substantivum. Itaque melior est lectio aliorum Codd. *ipsa — compressa.* Agit enim de Asia, quae per latitudinem, quam occupavit Maeotis, coacta est introrsum, ut locum praeberet isti paludi, donec veniat ad ingressum Tanais. I. GRONOVIVS. MSt. 2. Sic (*Ipsam*) se emendasse Vossius ait ex Vaticano et aliis exemplaribus, in quibus legitur *ipsa gremio*, non ut vulgo *inde eam gremio.* Sane et in membranis legimus: *ipsa gremio Tanain usque complexa;* et ita Priscianus in versione Dionysii v. 292. *Innumeras gremio complexa reducto.* Mirum est, ita vitiose haberi in scriptis. Sed praeterea quod sileri non debebat, non in omnibus legitur *complexa*, sed in nonnullis, ut manifeste in Gudiano scriptura ista sic continuabatur: *ipsa gremio ad Tanain usque compressa*, hoc est, Asia eo, quod gremium illic faciat ad excipiendam Maeotin, retroacta et quasi compulsa se comprimere, reducere et contrahere, rursus ad Tanain laxius se exporrigens, non aliter, ac homo sinu aliquid excipiens, quo id est grandius, eo magis se in illis partibus comprimit, ut gremium fiat capacius. Prorsus hanc lectionem videtur παραφράζειν lib. 1. c. 19. *Oram quae a Bosphoro ad Tanain usque deflectitur*, hoc est, quae gremio ad capiendam Maeotin comprimitur. Et clarius lib. 1. c. 12. *Grandem sinum inflexo tractu litorum accipit.* Infra lib. 2. c. 3. ait: *Qua terra dat gremium.* Livius lib. 22. cap. 47. *Qui cuneus, ut pulsus aequavit frontem primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit.* Et lib. 30. c. 2. *In sinum terra consedit.* Illud *considere* nonne compressionem notat? Apparet aut labdacismo dictantis et invalida literae caninae pronuntiatione exstitisse primam labendi originem, aut notam mediae syllabae per literam *p* cum aliquo signo expressae fecisse lectores ancipites. Sic *complexus* et *compressus* certant in loco Valerii Flacci apud Heinsium lib. 1. v. 491.

I. GRONOVIVS in notis editis. Et hic miror infelix iudicium nuperi editoris, qui relicta lectione clara, manifesta et optimorum librorum auctoritate confirmata, aliam profert ex vitioso codice, quae neque Latina est, neque explicabilis. Quid enim sibi vult *ipsa gremio compressa?* Si quis ineptias amet, legat inficetam, quam addit, expositionem. Tantum abest, ut Asia ad excipiendam Maeotin gremium comprimat, ut potius longe lateque expandat sinum, quo tam vastam admittat paludem. Exempla quae addit, nihil ad rem faciunt; recte enim dicitur, dare gremium ad aliquid excipiendum, non autem comprimere. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* At non ipse ex meo sensu sic scripsi, nec Melam sic scripsisse dixi. Vtique adeo Mela non dicit, *Asia gremium comprimit*, ut plane contrarium statuat, *Asia comprimitur gremio*, quo scilicet accipitur Maeotis. I. GRONOVIVS [missis hic a re alienis] *in epistola ad Graevium de appendice Vossii. Compressa* pro *complexa*, quod huic loco vel maxime est congruens, nusquam mihi occurrit. PERIZONIVS. Ita in Gud. legi; vidi ipse. Scribitur, uti solet, *compssa.* At tum minime cum *ipsam* componi potest, quod alias volebat Perizonius, sed ad *ipsa* revocari cum Gronovio debet. Neque tamen uni Codici, qui a recta via saepe aberrat et hic unus verius errare potuit, quam plurimi alii, tantum tribuerim, ut aliorum omnium lectionem deferendam et aliam excipiendam putem, quae non nisi contorta et altius repetita lectione adiuvari potest. Parum enim ad ipsam vim vocis intelligendam valent loca a Gronovio congesta. Aptius forte ex superiori capite adferri poterat: *ubi pressit.* Sensus ex accommodatione vocis *gremio*, ut ipsa lectio videtur posse constitui. Aut enim ad Asiam refertur. quae ibi in gremii formam abit, et sic Asia gremio suo Maeotida complectitur, aut ad Maeotida, quae ibi Asiam gremio continet. At cum de finibus Asiae exponat, qui ex adluentium fluminum mariumque cursu et progressione varia variam etiam formam ob-

tineant, uti praecedentia oftendunt, quae eo fpectant omnia; porro cum *ipfam* aut *ipfa*, quomodocunque legatur, rem praecipuam non adiunctam ei aliam adficiat, ut initio capitis, ea autem fit Afia, praeferendum utique videatur *ipfa*. Tum vero inde exfiftit hic fenfus: Afia Maeotidis gremio inclufa, aut, ut antea, incurvata aliquatenus Tanais ripis terminat formam, ut fupra Nili ripis progrediebatur. Tum vero paffive intelligi debet *complexa*, quod in hoc verbo et cognato *amplexus* paffim fieri docuerunt Heinfius et Burmann. ad Ovid. epift. 4, 139. Oudendorp. ad Frontin. 4, 5, 15. Drakenborch. ad Liv. 2, 40. 10. Attamen Melae hunc ufum obtrudere non aufim, nec quocunque vertam *ipfa* vel *ipfam*, placet, fed languere videtur. Si *ipfa* retineatur, poffis *eam* fubplere, unde vis fua illi non folum accedit, fed et fenfus aptus exiftit hic: Afia, poftquam Maeotida gremio ad Tanain usque complexa eft — Moviffe id Vadianum videtur, ut adderet *eam* et *ipfam* in *inde* converteret. Equidem, cum intelligi poffit recepta lectio et Codices habeat teftes, ab ea discedere nolui.

§. 3. *hominum*) Abeft ab illo Codice, cum quo conlata erat editio Hermolai apud Perizonium. Lipfienf. legit *homines*. Offendit forte haec ftructura librarium, qui tamen eam fervavit 2, 1, 2. Voces *ab oriente* ignorat Parif. 2.

ab Oriente accipimus) Hunc verborum ordinem praeferunt tefte Perizonio Vaticanus, omnes Voffiani Lipfienf. et quem ipfe poffidebat, quibus addit A. Gronov. Mediol. et Leidenf. ego ex meis addo Vaticanos ad ed. 25. Florentin. et Vatic. Fabricii ad ed. Voff. Vindobon. (*ab horiente*) Venet. Lipf. Gud. Prag. Cibin. Ex reliquis de verborum ordine nihil adfirmare poffum. De Parifienfibus, praeterquam quod in fecundo *ab oriente* abeffet, et Zalufciano nihil ab ed. Voff. diverfi adpofitum

inveni. At in verbo *accipimus*, pro quo alii *accepimus*. Prius habent Mediol. Leidenſ. Vaticani Perizonii Oxon. Voſſiani duo ex meis Lipſ. Gudian. Cibin. Poſterius Florentin. et Vatican. Fabricii ad ed. Voſſ. Venet. Vindob. Havn. Pragenſ. Eadem variatio non in hoc ſolum verbo, ſed et in verborum ordine. Nempe *accipimus ab oriente* habent ex edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. omninoque Vadiani edd. cum cognatis, 19. 21. 28. 30. 32. — *Accepimus ab oriente* 24. 25. et omnes, quae Olivarium ſectantur, in quibus et hic ſunt Munſterus, Vinetus, Stephanus, Heniſchius, Schottus, Graſſerus Voſſius et Gronovii in edd. 40. 41. 42. Poſt Codicum plerorumque lectionem revocavit Reinoldius *ab oriente accipimus*, quam ſuo ſuffragio probavit Perizonius et recepit A. Gronov. in edd. 44 et 45. cum reliquis, praeter Norimberg. in qua *accipimus ex oriente*, etſi nec Voſſius nec Gronovii, quorum recenſionem fronte praefert, agnoſcunt. At iam olim ita: *ab oriente accipimus* hic legerunt Aldi et Iuntae editiones. Atque hic verborum ordo, ut a Codd. probatur, ita propius praecedentia ſic adficere videtur. *Accipimus* ponitur, ut cap. 4. §. 4. *audimus*, etſi, ſi quis malit *accepimus*, non valde reluctor. Ita nempe res fert, et ſic loquitur 2, 7, 11. et 3, 9, 2. ubi etiam utrumque tempus variatur, quod et notat ad Plin. panegyr. c. 91. p. 469. et in ſupplement. ad c. 12. p. 589. Schwartzius. Sic Salluſt. Iug. c. 19, 5. *Super Numidam Gaetulos accepimus — agitare.* Poſſit hoc diſcrimen forte ſtatui, ut *accipimus* ad durationem, et conſtantiam narrationis verae referatur, alterum de abolita fama.

et Seras) Duplex hic in libris variatio. Primum τὸ *et* habent quidem, teſte Perizonio, omnes ſcripti. Adnotat ex ſuo MS. Nunneſius, ex Oxon. Dukerus, feruntque mei. Ex edd. antiquis addunt aliae, aliae omittunt. Revocavit denuo et conſtituit Reinoldius, et hinc

alii ab edit. 44. omnes. Tuitus eſt etiam Nunneſius, quod tres gentes eſſent diverſae. Tum *Seras* probant Vatic. et Voſſ. 2. ac Lipſ. teſte Perizonio, A. Gronovio teſte Mediol. et Leidenſ. Dukero unus in ed. Crat. Ex meis ita Florentin. et Vatic. Fabricii ad ed. Voſſ. et alii quidam. Ex Veneto notatum *Seres*, quod et habet Rehdiger. Vindob. Gud. Conſenſiſſe etiam videntur Vaticani, Pariſienſes, Zaluſcianus, Havn. conlati ad edd. 23. 39. et 3. in quibus *Seres* legitur, ut in 1 (an 2 ignoro) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. aliisque, ni fallor, omnibus, dum *Seras* revocavit Reinoldius, et hinc ab edit. A. Gron. 44. reliqui retinuerunt. Factum id eſt non ſolum Codicum fide, ſed et ad Melae uſum, qui Graecam formam in his amat. TZSCHVCKE. Mirer, non ſcripſiſſe auctorem *Seras et Scythas*, ut lib. 1. c. 14. *adverſus Phoenicas;* lib. 3. c. 5. *Iberas et Hyrcanos;* lib. 1. c. 8. *apud Garamantas*, quod in poſtrema editione mutatum temere eſt, ut et lib. 3. c. 6. *Caſſiteridas appellant.* Sic enim edidimus nunc ex MSS. ubi vulgo edunt *Caſſiterides.* Haec quum nuper annotaverim, nunc confirmor non temere in hoc loco me ſuſpicatum aliquid fuiſſe. Nam ex MS. Mediolanenſi prorſus notavit Frater *Seras*, ut omnino ſic edi oportuerit. Certe quum libro 3. c. 1. in fine edunt per *Autrigones et Origeviones*, aliena edunt, non Pomponiana. Nam Pomponii exemplaria vetuſta legunt *per Avariginos et Orgenomes.* I. GRONOVIVS. Pro *Scythas* ex more dant libri *Scytas*, *Scitas*, *Scithas* hic et alibi. Ceterum Prag. locum ſic exhibet: *Seres et Scitham media ferme Indi. Vltimam ambo* —

et Scythae) Ab omnibus Codd. Perizonii aberant haec verba, item ab Oxon. et Fl. in marg. Crat. teſte Dukero; nec norunt mei, quibus ultimum acceſſit Cd. Auguſtinor. Romae. Ex Zaluſciano nihil notatum, ſic ut cum ed. Voſſ. verba ea habuiſſe videatur. Deſunt etiam in edd. antiquiſſimis, veluti 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. (*Indi etiam ultima,* ſic) 15. 17. 20. 23.

Primum adpofuit ed. 5. (anonyma haec eft Perizonio) tum Camers recepit, quem fecuti funt cum edd. 14. 19. 21. 28. Vadianus et Olivarius cum fuis, Vinetus, Schottus, Voffius et hinc ceteri. Notat etiam ad marginem (*et Scythe*) ed. 11. TZSCHVCKE. Voces (*et Scythae*) in nullo codice occurrerunt mihi, etfi taceant alii. Omifit editio Iuntina Antonii Francini, ignorat etiam fcriptum exemplar Mediolanenfis bibliothecae, et membranae, quas fub oculis habeo. Etiam, fi recte videas, nimia repetitio. Immo quam belle poffet legi? *In ea primos hominum accepimus ab Oriente Indos, Seres et Scythas. Seres media ferme Eoae partis incolunt, illi ultima, ambo late patentes.* Ita agit alibi nofter perinde et alii, ut plane debeat hoc effe genuinum. I. GRONOVIVS. A libro meo membraneo abfunt utrobique Scythae, in aliis pofteriora haec non comparent, cum tamen neutro poffint abeffe loco. Novitius caftigator rem feliciter fe componere exiftimat refcribendo *illi* pro *Indi.* Sed profecto nollet fic fcripfiffe Pomponius, et fane multo frequentius in omittendis, quam in permutandis hac ratione librarii peccant vocibus. Si pronomen *illi* ad unam tantum referendum fuiffet gentem, iam aliquanto melius conveniffet cum eo, quod fequitur, *ambo.* Quod autem dicit nimiam hic fieri repetitionem, in eo fugit illum ratio, cum non poffit effe nimium id, quod fit neceffarium. VOSSIVS *in appendice h. l.* Cum in nullo codice veteri fint mediae illae voces, omnino iam demum me reor feliciter rem compofuiffe pro prima voce fcribendo *illi.* — Tum paffim vetuffimi codices in Livio et aliis multa oftendunt ab pofterioribus librariis adfuta, et in permutandis frequentiffime peccarunt occafione litterarum, et minimum peccarunt omittendo aliquid in Latinis fcriptoribus. Hoc fciunt omnes. Hoc fcit ipfe; hoc obfervavit ipfe, et tamen contra fcientiam ipfe fuam fic non verecundatur pronunciare. Scit hoc ex ipfo noftro Mela. Ipfe annotavit capiti 6. immiffam a quibusdam fuiffe vo-

cem *Iubae.* Annotavit cap. 8. immiſſam eſſe non tantum vocem *aequor*, ſed ibidem in veteri libro ſuo etiam ſcribi teſtatus eſt; *Catabathmus vallis devexa in Aegyptum, finis Africae,* notabili, ſed temeraria adiectione. Et ſic pluribus locis, quum peccata per omiſſionem pauciora ſint. — Pronomen illi optime convenit duobus, et nihil intereſt, utrum de uno populo, an duobus dicatur. Sic ipſe Mela 2, 6, 22. [§. 5.] *Illas fluvius Anas ſeparat.* An id non eſt de duabus? Immo et de tribus 2, 7, 36. [§. 4.] *Inſulae in Ionia Chios et Samos, in Caria Cos, in Lycia Rhodos. In illis ſingulae ſunt iisdem nominibus urbes, in Rhodo tres.* Qui locus eſt maxime geminus noſtro, et unde patet, quod moris ſit Pomponio geographicas appellationes duas tresve proponere, ut nunc Scythas, Seras et Indos, de quibus particularia ſcripturus deinceps, unam modo repetere, ut tunc Seras, alias vero per pronomen iſtud *illi* indicare. Sic Rhodon ſpeciatim repetit, reliquas ſatis habens dixiſſe *in illis.* Similiter facit 3, 7, 65. [5.] *Ganges et Indus amnes. Ille multis fontibus. — Indus ex monte.* — Quod adfirmabam, negat nimiam hic fieri repetitionem. Cur non oſtendit, eſſe neceſſariam repetitionem τῶν *Scythae et Indi?* Cur non oſtendit, eſſe magis neceſſariam, quam ſi ſolum pro eis uſurpetur *illi*, quod tamen facit ſemper auctor, ut hic quoque fecit? In quo conſiſtit iſta neceſſitas? I. GRONOVIVS *in epiſtola ad Graevium de appendice Voſſii.* Recte addiderunt. Nam in ſequentibus nominatim de utrisque agitur, eosque *ultima* Eoae partis incolere oſtenditur. Neque refugit Auctor, ut liquido omnia et diſtincte percipiantur, eadem ſubinde repetere propria nomina. Si quis tamen malit Gronovii coniecturam hic amplecti, legentis *illi ultima*, habebit me non valde reluctantem, licet τὸ *Indi* in omnibus diſertiſſime repererim ſcriptum, et pene crediderim, ſi a vulgata recedendum ſit lectione, delendam hic illam *Scytharum* mentionem, ut *ambo* mox de Seribus et Indis ſit accipiendum, quibus

iam expositis adiiciuntur deinde Scythae ad septentrionem siti. Sed tamen vel sic praetulerim vulgatam. PERIZONIVS. Optime et ex sensu meo. Vtraque ratio, quae ad arbitrium saepe revocatur et consilium, in Mela valet, ut modo pronomine *ille* superiora respiciat, modo ipsa nomina maioris distinctionis causa repetat, et Gronoviana emendatio, ut per se lenis et facilis, ita Melam integrum tuetur. Saepe etiam librarios nomina propria in alia immutasse, plura docent exempla, quae attuli ad 2, 3, 1. ad nomen *Peneus*. Attamen mirum est, quod ad unum omnes in *Indi* consentiunt, cum vox *illi* obvia sit et trita, ut ab ea difficulter aberrari possit ad *Indi*, nisi huius vicinia ad hunc lapsum impulerit. At accedit aliud praeter Codicum constantem consensum, quod, si *illi* in Mela ad superiora refertur, non extrema utrimque adtingit, relictis mediis, sed una serie et perpetua res positas. Ita recte et perspicue fecit in loco 2, 7, 4. quo Gronovius maxime nititur, non item hic fecerit, ubi Seres medium locum sortiti sunt. Tum vero aperte desunt voces *et Scythae*, quas tamen non sine codicis adminiculo inseruisse videtur editio illa antiqua an. 1482. unde in alias migrarunt. Has igitur et nunc retinui, ita tamen, ut cum recentioribus editoribus inde a Gronovio diversa literarum forma insignirem. Quod cum neglexerit Reinoldius, videtur genuinas censuisse, aut in suis Codicibus invenisse.

spectant enim etiam) Tò *etiam* non habet Zalusc. ut Vindob. et Paris. 3. *enim*, *quod* cum edd. antiquissimis 1. 2. et post aliis quibusdam 9. 11. 13. Habent tamen aliae ex antiquioribus, ut 3. 4. 5. — Ciacconii Cod. *et meridiem*, cum quo consensit Cd. Nunnesii, Pragens. et Paris. 2. TZSCHVCKE. Lego: *spectant enim et Meridiem Indi*, ut infra: *Spectant et Septentrionem Scythae.* PINTIANVS. Recte Pintianus ex analogia proximi loci *et* pro *etiam* reposuit, cuius senten-

tiam confirmat MS. eius lectio, quem nos vidimus. NVNNESIVS. Parum intereſt, utrum legatur, ſi rem ſpectes, nec opus, plerorumque Codd. lectionem deſerere. Omnes enim, quos adhibuit Perizonius, Dukerus et ego, *etiam* praeferunt. Quod infra *et* ponitur, facit ad variationem. Pro *oramque* Cd. Florent. Fabricii ad edit. Voſſii omiſſa lineola dat *oraque*, ut ed. 23. *Indi oramque* deeſt in exemplaribus quibusdam edit. Olivarianae (25.) Ante *pelago* Lpſ. pro *pelagus*.

niſi quoad) Voſſii Codices omnes, uti adfirmat quidem ipſe, *quod*. Perizonius de ſuis haec adfert: In MSto Voſſiano praecipuo, tum meo, denique edd. duabus Anonymis, Veneta Barbari et Torini nota (q̃) exprimitur, quae *quod* ſolet ſignificare. Et ita diſerte prorſus interpretantur Vaticanus et Voſſianus 3. ac Lipſienſ. Dukerus ſubiicit, eandem notam eſſe in Oxon. *niſi quod* praeter Vaticanum etiam alium ſcriptum in marg. Crat. habere. *Niſi quod* habent ex meis Pariſ. 1 et 3. Cibin. Zaluſc. Florent. et Vatic. Fabricii ad ed. Voſſ. Plerique nota ꝗ exprimunt, uti Gudian. Prag. et edd. fere antiquiſſimae, ut 1. (ex 2. nihil notatum) 3. 4. 5. 6. — *Niſi quam* eſt in Pariſ. 2. Rehdiger. unde forte in edd. 13. 15. 17. 20. 23. factum eſt *niſi qua*. Venet. *et niſi* q̃ Vindob. *niſi eſius*, omiſſa voce media. Vadianus-primus poſuit *niſi ubi*, quod ſecutae ſunt reliquae etiam 21. 28. ad Voſſium usque, qui dedit *quoad*. Atque inde in editionibus hoc adparuit. Camers (12.) cum ſuis *niſi* ꝗ. TZSCHVCKE. *Niſi quoad* ait ſe feciſſe Voſſius, quum in omnibus ſcriptis legatur *quod*. Neſcio equidem. Nam in Cd. Gudiano, quem nos adhibuimus, erat q̃, eadem ſcilicet nota, qua etiam lib. 1. c. 8. *quoad poteſt* exprimebatur. Eademque nota occurrebat in eodem codice lib. 1. c. 12. *Tyros nunc annexa terris deficit*, q̃ *ab impugnante quondam Alexandro iacta opera*, ubi alii expreſſerunt *quondam*, alii *quando*, alii *quod*, Voſſius, ſenten-

tiam Pintiani dividens, penitus eiicit incertiſſima et ancipiti, ſi qua ulla, medicina. Et ſic lib. 2. c. 3. *Macedonum populi ꝙ urbes.* Ea notula involvi opinor voculam *qua;* quae optime huc facit; et ſolet Mela nunc *qua*, nunc *ubi* ponere. Vt enim lib. 2. c. 1. *niſi qua vident, etiam ora veſtiti*, ſic infra lib. 3. c. 7. *niſi ubi magis, quam ut habitetur, exaeſtuat.* At vero lib. 2. c. 1. clare idem Codex efferebat, *quod Satarchae et Taurici tenent*, unde Voſſius verbum poſtremum expellit fide librorum, quos adhibuiſſe dicit; at certe in tribus exſtare ſcio. Videbis easdem haeſitationes librorum veterum in epiſtola Ciceronis 2. lib. 3. ex notis Gebhardi. I. GRONOVIVS. Non eſt, ut fidem meam habeat ſuſpectam. Non in Vaticano tantum, ſed et in tribus meis membranaceis etiam integris literis legitur *quod*, non *qua*, quemadmodum in aliis ſcriptum occurrit libris. Credibile eſt, eo id factum, quod non intellecta, ideoque expuncta fuerit ultima ſyllaba in *quoad*, ſive *quousque*, certo ſcimus ex vetuſtioribus libris, in quibus iſta ſaepe comparet ſcriptura. Quod vero alia etiam in loca hanc intrudat particulam, in iis nihilo felicius eius ſuccedunt conatus. Ecquid enim planius eo, quod de Cyrenicis ſcribit Pomponius, eos, cum ſolum habeant opimum, abstinere, quoad fieri poſſit, ab alendis lanigeris gregibus, quibus etiam ſterilia et deſerta ſufficiunt loca? At vero, ſi pro *quoad* legas *qua*, et interpreteris *ubi*, omnia frigeſcunt, et fruſtra quaeres, quare dixerit, *ubi poteſt* de eo, quod ubique fieri poteſt. — VOSSIVS *in appendice* ad h. l. Non interpretatus ſum ubique τὸ *qua* per *ubi*, ſed tantum dixi, quid mihi obvenerit in ſcriptis, et in tertio loco demum eam explicationen congruere poſſe dixi — Quaſi vero *qua poteſt* non optime dicatur Latine pro quantum fieri poteſt, ſaepe in Ovidio et aliis obvium. Et cur *qua*, ut in loco de Tyro, non poteſt notare *qua parte?* I. GRONOVIVS *in epiſtola ad Graevium de appendice Voſſii* ſummatim. Gronovius arripit *qua*. Voſſius legit *quoad*,

utrumque optimo ſenſu. Lectoris eſto arbitrium. PERIZONIVS. Edi tamen voluerat *quoad*; nam ita in margine ed. Schotti, quam a ſe emendatam typographis exprimendam daturus erat, ſcripſerat. *Quod* et *quoad* ſaepe permutantur. vid. Terent. Eun. 2, 1, 8. Varro de Re Ruſtica 1, 57. Adde interpretes Ciceronis in epiſt. ad Attic. 2, 7. 12, 48. DVKERVS *ad Perizonii notas.* Plura dabunt de hac permutatione Drakenb. ad Liv. 6, 38, 13. Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 5, 17. Staveren ad Nepot. Chabr. 3, 3. ubi ſat multa inveniuntur. cf. etiam hic ad 1, 8, 3. 2, 1, 4. Sic *quoad* cum *quam* mutatur, ut hic quidam legunt, ap. Salluſt. in Iug. 41, 9. Si Scioppium in ſuſp. lectt. 4, 6. audias, *quod* pro *quoad* a veteribus frequentatum eſt, unde et ipſe in variis auctorum locis reponit. Poteſt quidem ea ratio valere omnino, cum *quoad* nihil aliud ſit, quam *ad quod*, vel *quod ad*, unde etiam in libris melioribus, ubi *quoad* cum accuſativo quidam poni volunt, alterum invenitur, uti vel Lexica docent. De uſu particulae *quoad* conſuli poteſt Perizon. ad Sanctii Minervam 3, 6. not. 1. Corte ad Salluſt. Iug. 41, 9. — Hic igitur, quia eo inclinant propius Codices retinui *quoad*, etſi τὸ *quod* locum etiam habere et intelligi poſſe non negem.

diu —) Abeſſe ait Voſſius in quibusdam libris. Sed, monente Perizonio, in praecipuis reperitur, in aliis non tam abeſt, quam corruptum viſitur. Certe in uno Voſſiano pro eo exprimitur *oram*, in Lipſ. *eam*, in altero Voſſ. et in Cod. ipſius Perizonii *oiu*, vel *oui* vel *oni*. Varie etiam in meis libris hic locus omnino et in primis haec particula effertur. Vaticani duo *efficit*. Bonon. ad ed. 40. Havn. *efficit oram continuis*. Prag. *facit cum Thauris gentibus occupatur*. Pariſ. *eff. cum continuis gentibus occupant*. Pariſ. 2. *eff. oram continuis gentibus habitatam occupant*. Adſcripſerat conlator idem etiam, absque *habitatam* tamen in Cod. 6834. ex catalogi

numero. *Oram* pro *diu* habet etiam Gud. uti *eam* Lpf. *Occupatus* poft etiam Bonon. ad edit. 40. Reliqui, in iis Cibin. Parif. 5. Zalufc. (ex his enim duobus nulla discrepantia notata). Rehdiger. Ven. Vindob. vulgatam adferunt, *efficiunt diu — occupant*, uti edd. omnes inde ab antiquiffimis, tantum quod *continuus* ex typothetae vitio in edit. Florent. 1519. TZSCHVCKE. Minus recte abeft *diu*. Indicum enim pelagus multo longius, quam ipfa extenditur India. Huius enim terminus Indus fluvius. Illud vero quam late extendatur, neminem vel paulo eruditiorem latere puto. VOSSIVS. Vt fingula fingulis refpondeant, videtur legendum: *usque ad Indum continuis gentibus occupant.* Sequitur enim: *Spectant et feptentrionem Scythae ac litus Scythicum, nifi unde frigoribus arcentur, usque ad Cafpium finum poffident.* Et quemadmodum Scythis mare Cafpium finis eft, ita Indis ab occidente fluvius Indus. Mela lib. 3. c. 7. *India non Eoo tantum oppofito* [fic] *pelago, fed et ei, quod a meridie Indicum diximus, et hinc Tauri iugis, ab Occidente Indo finita.* CIACCONIVS. An voluerunt librarii, qui dederunt *oiu*, vel *oui*, vel *oni*, *homini*, idque cum proximis prioribus conftructum? An vero ortum illud ex repetitione proximarum fyllabarum, hinc *unt* vel *out*, inde *con* per errorem facta? Poffet, fateor, ex hac iam corruptela dein illud *diu* videri ortum. Sed tamen, quum hoc clare praeferant aliquot MSSti melioris notae et prifcae edd. omnes, fed et commodus plane hinc exoriatur fenfus, neutiquam id reiicere velim, nedum Ciacconio aufcultare, crifin immodicam hic exercenti. Nam habitarunt quidem Indi ab Oriente usque ad Indum fluvium; at Indicum pelagus longius verfus Occidentem fe extendit. Et ideo recte dicuntur Indi *oram Indici maris* non *totam*, fed *diu* incolere. PERIZONIVS. Nempe non cogitavit Ciacconius, in voce *diu* latere progreffionis notionem, cuius quidem terminum diftinctius hic Mela indicare noluit. Neque tamen hoc eius fenfu offendi potuit, cum

ita ſupra aeque tulerit. Sic infra 1, 3, 5. etſi ibi variatur. At et alibi. Quod corruptio librariorum *oiu* per varias ambages ad *homini* reducitur, videtur nimis argute fieri. Neque enim eos *homini* antea inveniſſe putem, quippe quod valde hic langueat, neque adiectum eſſe in vicinia Indorum et gentium. Tum *iis*, vel *illis* potius ſuppleverit aliquis. Immo *oiu* ſcriptum pro *diu*, cum literae *o* ſuperior pars et in altum flexa eraſa aut exſtincta evanuiſſet, et hinc nova monſtra adparuerunt. *Oram* male ex ſuperioribus repetitum, et diu etiam ab iis omiſſum eſt, qui inanem et ſenſu omni caſſam voculam *oiu* vel ſimilem reddere nollent aut dubitarent. Vnde *cum Thauris* in Prag. enatum fuerit, intelligitur facile.

Scythae —) Vindob. *Scithe ac litus Scitachum.* Prag. *ad littus.* Bonon. ad ed. 40. *et niſi unde.* Mox Prag. *artantur.* Havn. Venet. *arctantur.* Amat quidem alias Noſter frequentativa, ſed facit notus illius uſus, ut aliorum librorum fides, ut de mutatione cogitari non debeat.

§. 4. *Indis*) Quaedam edd. cum Olivario (25) et cognatis etſi non omnibus, veluti Stephan. (33) Lugdun. 1605. 1646. — legunt *Inde*, et ſic etiam Munſter. in ed. 26. edit. 28. Praeiverat ed. 21. ſecuta 24. Poſt revocatum a Vineto *Indis*, quod habent libri antiqui omnes et poſtulat ſenſus et nexus. Quod igitur monet in praefatione Stephanus, ſe velut poſtliminio *Indis* redire iuſſiſſe, fecerat iam ante Vinetus.

Ariane —) Varie haec vox verſatur in libris aeque atque in disputationibus interpretum. Perizonius ex Cdd. ſuis adfert: *Ariachne*, *Ariadne*, *Ariathne*, *Ariacne*. De meis haec: Gud. Rehdiger. Bonon. ad ed. 40. Florentin. et Vatic. Fabricii ad edit. Voſſ. Vatic. ad edit. 23. Lipſ. (in quo tamen recentior manus deleverat τὸ *d*) Havn. Venet. (uterque ex conlatorum ſilentio) quibus ex Gron.

ed. notatos addo Oxon. Cod. Nunnesii et Mediolan. *Ariadne*, et sic edd. 3. 4. 5. et Salmanticens. 1498. teste Nunnesio. Cibin. *Ariachne* vel *Ariathne.* Havn. *Ariannes.* Prag. *Ariachie.* Vindob. *Ariadrie.* Accedit ex Vossii Vaticano *Ariatne.* Cod. Augustin. *Arbiane.* (uti, an sic haberet, cum interrogassem, responsum est) In editt. praeter eas, quas iam antea notavi 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Ariacne* 41. 42. *Arbiane:* 1. 2. 9. 10. (quae hic a 6 deflectit) 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. et hinc quae Camertem, Vadianum et Olivarium (*Arianae* Lugd. 1538 et 1609.) sequuntur cum ceteris praeter 41. et 42. legunt *Ariane.* Ita vero habuisse videntur Parisienses tres diligenter ad Voss. conlati et Zalusc. ad eandem. Post in *Aria* consentiunt libri; ex Rehdig. tantum notavi *Adria.* Haec de libris. TZSCHVCKE. Scribendum *Ariane* [*Ariandne* habet ed. Rom. 1493. et ed. 6. *Ariacne*] *deinde Aria et Gedrosis* ex Strabone, Plinio, Stephano, cuius illa quoque verba sunt: [s. v. Γεδρωσία] Quoties inquit, per C scriptum est *Cedrosis*, mendosus Codex est. HERMOLAVS BARBARVS. Forte *Carmania* leg. ex Pomponio lib. 3. c. 8. SCHOTTVS. Pro *Ariane Carmaniam* ego multis abhinc annis legendum esse arbitrabar. Sed cum postea animadvertissem a Pomponio *Carmaniam* prope sinum Persicum in dextra eius introeuntibus collocari, coepi cogitare, an aliter rectius legi posset. Videbam quibusdam placuisse, ut *Ariane* hoc loco posita esset a Mela pro *Arachosia* Ptolemaei, quod etsi duriusculum esse existimabam, probabile tamen videbatur, quod *Arachosia* a Ptolemaeo propinquior Indiae et illam ab oriente attingens describatur; *Aria* vero interiectis Paropamisadis paullo remotior versus occidentem, sed propinqua *Arachosiae*, Gedrosis autem ad meridiem magis conversa. In MS. legebatur quidem *Ariadne* et in Salmaticensi Nunnis, pro quo *Drangane*, ut apud Stephanum, reponendum videtur, aut certe *Drangianae*, ut apud Ptolemaeum [7, 19] et alios legitur; quae regio negari non potest, quin pro-

xima ſit Indiae, quamvis interiecta *Arachoſia*, ut docent Geographi, ſed non magno intervallo. *Ariane* nullo modo poteſt retineri, cum proxime ſequatur *Aria;* quia Aria nomen eſt totius provinciae, *Ariana* autem epitheton ab *Aria* flexum. Vt igitur ſingulae provinciae, aut ſatrapiae, diverſae ſint, neceſſe eſt, nomen *Ariadne*, in nomen *Arachoſiae*, quod tamen longius abeſt ab illo, aut in *Drangianae* mutari. *Aria* autem confinis eſt *Drangianae* meridiem verſus, ut ait Ptolemaeus, [6, 17.] *Drangiana* autem attingit *Gedroſiam* meridiem item verſus, aut, ut refert Strabo, [lib. 15. p. m. 498. ſ. 724.] qui propinquior eſt aetati Melae, Gedroſiis Drangae ad occidentem adiuncti ſunt, Drangis autem Arii ad ſeptentrionem et occidentem. Vtramvis igitur deſcriptionem ſequaris, finitimae ſunt hae tres regiones. Quare videtur locus recte poſſe ita legi, ut pro *Ariane* Drangiane legatur. Nam quod Arianes nomine intelligenda ſit *Arachoſia*, quod aliis viſum, non liquet, niſi aliquo gravi teſtimonio confirmetur. Quid ſi Ariane retineas, quod παράγωγον eſt *Ariae* Graecis et Latinis notum? quae etiam regio cum India de iure et principatu quatuor Satrapiarum confinium contendebat, auctore Plinio [6, 23. ſ. 21] et ab ortu Indo terminabatur, ut Strabo [lib. 11. p. m. 354. ſ. 516] et Plinius [6, 23. ſ. 20] ſcriptum reliquerunt, et pro *deinde Aria* reponas *dein Daria*, de qua Plinius 6, 23 [ſ. 25] *Daritim quidam partem Arianae eſſe voluerunt.* Omnia incerta. Nam *Daritas* Ptolemaeus [6, 2] Mediae ſubiicit, cum quibus et Caſpios numerat, quod etiam Herodotus in Thalia [3, 92] ante fecerat. Malo igitur ſuperius. NVNNESIVS. Melae verba ſic accipienda, ac ſi dixiſſet Indo proximam eſſe Arianam, dein ipſam Ariam, unde reliquis nomen. Verum in eo peccavit, quod litoralem fecerit Ariam, VOSSIVS. *Ariana, deinde Aria;* ſic primus coniecit Hermolaus Barbarus ex vulgato *Ariadne*, eademque Ariane valde occupavit animum Voſſii nuper, ut non modo hic [v. Vol. 2.] in

ea disputet, ſed infra [3, 7. extr.] quoque, ubi Aruſacen fluvium nominat Mela, teſtetur auctorem de Ariane agere provincia Indo contigua. Accipio reliqua; immo omnia hactenus. Sed quo pacto probabitur, ullam talem Arianen cognoſci a Mela? An utique Mela mentem intentam habuit Aſiae, prout fuit ſub Alexandro et ducibus eius, et aliquam maximam Arianen finxit, quae contineret Gedroſiam quoque Drangianam et Carmaniam? ut ſcribit ac refert Voſſius? Plane non capio; et prorſus ſe opponit Auctori noſtro, qui Gedroſin omnino ab ea alienam nominat, ſic ut vel partem parvam eius ſub illa comprehendiſſe Auctorem probari nequeat. Et profecto nimium eſt ſtatuere Indis proximam eſſe Arianen in littorali tractu. Sed et deinde ab tribus MSS. ſcio confirmari vulgatum *Ariadne*, cui nunc accedit teſtimonium MS. Mediol. quum in Iuntina editione exſtaret *Ariacne;* an licebit literam ita confirmatam a continua ſcribarum manu vilipendere? Adeone iſta grandis Ariane ignota fuit librariis, ut quaſi ex conſtituto omnes in ea peccare maluerint inſerta litera *d* quam in τῷ *Aria?* Immo quomodo Gedroſis vel tota, vel non tota, credi poſſet comprehenſa fuiſſe ſub *Ariane* in hoc loco apud Auctorem noſtrum, qui inter *Arianen* et *Gedroſin* ponit mediam Ariam? Certe ſi Pomponius *Arianen* aliquam concepit tam grandem, ut putant; non neceſſe habuit infra dicere ad Meridiem easdem gentes interiora et littora tenere, ſed eandem modo gentem. Quin ego non dubito, quin Auctor ſcripſerit *Arbiane. Arbiane* regio finitima Indi ripae occidentali ad mare, dicta ab Arbiis, populo notiſſimo et in Hiſtoria Alexandrina Arriani et aliis tam Hiſtoricis quam Geographis. I. GRONOVIUS. Non potuiſſe Melam praetermittere Arianen, id ſic conficio: Aria et Drangiana abſunt quam longiſſime ab Indis; interſunt quippe duae magnae provinciae Arachoſia et Paropaniſus, quarum nullam Mela facit mentionem, praeſertim ſi non admittamus, ut ex Rophanes fiant Paropaniſii. Montis

quidem Paropanisii meminit, sed non regionis. Quaero iam, si non Arianes, quo ergo nomine vastum istud signaret tractum, Arachosiam nempe et Paropanisum, non minus spatium occupantes, quam Gallia Hispaniaque simul iunctae? Quod autem Gronovius putat, libros veteres in eo conspirare, ut habeant *Ariadne*, in eo fallitur; in pluribus quippe meis scribitur *Ariacne*, in Vaticano omnium antiquissimo *Ariatne*. Errat quoque, cum Hermolaum Barbarum primum fuisse contendit, qui eam, quam dedimus, introduxerit lectionem. In editione enim principe, quae prodiit Mediolani 1472 planissime legitur *Ariane*. Iste tamen, neglecta tam clara et manifesta lectione, dicit, se non dubitare, quin legendum sit *Arbiane*. Sic dictam fuisse affirmat regionem ab Arbiis populo, ut loquitur, notissimo et ripis Indi finitimo. Sed profecto, qui Arbianes meminerit, inveneris neminem. Est quidem Arbis seu Arabis Gedrosorum oppidum situm ad Arabim fluvium, cuius incolae et accolae ab Arriano [de exp. Alex. 6, 21.] Ptolemaeo, [7, 21. in Cod. Palat. vulgo Ἀβηρῖται] Marciano Heracleota [in periplo p. 24. Vol. 2. Geogr. min. Hud.] et pluribus aliis Arabitae dicuntur a Dionysio [v. 1096] a Strabone [lib. 15. p. m. 495. s. 720] Arbies, unde licet Arbiane possit formari, nusquam tamen illa comparet. Adeone vero ineptus fuit Mela, ut scripserit, Indis proximos esse Arabitas, deinde vero Gedrosos, cum in Gedrosis sint Arabitae, et quidem in ea Gedrosiae parte, quae quam longissime ab Indis recedit? Quis praeterea ferat scriptorem ita futiliter loquentem, ut tribus maximis universi orbis gentibus, Scythis, Seribus et Indis, sine mora mox subiungat popellum unius oppidi habitatorem, et qui vel ad solum armorum strepitum totus ad solitudinem, ut Arrianus docet, confugerit? At vero si vulgatam sequamur lectionem, pro qua etiam vetera stant exemplaria, cessant omnes istae difficultates, cum aetate Melae, quamvis Aria, Drangiane et pars Gedrosiae sub Parthorum essent ditione,

ideoque minus late pateret Arianes nomen, totum tamen etiamnum id comprehenderet, quod a Paropaniso monte usque Oceanum Indo adiacet flumini. Itaque Dionysius Alexandrinus [v. 1096. sqq.] Arianorum nomine comprehendi scribit Paropanisos, Arachotas, Chatraidas [Σατραΐδας habet, quod et reddunt Latini interpretes Priscianus et Avienus,] et Arabitas. ["Αριβας pro "Αρβιας ille] VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vere incerta hic sunt omnia, ut liquet vel ex tam discrepantibus interpretum sententiis. Verum haec incertitudo oritur non tantum ex varietate lectionum, sed et ipsorum veterum, qui in remotis adeo regionibus suo loco collocandis saepissime in diversa abeunt. Accedit quod regionibus ad Indi fluminis Occidentem sitis tribuuntur variae gentes, quarum nomina, ab hac codicum scriptura haud longe recedunt, veluti *Ariani*, *Arii*, *Ariaspae*, *Ori* vel *Oritae*, *Arbies* vel *Arbii.* Quid eliges Lector? Mea haec est sententia, Melam, quia quatuor tantum gentes commemorat inter ostia fluvii Indi et sinum Persicum, nominasse igitur potissimum eas, quae istic maxime illustres fuere et potentes et simul latissime patentes. Has inter fuerunt *Ariani* latissimae regionis, et qui fluvio Indo ad Occidentem, in Oceani potissimum littore, fuerunt proximi, si credimus Straboni et Plinio. Ille lib. 15. p. 723. ex Eratosthene ὁρίζεσθαι τὴν Ἀριανὴν ἐκ μὲν τῶν πρὸς Ἕω τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ. Sed et sic Plinius H. N. 6, 23. *Infra haec omnia* (ad superiora Indi fluvii sita) *ora ab Indi* (sic enim legendum puto, vulgo legitur *Indo*) *Ariana regio ambusta fervoribus desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate.* Liquet ex his *Arianen* fuisse Indis, seu Indo fluvio proximam in littorali tractu versus Occidentem. Quam late patens et potens fuerit haec regio, ex iisdem auctoribus aliisque constat et probavit Salmasius ad Solinum pag. 794 [seu p. m. 558] et 982. [p. m. 845] Vide et Strabonem lib. 15. p. 729. ubi exponit, quam longum se extendat

nomen Arianes. Sequitur hanc *Oritarum* regio, quae et Ichthyophagos continet, et Gedrofiis, ut hic apud Melam, proxima iungitur. Vide Salmafium d. l. p. 1176 et 1177. [p. m. 828] et Cellarium Geogr. ant. 3, 22. p. 850. Sunt tamen iftic etiam *Arbies*, feu *Arbii* feu *Arabii.* Vide Cellar. d. l. Vt adeo confideratis probe omnibus legerim apud Melam: *Indis proxima eft Ariane, deinde Oritis* vel, *deinde Aribes* feu *Arbies*, et *Cedrofis et Perfis.* PERIZONIVS. Nolui prolixam I. Gronovii contra Voffium disputationem repetere, quam continet eius epiftola ad Graevium de Voffii appendice p. 43 — 55. veniamque me lectorum impetraturum facile effe fpero. Sed ne eius vero ad Melam fructu careant, ad fummam dabo redactam. Igitur fic fere Gronovius: Si, quae ante Alexandri victorias plerisque ignotae fuerunt Afiae partes, notas aliquibus fuiffe concedit Voffius, et ab illis ea accepiffe potuit Mela. Nihil dixi de fcriptoribus poft Alexandrum, fed tantum probari non poffe, Melam nunc intentum effe agere de Afia, prout fuit fub Alexandro et ducibus eius; et aliquam magnam fingere Arianen, quae contineret Gedrofiam Drangianam et Carmaniam, quum et, quod ad Carmaniam, fcribat Strabo [lib. 15. p. 495. f. 720.] de hac Ariane: *τελευτᾷ δὲ πρὸς Καρμανίαν.* At fi vel illud concedatur, quid fcribit Strabo [lib. 1. p. m. 10. f. 14.] *οἱ δὲ Πάρθοι τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανὴν καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτωνδε Σκύθας γνωριμωτέρους ἡμῖν ἐποίησαν.* Horum Parthorum res, qui fcripferunt, vixerunt illi quidem certe poft Alexandrum, et eas potuit confuluiffe Mela ac fecutus fuiffe. At non ex illis patet divifio Afiae, prout fuit fub Alexandro aut Menandro et talis quaedam Ariane. Rurfum an Herodotus non fcribit de Afiae profundioribus partibus, ut fibi notis, et Perfico imperio? Et quot vicinos Herodoto, five illos in Graecia natos, five in Afia, habuit Mela, quibus nos caremus? Vel fola Ctefiae non tantum Affyriaca, fed etiam Indica potueruntne fatis inftruere Melam, ut

inde colligeret, quae breviter de Afia nobis tradere voluit? Tum in appendice pars Gedrofiae fub Parthorum ditione fuiffe fingitur, et Arianae adimitur, cum Gedrofiam ei in obfervationibus antea tribuat. Nec longiffime ita Aria et Drangiana abfuit ab Indis, ut interfuerint duae magnae provinciae Arachofia et Paropanifus. Vel fola verba Euftathii ad Dionyfium [v. 1096] fumta ex Strabonis lib. 15. p. 724. id refutant: *τοὺς δὲ Ἀραχώτας τινὲς Ἀραχωτούς φασιν ὀξυτόνως λέγοντες, ὅτι μετὰ τὸν Ἰνδὸν οἱ Παροπαμισάδαι, εἶτα πρὸς νότον Ἀραχωτοί· πρὸς ἑσπέραν δὲ τοῖς Παροπαμισάδαις κατάκεινται Ἄριοι.* Sic nihil profecto fitus Arachofiae repellit Ariam ab vicinitate Indorum. Idem plane conftat ex Ptolemaeo. Similiter Drangiana non nifi folam Arachofiam agnofcit, quae inter fe et Indiam fit; unde clariffime dicitur Craterus *ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ἀρξάμενος δι' Ἀραχωτῶν ἰέναι καὶ Δραγγῶν εἰς Καρμανίαν* apud Strabonem lib. 15. [p. m. 496. f. 721.] Deinde idem Strabo: *τοῖς Παροπαμισάδαις παράκεινται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δ' Ἀραχωτοῖς Δράγγαι.* — Gedrofin particulatim nominat, ut quoque Bactrianem et Sugdianen et Paropanifum et Carmanos lib. 3. [c. 8. 9. 4.] Quod Dionyfii locum de Arianorum ambitu adfert, non omnes illos fimul Arianos dici innuit, fed folos eos, qui funt ad radicem Paropanifi, uti docet etiam Euftathius ad c. l. *At* et *ac* mutari ex notata variatione Vaticani fieri probabiliorem, et de Hermolao Barbaro fe tantum fcripfiffe fubiicit, illum fic primum conieciffe, *Arbianen* autem fe deduxiffe non ab *Arbies*, fed ab *Arbii*, qui fic paffim occurrant. Porro cum tantum perdiderimus, tot corrupta habeamus, non mirum eft, non nifi in Mela exftare *Arbianen*. Nec fub Gedrofis recenferi debent Arbii. vid. Plin. 6, 25. [f. 25] de diftantia, Curtium 9, 10. et Diodorum Siculum [17, 104.] Et fic Arrianus [de exped. Alex. 6, 21. fq.] perfpicue inter Arbitas et Gedrofos ponit Oritas; item Strabonem l. 6. 15. p. 720. ubi de Arbitis, et p. 721.

ubi de Gedrofia. Nec ullus Geographus Arbitas ftatuit in ea Gedrofiae parte, quae quam longiffime ab Indis recedit. Alexander etiam ab Indo ad hos primos omnium acceffit, et Strabo 15. p. 720. primos poft Indos ponit. De popello debebat Mela particularia fubiicere et incipere ab iis, qui fitu effent apti. Sic Seribus et Scythis infra Candaros et Cafpianos adiungit. Quod ad Arbitarum fugam, an meliora de aliis Arrianus? Vrbem quidem, quam unam eorum iactat Voffius, norunt Ptolemaeus et Marcianus, fed quis alius, qui proxime ad iftam aetatem acceffit, et hiftoriam ex profeffo egit? Eorum etiam κώμας commemorat Arrianus, et longius in ora eorum terram extendit Strabo. Haec fere fummatim, et quae ad rem faciant. I. GRONOVIVS. Quas turbas dederint litesque excitarint haec regionum nomina, fatis inde, ni fallor, eluxit. Nec temere, cum et veteres auctores in iis valde invicem discrepent, ut docent viri docti, quos iam produxit Perizonius. At difficile eft, nec mearum virium, eas lites componere. Prius nomen, quod libri etiam antiqui praeferunt, lubenter agnofco et excipio. Late enim, ut ex Strabone inprimis difcitur, patuit Ariane Indiae contermina, multasque regiones complexa eft. Talem autem indicare voluiffe Melam, innuere videtur particula *deinde*, qua initio ftatim pofita omnes Arianae alias partes exclufiffe videtur. At fic difficultatem obiicit Gedrofis, quam Arianae partem facit Strabo c. l. obiicit aliam Ariae mentio, quae feparata ab Ariane ab hoc tractu, quem ad finum usque Perficum perfequitur Mela, diftat. Arbiane nec Arianen, fi vel ipfius verbi forma exquiratur et agnofcatur, rependit, nec Oritis Ariam removere poffe videtur. Cum Ariane minus recte tollatur, mutata offendit unice Aria, a qua faltu quafi facto ad Gedrofin pervenit. Alexandri vero tempora vel Alexandro proxima refpicere noftrum, fequentia paffim declarabunt. In verbis igitur *deinde Aria* vitium latere puto, quod tamen, quale fit, dictu non eft facile. Conieceram *dein Carmania*, nec

offendar, etſi inverſo ordine ſic ponat, cum et alibi id notetur. Tum in Arianae finibus conſtituendis Strabo, quippe qui lib. 15. p. m. 495. ſ. 720. Carmaniam verſus eam ſe extendere diſerte narrat. Et ſic noſter Carmanios et Gedroſios coniungit 3, 8, 4. Adde quod infra §. 6. diſerte ſe hic gentes in ora maris poſitas deſcripſiſſe indicat, in quibus *Arii* ab Arianis hic diverſi locum recte habere vix poſſunt. At obſtat ſic Gedroſis, quam aperte Arianae dat Strabo, niſi anguſtiores fines Arianae Melam contraxiſſe dixeris. In hac ambiguitate reliqui lectionem receptam. Ceterum Schottum, qui pro *Ariane* emendabat *Carmania* refellit Caſaub. ad Strabon. 15. p. m. 495. (720.)

Cedroſis) Ita per C. efferunt omnes MSS. Perizonii, Codex Nunneſii, Prag. Lpſ. (in quo recentior manus voluerat *Gedroſis*) Gud. Rehdig. et qui ad edd. varias conlati erant. Ita etiam exhibent edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 15. 17. 20. 23. et Salmanticenſis 1498. notante Nunneſio. Per *G* invexit Hermolai Barbari, quae dicitur, editio, 6. ad quam tamen *C* in marg. exemplaris mei adſcripſerat antiqua manus et hinc receptum eſt. Sic enim 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. omninoque poſt omnes ad Voſſium usque, qui praeivit reliquis *Cedroſis*. TZSCHVCKE. Scribendum *Gedroſis* ex Strabone, Plinio, Stephano, cuius illa quoque verba ſunt: Quoties, inquit, per *C* ſcriptum eſt *Cedroſis*, mendoſus Codex eſt. HERMOLAVS BARBARVS. Strabo, Ptolemaeus, Stephanus *Gedroſia* enuntiant, non *Gedroſis*, unde gentile nomen Stephano *Gedroſii*. PINTIANVS. Scribendum omnino *Gedroſia* ex omnibus Geographis, Γεδρωσία, quamvis ſoleat dicere *Attis* et *Attica*, *Boeotis* et *Boeotia* lib. 2. c. 3. CIACCONIVS. *Gedroſia* certe regio, non *Gedroſis*, et Straboni et Ptolemaeo et Stephano et Euſtathio. NVNNESIVS. Graecis quoque Γεδρωσοὶ et Κεδρωσοὶ dicuntur. Hoc leve et iam ſexcenties obſer-

vatum. Illud maioris momenti, quod hic Carmaniam omiſerit, quam tamen inter Gedroſiam et Perſida mediam recenſere debuerat. Ipſum hoc non ignoraſſe adparet ex eo, quod infra Carmanios ad introitum ſinus Perſici recte collocaverit. Nihil tamen mutandum videtur. Sic enim infra: [3, 8, 4.] *Interiora Cedroſi, dehinc Perſae habitant.* VOSSIVS. Recte monet Voſſius de ſcriptura. Etſi enim rarius, invenitur tamen etiam per K in Graecis veluti apud Diodor. 3, 15. 18, 3. (ubi quidam Codd. Γ) Agatharchides de mari rubro Vol. 1. Geogr. minor. Hudſ. p. 27. etſi cap. 19. p. 34. per Γ Suidas h. v. Polyhiſtor i. e. Alexander apud Stephan. ſub h. v. qui tamen hac ſcriptura offenſus addit, codicem eum ſatis fuiſſe emendatum. cf. Valeſ. ad Ammian. 23, 6. (ſ. 20.) p. 266. Weſſeling. ad Diodor. 17, 81. ubi per Γ fere ſcribi monet. Poteſt igitur cum Codicibus retineri. Si quid mutandum ſit, *Cedroſia* pro *Cedroſis* ponatur, quippe quae forma aliis plane eſt incognita, et, quod ſciam, in noſtris auctoribus minime obvia. Amat tamen in aliis etiam ſimilia, quod iam Ciacconius notavit, nec libri aliud adferunt.

Ab his). Sic Vatic. Gud. Havn. Vindob. *Ab hiis* Lipſ. Cibin. Ceteri ex meis cum edd. conſenſiſſe videntur. Ex edd. 1. habet *ab his;* poſt 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et reliquae dederunt *ab iis.* Vadianus cum ſuis revocavit: *Ab his,* uti etiam ex Olivarianis. Munſter. Lugd. 1646. et Vineti. Schottus *Ab iis,* et inde a Voſſio iterum *Ab his.* In Cod. Prag. legi: *Ab his quidem quid.* Ex Vatic. 3. notatum etiam erat *quidem,* ſed hoc pro *quod.* *His*, quod ſic ſaepius variatur, praeferendum videtur. TZSCHVCKE. Veteres aliquot Codices hic legunt, *quae in Africam reſtat.* Quod perinde eſt. Senſus manifeſtus. Ait, quidquid Aſiaticae orae verſus meridiem ſitae ſupereſt poſt Arabiam, id Aethiopiae nomine cenſeri. VOSSIVS.

59) *Caſpiani)* Rehdiger. *Caſpiani ſiti proximum Caſpium.* (absque *ſinum*) Nempe *ſiti* ortum eſt ex *ſciti*, uti habet Cibin. Lpſ. *Scithys.* At vocem *Caſpiani* tuentur libri omnes. Tantum Vinetus *Caſpiani Scythae* dedit. TZSCHVCKE. Etſi me non fugit, a *Caſpia* deduci poſſe *Caſpiani*, ut a *Cardia Cardiani* auctore Stephano, [ſ. v. Κασπία θάλασσα] malo tamen hic legere *Caſpii*, quam *Caſpiani* ex Strabone, [lib. 11. p. 354. ſ. 514.] Ptolemaeo, [6, 2.] Stephano, [c. l.] Plinio, [6, 15. ſ. 13.] item ipſo Pomponio infra in tertio: [cap. 5.] *Intus*, inquit, *ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii.* Nec fuerit alienum admonere, duplices eſſe *Caſpios* Straboni in Selectis, [lib. 11. ſub fin.] quosdam magis Occidentales Caduſiis prope mare ab ipſis cognominatum Caſpium et fluvium Cambyſen; alios vero Parthis vicinos, quorum ſint Caſpiae portae. PINTIANVS. Mela lib. 3. c. 5. proprie *Caſpios* dici vult, qui intus ſunt ad Caſpium ſinum, ad eum, inquam, qui proprie hoc nomine appellatur. Nam *Caſpius* in commune dictus duos alios ſinus continet, *Scythicum* et *Hyrcanum.* Fieri autem poteſt, ut hoc loco *Caſpianos* a communi nomine Caſpii ſinus appellarit omnes, qui eum ambiunt, ut a Caſpiis, qui proprie dictum Caſpium ſinum tantum tenent eos ſepararet, ut Hiſpani ab Hiſpanienſibus diſtinguuntur apud Chariſium. [lib. 1. p. 82.] Quodſi non placet, retineamus *Caſpiani*, ut ſint duo ἐθνικὰ ab eadem origine. Eiusmodi multa apud Stephanum. Hinc *Sogdii* et *Sogdiani.* Addas licet Stephano et *Caſpios* dici et *Caſpianos* ἀπὸ τῆς Κασπίας, quae alia certe videtur eſſe non poſſe, quam γῆ Κασπία. NVNNESIVS. At haec diſtinctio [Hiſpani et Hiſpanienſis] alterius et prorſus diverſae eſt ſignificationis. *Hiſpanus* enim notat gente et origine Hiſpanum; at *Hiſpanienſis* eum, qui aliunde ortus habitat in Hiſpania. Sic diſſerunt *Siculus* et *Sicilienſis.* PERIZONIVS. [cf. Reimarus ad Dion. 68, 4.] Κασπιανῆς meminit Strabo. [lib. 11. p. m. 364. ſ. 528.]

Obſervandum vero eſt, ut ab Ariis Ariani, Sogdiis Sogdiani, Bactriis Bactriani, Drangis Drangiani, ita quoque a Caſpiis formari Caſpianos. Non tamen confundi haec nomina niſi ab ἀγεωγραφήτοις et ex praedictis patet, et magis ex ſequentibus patebit. VOSSIVS. Communi nomine nunc omnes, qui ſinum Caſpium cingunt, Caſpianos vocat. Lib. vero 3. c. 5. eos in plures gentes diſtribuit. Sic lib. 1. c. 2. f. *Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, uno omnes nomine Pontici dicuntur*, CIACCONIVS. Recte Ciacconius de Caſpianis expoſuit, qui ob Codicum conſtantiam moveri hinc non debent. In libris tamen eſt variatio apud Curt. 4, 12, 9. ubi plerique tuentur Caſpianos. Alia aliqua addam Vol. 2. Forſitan Vinetus ſuccurrere obiectis difficultatibus voluit, dum dedit: *Caſpiani Scythae.* At cum Caſpiani praecipuo loco nominandi eſſent, tum *proximi* nude quaſi poſitum hiulcam facit orationem. Vulgari illa lectione conterminos Scythis, quos in tribus gentibus praecipuis et ab oriente primis ſupra produxerat, facit Caſpianos, uti antea, quae proxima eſſent Indiae, indicaverat.

ultraque eas) Cibin. Venet. *ultra eas.* Mox *interiorum* pro *interiora terrarum* Gudian. TZSCHVCKE. Vidi librum, in quo erat ſcriptum: *Inde Amazones, ultraque eas Hyperborei.* CIACCONIVS. Forte quia offenderat τὸ *ultra* repetitum, aut ipſa vis verbi, quae ſimplicem progreſſionem verſus occidentem hic declarat ex ordine inſtituto et ſerie populorum ab oriente ducta. Inluſtriora autem haec de Amazonibus facit lib. 3. c. 5.

§. 5. *Gandari)* Omnia inde ab hoc nomine adeo ſunt confuſa, turbata et corrupta, ut, excuſſis omnibus veterum Geographorum libris et conlatis, parum tamen inde certi huc referas. Quid vero in libris ſit repoſitum, quid extuderit interpretum ſolertia exponam. *Gandari* habent Codices ſex, quos viderat Perizonius et

ille cum Hermolai Barbari editione conlatus, duo MSS. quibus usus erat I. Gronov. et ille, quo Holstenius, ipso teste in adnotat. ad Ortel. p. 39. ex meis Cibin. Rehdig. Prag. Bonon. Havn. Paris. 1. 3. (Secundus in *Candari* cum Vossio consensisse videtur) et reliqui cum edd. antiquis. Tantum Cod. Augustinor. Romae *Guandari.* Primus *Camers* (in ed. 12.) posuit *Candari*, et hinc plures, uti 14. 16. (nempe ita primum Vadianus etiam) 18. 21. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 33. 35. 36. 39. 40. In altera editione Vadianus revocavit *Gandari*, quod praeter alias quasdam repetierunt cognatae. Ex recentioribus instauravit I. Gronovius in altera editione (41) et retinuerunt reliqui. In editione tamen Reinoldii an. 1775. *Candari* iterum legitur. TZSCHUCKE. Scribo *Gandarae* ex Stephano [h. v.] et Plinio [6, 18. s. 16. ubi olim tamen *Gandari* nunc *Candari*] *Gandaros* Plinius nominat, Stephanus *Gandros.* Hecataeus eodem auctore *Gandaaras.* Sunt et *Gandarae* Ptolemaeo [7, 1.] Indiae populi. PINTIANUS. Legendum *Gandarae* ex Hecataeo apud Stephanum, [c. l.] aut *Gandari* ex Plinio 6, 16. [s. 18. v. antea.] CIACCONIUS. Retineo *Candari* ex Ptolemaeo lib. 7. [immo lib. 6. c. 12.] in regione Sogdiana. SCHOTTUS. Recte vero. Nam *Gandaros* Indiae ultra Gangem attribuit Ptolemaeus [7, 1. at Γανδάραι] *Candaros* vero Sogdianae. [v. antea] NUNNESIUS. Cave hos *Candaros* cum *Gandaris* Indiae confundas. Nulla enim earum gentium, quas hic recenset, non extra Indiam est. Verum hi *Candari* sunt Sogdianae populi et Plinio et Ptolemaeo, [cc. ll.] quamvis apud priorem non recte *Gandari* vocentur. Isti enim erant in India, sic dicti a fortitudine. Hesychius, Γάνδαρος ὁ ταυροκράτης παρ' Ἰνδοῖς. — VOSSIUS. *Gandari* edidi non *Candari*, ut antehac [in priori edit.] quum in duobus MSS. sic ipse reperissem, et Holstenius — idem de alio testetur. Et tale quid iam voluit Pintianus, cui cur non paruit Vossius? I. GRONOVIUS. Adeo corrupta et con-

fusa hic iterum sunt omnia, ut nihil certi inde expediri queat, facili librariorum errore in ignotis adeo nominibus. Sed neque multum nos juvant ipsi Veteres inter se collati, quum eiusdem, vel non valde diversi nominis populos alii aliis regionibus tribuant. Vnde Ptolemaeus [6, 13 et 10] *Massagetas* in *Sacis* et *Margianis*, *Tocharos* [id. 6, 11.] in *Bactrianis*, *Tachoros*, [id. 6, 12.] qui sane iidem videntur, in Sogdianis ponit. Plinius H. N. 5, 17. [s. 20] de Scythis: *Nec in alia parte maior Auctorum inconstantia, credo propter innumeras vagasque gentes.* Neque vero multi haec sunt usus, quum in Historiis ipsis nulla, vel rarissima, plerorumque huius partis populorum occurrat mentio. Optimum ergo fuit visum, si bona fide scriptorum Codicum lectionem hic exhibeam, ut, qui velit, conferendi eas cum aliis expromtam habeat facultatem. — *Gandari* Sogdianis a Ptolemaeo 6, 12. [at ibi Κάνδαροι] a Stephano Scythis [Ἰνδῶν ἔθνος sub h. v.] adscribuntur, unde is in voce Ῥῶν dicit eam esse urbem Γανδαρικῆς Σκυθίας. PERIZONIVS. Difficile est de hoc populo et subnexis aliis statuere, si quis velit et Codicum vestigia insistere, et situs ordinem sequi. Videntur hic intrusi quidam esse, et inde corrupti, quia nomine tantum adtinguntur et indicantur, in uberiori explicatione, quam se daturum promisit, et nomina plerorumque situsque non adparet. Attamen, quae prostant, iis adquiescendum est, cum meliora, sublatis vulgatis nominibus, substitui nequeant. Si ordinem a Mela supra institutum respicimus, eundem etiam hic in interioribus populis servatum esse, non temere quis existimet, immo postulet. Tum vero ab India exordiendum et ab hac parte versus septentrionem progrediendum est, quod et probant populi alii simul commemorati. Atque ita *Gandari* videntur locum suum optime tueri, et, quae obiiciuntur a Vossio, ad eosdem revolui, cum Sogdiani subsequantur. *Candari* sola nituntur Ptolemaei 6, 12. auctoritate, dubiaque Plinii 6, 18.

ſ. 16. ubi Harduinus ſic poſuit, cum antea legeretur *Gandari* in eodem tractu, quo a Ptolemaeo conlocantur. Stephanus aliique ſolos Gandaros norunt, etſi varia forma edunt, Γανδάριοι ap. Herodot. 3, 91. 7, 66. et Hecataeum apud Stephanum h. v. Γάνδαροι apud Stephanum h. v. uti pro Γάνδροι recte legunt Salmaſ. ad Solinum c. 52. (55) p. m. 698. et Holſtenius in notis p. 80. Heſychius h. v. Iidem etiam Γανδάραι Hecataeus apud Steph. c. l. Aliis etiam dicuntur Γανδαρίδαι, iidemque Latinis, ut quidam volunt, ſunt Gangarides, etſi utrosque diſerte diſtinguit Ptolemaeus 7, 1. non nomine ſolum, ſed et ſitu, de quo plura Vol. 2. et ad 3, 7, 5. cf. interim Harduinus ad Plin. 6, 22. (19) et Penzel. ad Strabon. Vol. 4. p. 2028. qui recte etiam diſtinguendos docent, etſi miſcentur paſſim. *Gangaridae* enim accolae ſunt Gangis ad oſtia, qui huc minime pertinent, at Gandaridae procul ab iis remoti ad Choaſpen, uti etiam ex Strabone adparet, cui eorum regio adpellatur lib. 15. p. m. 481. ſ. 699. Γανδαρὶς et paullo antea Γανδαρῖτις. Oritur haec una difficultas, quod Indis adnumerant *Gandaros* vel *Gandaritas* auctores, quae quidem ſic tolli poteſt. Habitarunt primitus in Indiae finibus ad Choaſpen, at ultra Paropaniſum pars eorum progreſſi conſederunt. Hinc Ῥῶν urbem Γανδαρικῆς Σκυθίας commemorat Stephanus h. v. ad Scythas adeoque prope Gerrum relegat Valerius Flaccus 6, 67. ubi haerebat Burmannus et Herodotus 7, 66. in Xerxis copiis cum Parthis, Choraſmiis et Sogdis coniungit; cf. 3, 91. et Penzel c. l. *Candari* igitur et *Gandarae* Ptolemaei iidem ſunt diverſis ſedibus, quas vario tempore occuparunt; et recte a Mela in interioribus terrarum inter Indos et Scythas conlocantur. Quam ſaepe autem C. et G. propter ſimilem pronuntiationem mutentur (ſic *Gallaeci* et *Callaeci* —) docent plura nomina.

Pariani) Ita omnes Cdd. quos inſpexerunt Voſſius et A. Gronovius, et de ſuo teſtatur Holſten. ad Stephan.

p. 244. Ita et mei, quod et notatum eſt in variant. ad marginem edd. 27. et 29. tantum Vatic. 3. et Pragenſ. *Parthani* Havn. *Partani*, quod in eodem populo apud Plinium 6, 18. (16) fieri adfirmat Voſſius. Edd. antiquae dant etiam *Pariani*, pro quo Hermolai Barbari editio (6) invexit *Paricani*, et ſic poſt 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. omninoque poſt, quae Vadianum et Olivarium ſequuntur cum Vineto. Voſſius revocavit *Pariani*, quod poſteri retinuerunt. TZSCHVCKE. Herodotus [3, 94. 7, 68 et 87.] *Paricani*. HERM. BARBARVS. Scribo *Paricani* ex Stephano [ſ. v. Παρικάνη] et Plinio. [6, 18. ſ. 16.] PINTIANVS. Ex Herodoto, qui *Paricanios* populos recenſet, et Plinium et hunc Noſtrum corrigere conati ſunt viri docti. Sed *Pariani*, quod eſt in omnibus veteribus libris, rectum eſt omnino. In tabula Peutingeri [12, 6.] et Geographo anonymo Ravennate [2, 9. *Barriana*] vocantur *Bariani:* Fieri tamen poteſt, ut cum Paricanis iidem ſint. VOSSIVS. Quid de *Paricanis?* Stephano ſunt Perſarum populi. A Plinio [c. l.] cum *Candaris* quidem numerantur, ſed illud nomen abeſt a MSS. Herodotus in Thalia [3, 92.] cum Medis quosdam *Paricanos* recenſet, alios [2, 94.] cum Aethiopibus. Ptolemaeus [7, 21.] Pariſenen gentem [Παρισηνὴ ibi de regione] in Gedroſiis collocat. Quid ſi *Parſiani* legamus a *Parſiana* Paropamiſadum Ptolemaei? [6, 18.] Nam Parſii eidem [c. l. ex Cd. Palatino] ad meridiem eius gentis ſunt. Quid? quod Bactri dorſa Paropamiſi obtinere Plinio [6, 18. ſ. 16.] dicuntur, atque nobilis ſatrapia Paropamiſadarum; aut certe *Paricani* retineamus, ut nomen Perſarum late pateat. Nam et *Bactra* Perſiae tribuit Scholiaſtes Aeſchyli. [ad Perſas v. 306.] NVNNESIVS. *Parianos* Plinius [c. l.] *Paricanos* nominat. Sed utraque lectione manent aeque iſti ignoti. Vide an ex *Nariacis* vel *Anariacis* fuerint orti. Sed hos Strabo [lib. 11. p. m. 350. ſ. 508.] magis ad Occidentem et Hyrcanum mare demittit. PERIZONIVS.

Pasiani ex Strabone lib. 11. p. 352. f. 511. vult Vadianus, certe eosdem habet. *Paricani*, etsi in MSStis *Pariani*, voluit etiam Holstenius ad Stephanum p. 244. Nempe forma veterum auctorum est *Paricani* et *Paricanii*, uti et docet Stephanus. Qui ex iis dixerit *Pariani*, equidem ignoro. Immo *Pariani* a Pario Hellesponti urbe vocantur, de quibus ad 1, 19, 1. de his, si qua adferri possunt, Vol. 2. ad h. l. Praestat igitur in dubia Codd. nostrorum fide alteram formam ponere *Paricani*.

et Bactri) Tò *et* omittunt Codices quidam ex meis, uti Rehdiger. Vindob. Havn. Prag. Augustinor. Omisit etiam Vadianus cum suis, etiam Vinetus, Vossius et Gronovii in edd. 40. 41. 42. qui tamen proximo populo praeponunt, ubi alii non habent, praeter Gronovios. Olivarius dedit *et Bactri, Susiani*, a quo tamen hic descivrunt Stephanus et edd. Lugd. 1695 et 1646. Sed levia haec. Poterat simpliciter populos subnectere, ubi tamen τὸ *et* interposuerit ab initio, difficile est dictu. TZSCHUCKE. Sine ulla auctoritate nuper hic editum *Bactri et Sugdiani*; nos copulam temere insultam induximus, quam alii MSS. habent transpositam ante nomen *Bactri*. Nam quod praecedit *Gandari et Pariani*, hi primi bini non dant exemplum secundis, et plane, ut nos censuimus, agit mox Mela, *Lycia et Pamphylia*, *Caria*, *Ionia*, *Aeolis*, ubi scimus, quid de copulativa notent viri docti. Florus lib. 4. c. 2. *Thraciae, Cappadociaeque, Ciliciae, Macedoniae, Graeciae, Aetoliae.* — Antonin. Liberalis c. 7. υἱοὶ μὲν Ἐρωδιὸς καὶ Ἄνθος, Σχοινεὺς, Ἄκανθος. Similiter ludunt in editionibus lib. 1. c. 19. in. ubi edunt: *Abydos et Lampsacum, Parion et Priapos*. Non secus ac paria quaedam composuisset auctor, quum in MSStis clare viderim illic ter copulam repetitam, etiam Frater in MS. Mediolanensi, et in editione Iuntina sic exstet, quod et nos secuti nunc simus. Contra eodem capite Vossius correxit edidítque: *et ideo Amazonium vocant*; sed nos in

neutro MS. reperientes copulam, delendam rurſus cenſemus, quum nihil proſit, etiam abſit a MS. Mediolanenſi et editione Iuntae. IAC. GRONOVIVS. In Vaticano et pluribus libris copula ponitur ante *Bactri*, ſed vero in aliis ſequitur *Bactri et Subſiani.* Sic Vineti editio, ſic quoque in ſuis libris reperiſſe ſe affirmat Ciacconius, quamvis ipſe redundare hoc in loco exiſtimet particulam, quae tamen recte ſe habet. Vt paſſim ab aliis, ita quoque a Mela uterque populus coniungitur, quod in Bactrianorum ditione eſſent Sogdiani, utpote qui ab illis fuerint ſubiugati, quemadmodum conſtat ex Strabone [lib. 11. p. m. 556. ſ. 517.] et aliis. Eadem eſt ratio, quam ob rem Parion et Priapos coniungantur, cum Priapeni obnoxii fuerint Parianis, ut idem docet Strabo. [lib. 13. p. m. 405. ſ. 588.] In eo, quem poſtea adducit loco, ſecuti ſumus fidem librorum veterum, quamvis pili non interſit, utrum hanc an iſtam ſequamur lectionem. De Simlero opus non fuit monere, ſi Schottus monuerit. VOSSIVS *in appendice* ad h. l. Addere debuerat, utrum, qui plures ſunt illi libri, iidem peioris notae, an melioris? Si igitur melioris, certe aequum eſt, ut et plures et meliores cedant paucioribus ac peioribus arbitratu Voſſii, ut utique Mela per iſtam copulam innuat, ſe tractare geographiam illius temporis, quo in Bactrianorum ditione erant Sogdiani. En memorabilem copulae vim et ab nullo animadverſam! Scilicet nunc eam ita accipit. Sed in Stephano, qui dicit Ῥαββωθὶν καὶ κολπῖτις [ſ. v. Φοινίκη] vult eſſe expoſitionem additam, idque ideo, ut ſequatur coniecturam ſatis liberam Bocharti, [in Chanaan 2, 12.] increpantis Stephanum, qui confundat Syriacam et Africanam Phoenicen, ideo, quia notabiliores ſinus in hac, quam in illa. Et quae non poteſtas illi particulae adfingetur? Sed Voſſius ſuam ſententiam probat inde, quia, cum infra iungantur *Parion et Priapos*, ibi ſignificat quoque, ſe alludere ad illud momentum, quo Priapeni obnoxii fuerint Parianis, ut idem docet Strabo. Videamus

cedo, quid ille fcribat lib. 13. p. 388. Ἔςι καὶ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου καὶ ηὐξημένη γε ἐκ ταύτης. Θεραπεύοντες γὰρ οἱ Παριανοὶ τοὺς Ἀτταλικοὺς, ὑφ' οἷς ἐτέτακτο ἡ Πριαπηνὴ, πολλὴν αὐτῆς ἀπετέμοντο ἐπιτρεπόντων ἐκείνων. Et hoc momentum per copulam innuit Geographus Mela? Rifum teneatis amici. Immo cur non ante vel poft Attalicos fcriptam geographiam fequitur ille, qui nullam vel Attalidarum vel Eumenis Pergameni mentionem fecit? Immo cur huc quoque non advocantur libri fcripti? Et cur non etiam Abydo ftatuitur obnoxia fuiffe Lampfacum, quippe praecedit *Abydos et Lampfacum?* At hic celat codicum antiquorum lectionem, qui foli debent effe iudices eius, quid Mela fcripferit. Quum vero ipfe in MS. invenerim *Abydos et Lampfacum et Parion et Priapos*, non poteft lector dubitare, quin Mela non refpexerit ad tale aliquod momenti et imperii discrimen, fed fingulas recenfuerit, ut urbes fui iuris, et geographiam fcripferit, non hiftoriam. An in ultimo loco fecutus fit fidem veterum codicum, viderit; nos certe aliter de duobus confcii fumus, et eos feqni profecto pili intereft illorum, qui amant manum Melae. De Simlero tanto magis monere opus fuit, quia licet id Schottus monuerit, Voffius tamen pro vilipendio, quod in Schotto exferuit, etiam fic voluerit compilare fcrinia aliorum, et fibi attribuere, quod alii praenotaverant, aeque ut in cap. 1. refcribebat idem *eodemque.* Sed fic raptam et furtivam laudem fibi vindicavit 2, 2. ubi, quum promontorium *Serrium* vulgo ederetur, audet eiicere, notans [fed arbitror Melam fcripfiffe *Zerynthium*] in quo illam fraudem facere Hermolao Barbaro patet vel ex ipfa Nicandri citatione, quem in hac ipfa correctione etiam allegat doctior ifte vir. Sic omnem Henrici Stephani praefationem contrectat, ut vel ex una *Sane* 2, 5, 6. videre licet. I. GRONOVIVS *de appendice Voffii in epiftola ad Graevium* p. 55. Varie in recenfibus locorum Mela hanc particulam adhibet fic, ut modo in principio

ponat, ut hic, modo repetat in ſingulis locorum nominibus, dummodo ne ſint nimis multa; cf. 1, 19. in. 2, 7, 5. ubi etiam quidam Codd. omittunt, et 1'5. Vbi nec res ipſa nec loquendi uſus refragatur, audiendi ſunt Codices.

Sugdiani) Voſſius ex Cdd. ſuis adfert *Subdiani* et *Subſiani*. Cd. Nunneſii *Subſiani*. Perizonius ex Codd. ſex et eo, qui cum Herm. Barbari editione conlatus erat, refert *Subſiani*, uti ex Oxon. Dukerus. Idem tamen non ſatis recte de Lipſienſi. Habet ille quidem in contextu *Subſiani*, ſed quod addit τὸ *b* in *Subſiani* manu recentiore deletum fuiſſe, id equidem ſic inveni. In margine rubro colore adſcriptum erat *Subiani*. Tum *Subſiani* habent ex meis Cibin. Rehdiger. Gudian. Vatic. 1. 4. 5. *Subſiani* Vindob. *Fuſſiani*, *Faxiani* Pariſ. 2. et Havn. *Suſiani* Cod. Auguſtin. Pariſ. 3. et Venet. *Subſuani* Pariſ. 1. *Suſiani Faſſiani* Vatic. 3. *Sugdiani*, *Phaſiani* Florentin. *Sugdiani Faſſiani* Prag. In Zaluſciano fuiſſe videtur *Sugdiani*, *Harmatotrophi*. Ex edd. *Suſiani* habent 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. cum ceteris, Vineto etiam et Schotto, qui tamen minuſculis literis diſtinxit. Voſſius primus repoſuit *Sugdiani*, quem ſecuti ſunt poſteriores, atque ita leg. monuerat docta manus ad edit. 23. TZSCHVCKE. Lege *Sogdiani*. *Suſiani* enim ad Perſicum ſinum porriguntur. Hic vero mediterraneae gentes enumerantur. Bactri et Pharmacotrophi Scythicae gentes ſunt, a quibus longiſſime Suſiani abſunt. Monuit hoc Ioſias Simlerus in Aethicum Coſmographum p. 60. nuper [an. 1515.] P. Pithoei beneficio editum. SCHOTTVS. Pro *Suſiani* reponerem *Sugdiani*. Nam et Dionyſio [v. 747] Σουγδιὰς γῆ dicitur atque Ptolemaeo. [6, 12. Σουγδιανῶν θέσις.] Euſtathius etiam ad Dionyſ. c. l.] Σουγδιανή. Quamquam aliis tritum *Sogdiani* demto τῷ υ. Nam quod ſcrupulum iniicere potuit ex

Ptolemaeo, Candaros gentem eſſe Sogdianorum, quaſi iam commemorati ſint, Plinius, qui propinquior fuit Melae, eximit eum ſcrupulum, cum lib. 6. c. 16. ſ. 18. *Candaros* diſerte a *Sogdianis* ſeiungat. NVNNESIVS. Repoſuimus *Sugdiani*, ſecuti veſtigia veterum Codicum, in quibus erat *Subdiani*, aut *Subſiani*. Nam et Σουγδιανοὶ et Σογδιανοὶ Graecis dicuntur. VOSSIVS. Equidem neſcio, an Voſſius ſic ſe repoſuiſſe, ſecutum veſtigia veterum Codicum, debeat ſcribere, et non verius veſtigia Ioſiae Simleri relata ab And. Schotto, a quo ſic hunc locum reſtitutum eſſe in notis hic teſtatur. IAC. GRONOVIVS. Pro *Subſianis* malunt editores *Suſianos*, vel, quod haud dubie rectius eſt, *Sugdianos*. PERIZONIVS. Probo *Sugdianos*, quod et quidam habent meorum Codicum ea de cauſa, quam adtulit Schottus.

Harmatotrophi) Omnes Perizonii Codices *Pharmacotrophi*, niſi quod Vatic. 5. habeat *parmacotroſi*, et nonnulli vocem quaſi in duas ita dividant *Pharma cotrophi*, quod forſan non ita temere factum cenſet Perizonius, quum itidem, ut Nunneſii codex Voſſianus 3. legat *Fariani Corophi*, Vatic. 3. *Faſſiani Corophi*. Ex meis haec notavi. Vat. 1. Cibin. Auguſtinor. Venet. Pariſ. 3. Lipſ. *Pharmacotrophi*, uti edd. ad Voſſium usque. Vindobon. *pharmacotroſi*, Oxon. *pharmatotrophi*, Rehdiger. *phannicetrophi*, Pariſ. 1. *Pharina Cotrophi*, Havn. *Faxiani Corophi*, Gud. *Fariani Cotophri*, Pariſ. 2. *Faxiani Coſophi*, Vatic. 5. et Prag. *Faſſiani Corophi*, Voſſius, cum antea ederetur *Pharmacotrophi*, poſuit *Harmatotrophi*, quod ceteri ſervarunt. TZSCHVCKE. In MS. Plinio [6, 18. ſ. 16.] cum hos deſcribit, *Harmatotropi*, fortaſſe a *curribus*, quos *vertebant*, quod his uterentur. Sed nusquam alibi legi *Harmatotropos*. In Melae MS. ſic legitur: *Fariani, Corophi Comarae, Comani, Ropanes Dahae*. Ex quibus verbis depravatiſſimis, ſi quid licet in tanta obſcuritate divinare, legerem: *Zariaſpae*,

Tochari, Chomari, Comani, Parni, Dahae. Quatuor quidem priora nomina ex Bactriana Ptolemaei, [6, 11.] duo posteriora ex Margiana eiusdem, [6, 10.] etsi Plinius [6, 19. s. 17.] *Dahas* in Scythis collocat ultra Margianam: *Zariaspi* Straboni [lib. 11. p. m. 354. s. 514.] quoque et Plinio [6, 17. s. 15.] nobilitati. *Tochari* Plinio [6, 20. s. 17.] noti, quamvis eos Seribus proximos facit, Ptolemaeo [6, 11.] gens magna dicti. *Chomari* eodem etiam loco a Plinio [5, 18. s. 16.] commemorati. Apud Plinium [c. l.] tantum hoc rectius, ut suspicor *Comani*, ut in MS. Melae, pro quo *Comi* Ptolemaeo. [6, 11.] *Bomarei* in Plinio MS. [c. l.] non legitur, sed pro illo *Cemare*, neque alibi usquam memini illud nomen exstare. Pro *Rophanes*, aut, ut in MS. *Ropanes*, aliquando *Roganes* legendum arbitrabar, sed post observavi civitatem tantum esse, Carmaniae quidem, Ptolemaeo, [6, 8. at ibi Γογάνα in Cd. Palat. Ῥογάνα] Stephano [s. v. Ῥωγάνη] vero Indiae, non gentem. Itaque secutus sum illud alterum, quamvis *Varni* ex eadem Bactriana Ptolemaei [6, 11.] reponi posse videtur. Sed melius prius; nam et Strabo [lib. 11. p. m. 350. s. 508.] Parnos cum Dahis recenset. Stephanus [s. v. Δάαι uti hodie editur] Δααῖα habet Scythicam gentem, quos et *Dasas* cum *s* inquit appellari. Totius huius loci restituendi occasionem nactus sum comparatis locis Ptolemaei et Plinii, in quibus videbam multa communia, ut *Chomaros*, *Comanos*, *Marucaeos* praeterea *Varnos*, etsi aliqua horum leguntur paullulum immutata. Qui meliora attulerit, palmam feret; neque vero dubito, quin *Harmatotropi* dici possint, ut loquitur Valerius Maximus; [locum non inveni, tantum 5. 4. ext. 6. *plaustris vagi.*] sed interiora terrarum, non Scythae describuntur. NVNNESIVS. Pro *Pharmacotrophis* rescripsimus *Harmatotrophi*, quemadmodum Plinius. [c. l.] Male quidam *Harmatotropos* corrigunt a vertendis curribus. Ἁρματοτρόφοι sunt, qui curules equos alebant, unde ἁρματοτροφεῖν et ἁρματο-

τροφία. Quam id usitatum Scythis, ostendunt etiam alia eorum nomina idem fere significantia, *Hamaxobii, Heniochi*, quae Graeci illis indidere. VOSSIVS. Graeca ista appellatio *Harmatotrophi*, mere Vossiana, meliorem forsan speciem praeferens, quam aliorum *Pharmacotrophi* aut *Phaurmacatrophi*, sed nil nisi ex caligine lectorem demittens in tenebras, acerba tamen et importuna est inter meras Scythicas, praesertim quum libri veteres omnes distincte innuant, duas gentes indicatas a Pomponio fuisse, *Fariani, Cotrophi*, vel *Faxiani, Cotophi.* In quorum postremis literis confusis videtur latere *Tochari*, vel *Tocharii*, sicut in prioribus gens *Phruni*, quos iungit etiam Dionysius in Periegesi; [v. 752. ubi tamen legitur Φρουροι, olim etiam notante Eustathio a quibusdam Φρῦνοι] aut, si placet inhaerere literae *a* illic satis notabili, proxime accedunt *Parymae* ab Iustino memorati lib. 12. c. 5. [sed ancipiti scriptura; vid. interprr.] I. GRONOVIVS. Forsan non temere libri vocem dividunt. Apud Plinium [c. l.] tamen hic una quoque voce memorantur *Harmatotrophi.* PERIZONIVS. In his tenebris caecutire, quis turpe putet aut vitio vertat? Quis sublata lectione vulgata meliorem et certiorem restituat? Tum, utrum divisa sit vox una in duas, an duae in unam coaluerint, parum est exploratum, cum in utramque partem peccent librarii, et utraque ratio, quo se tueatur, habeat. Pro una et coniuncta voce faciunt Plinii Harmatotrophi, unde facile Pharmacotrophi effictum est. Plinii enim ille locus aperte est ex nostro expressus. Atque haec quidem emendatio minoris est operae. At maioris, si quis duos populos recenseri velit. Cum ab Indiae finibus versus Caspii maris dextram oram progrediatur Mela, in eoque cursu utrimque populos positos stringat, in divisae vocis priori parte latere videntur *Margiani*, quos non adtigisse negligentiae oscitantis fuerit. in altera parte forte *Tochari*, Bactrianae populus apud Ptolemaeum 6, 11. Sed nihil statuo, nec, quos alii adtulerunt, sine

difficultatibus esse intelligo. Malui igitur lectionem hodie receptam propagare, quam novam eamque forte incertiorem substituere.

Comarae) Sic MSSti Ciacconii, Nunnesii, Holstenii, ipso teste in adnotatt. in Ortelium p. 53. Paris. 1. Leidens. Rehdiger. Vindob. Oxon. Vatic. 5. *Comarae,* vel *Comare;* Cd. Augustinor. *Comari;* Vatic. 1. Gud. Florent. et Vatic. Fabricii ad ed. Vossii. *Chomarae;* Cibin. Mediol. *Chomare;* Paris. 2. et A. Gronov. *Gomarae;* Havn. *Gomariae;* Vatic. 3. *Gomore;* Prag. *Gomote;* Chis. *Choniamae;* Lips. *Bomaraei;* Vatic. 4. et Venet. *Bomarci;* Perizonius omnino ex suis notat: *Thomarae, Chomarae, Gomarae, Comare.* A Paris. 5. haec vox plane absuit. Antiquissimae editt. 1. 2. et 9. legunt *Comare.* Post inde ab editt. 3. 4. 5. invectum est *Bomarei* ad Vossium usque, qui, praeeunte quidem solo Vineto, dedit *Comari,* quod servaverunt Gronovii in editt. 40. 41. 42. Reinoldius mutavit in *Comarae* idque ad posteros propagavit. TZSCHVCKE. Scriptus liber *Comarae* habet, non *Bomarci.* Leguntur quidem apud Plinium [6, 18. s. 16.] *Bomarei* et *Chomari,* et paullo inf. in Pomponio *Comari.* CIACCONIVS. *Bomarei* in Plinio MS. non legitur, sed pro illo *Cemare,* neque alibi usquam memini illud nomen exstare. NVNNESIVS. Isti *Bomarei* nusquam terrarum unquam exstitere. Meliores Plinii Codices legunt ita, ut hic, *Comari* vel *Commori,* unde adparet, vulgatam lectionem esse falsam. VOSSIVS. Forsan *Chorasmii* hic designantur, quos *Sogdis,* seu Sogdianis iungit Herodotus 3, 93. et Dionysius Perieg. v. 746. at Plinius [c. l.] Gandaris et Parianis, et quos ceteroqui Mela non memoravit, quum mox super Caspium sinum collocet denuo *Comaros.* Plinius tamen hic loci et *Chomaros* et *Bomareos* nominat, ac deinde *Chorasmios.* Sed Chomaros tuetur et in Bactriana locat Ptolemaeus, [6, 11.] immo et fluvium istic *Chomaram* memorat. PERIZONIVS. Proxime ad

ſcripturam Codicum MSS. accedit *Comarae.* A. GRONOVIVS. Certe plerique Codices ad *Comarae* inclinant, unde male excepto vocis ſono *Bomarei* ortum videtur, uti in Plinio. Sed ne ſic quidem multum promovetur, cum *Bomarei* nusquam occurrant, *Comarae* autem vel *Chomarae* et *Chomari*, parvo, ſi quid eſt, discrimine diſtent invicem. Vide tamen poſt de *Chomaris.*

Comani) Sic MS. Nunneſii, Prag. Havn. A. Gronov. Pariſ. 2. Vatic. 3. et 4. *Coamani* legunt Cod. Auguſtinor. Gud. Leidenſ. Chiſ. Oxon. Venet. Pariſ. 1. et 3. cum Voſſ. edit. et ex correctione pro *Coamanes* Rehdiger. *Coameni* Vindob. *Choamani* Mediol. Lipſ. Cibin. Vatic. 1. *Coamanni* Vatic. 4. Perizonius tantum notat *Coamani*, quod habent etiam editiones omnes ad A. Gronovium, qui praeeunte quidem Reinoldio dedit in ed. 44. *Comani* cum ceteris. Probaverat et Nunneſius. Sic in Plinio 6, 18. ſ. 16. fluctuantur itidem libri, ubi Harduinus etiam poſuit *Comani.* TZSCHVCKE. *Comani*, quos hic Comaris vel Chomaris iungit Mela, iidem ſunt, atque Κῶμοι Ptolemaei. [6, 11.] Hos enim ille ſtatim aliis ſubiungit in deſcriptione Bactrianae: Χόμαροι, ὑφ' οὓς Κῶμοι. Vti autem a Sogdiis Sogdiani, a Bactriis Bactriani, ut ſtatim monuimus, ita quoque a Comis *Comani.* Plinius [v. antea] vocat Coamanos; ſed hoc vocabulum a mala forſan manu e Pomponio in Plinium migravit. Vetuſta enim exemplaria habent *Commani.* VOSSIVS. *Coamani*, qui Plinio *Comani* (ſed et iſtic in vett. Cdd. aeque atque in Mela reperias *Coamani*) videntur dicti ab *Amano*, Perſarum Deo, cui templum in Sacis conditum video apud Strabonem lib. 11. p. 50. [p. m. 552. ſ. 512.] niſi malis cum Voſſio *Comanos* legere, et ab urbe *Comis* (Ptolemaeo 6, 11.) [at ibi populus, non urbs] iuxta Chomaros in Bactris ſita, nomen illud derivare. Ptolemaeus [6, 13.] etiam in Sacis *Comaros* et *Comedas* nominat, quae non longe recedunt a *Comano-*

rum nomine. PERIZONIVS. Harduinus ad Plinium c. l. *Comanos* Plinii *Comaros* Melae putat, forte tamen ſatius eſſe, legi Θωμάνιοι, quos Herodotus 3, 117. cum Choraſmiis Hyrcanisque iungat. Poſt forte, inquit, haec Κομανία Xenophontis eſt lib. 7. Exped. Cyri p. 426. [7, 8, 8.] At incerta haec ſunt, et in Herodoto libri meliores aut Θωμαναίων legunt, aut Θαμαναίων, quod et dedit Weſſelingius; ſed et hi aeque ignoti. Xenophontis Κομανία longius a Melae itinere remota abeſt. Sine dubio enim vocatur a *Comanis*, quo nomine urbes fuerunt in Pamphilia Ponto et Cappadocia, de quibus Strabo 12. p. m. 383. ſ. 557. Ptolemaeus 5, 5. et 6. Euſtath. ad Dionyſ. v. 694. Tutiſſimum igitur hic eſt retinere *Comani*, qui itineris progreſſionem et ſeriem adiuvant.

Paropaniſii) Procul ab hac lectione incedunt Codices. Nempe Nunneſ. ſex Perizonii, Vatic. 1. 3. 4. 5. Pariſ. 1. 2. Venet. Gud. Rehdiger. Prag. Havn. Vindob. Cibin. legunt *Ropanes;* Cod. Auguſtinor. Pariſ. 3. *Rophanes;* Oxon. *Raphanes;* Voſſii optimus, eodem teſte, *Ropanis*. A. Gronov. omnino ex ſuis adfert *Ropanes*, *Rophanes* et *Copanes*. Editiones inde ab antiquiſſimis dant *Rophanes*, Vinetus *Rhophanes*, quod Voſſius mutavit ſatis audacter in *Paropaniſii*, ceterique ſervarunt praeter Reinoldium, qui repoſuit *Aparni*. TZSCHVCKE. Legendum forte non *Rophanes*, ſed *Ochani* ex Plinio 6, 16. ubi *Ochanos* refert cum Pharmacotrophis, Bomareis, Coamanis et aliis, quorum hic mentio. PINTIANVS. Referuntur quidem a Plinio lib. 6. c. 16. [ſ. 18.] *Ochani* inter eos, quos hic memorat Mela, ut pro *Rophanes Ochani* ſubſtitui poſſit. Sed lib. 3. c. 5. cum de Caſpio ſinu Pomponius agit, ſic ſcribit: *Iaxartes et Oxos per deſerta Scythiae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt, hic iuxta Dahas primum inflectitur.* Vid. an *Sogdiani*, *Dahae* hic legendum ſit. CIACCONIVS. Aliquando *Roganes*. — Sed melius *Parni*,

quamvis etiam *Varni* reponi poſſe videtur. NVNNESIVS. [cuius notam integram ſupra dedi.] E *Ropanis*, quomodo legit optimus Codex, fecimus *Paropaniſii*, quod, ut ſpero, nemo reprehendet. Poſſet quoque hic aliquis legere *Rabannae*, ſed illi longius hinc abſunt. VOSSIVS. Ita ſuſtinuit facere Voſſius, quum in omnibus fere, quos viderit, antiquis Codicibus ſcriberetur *Ropanes*, in optimo *Ropanis*, in editis *Rophanes*, idque ſperat, neminem reprehenſurum. At quomodo quisquam probabit? An ab Oriente procedens per Indiae, Scythis vicinae, gentes Paropaniſios numerabit ante Dahas? Eſt utique, teſte Stephano, Ῥωγάνη πόλις ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Huius cives et accolae Ῥωγανεῖς, quos videtur innuere Auctor. I. GRONOVIVS. *Ropanes* ignoti plane ſunt, nec usquam a quoquam interpretum inveſtigati; atque ideo non improbabile mihi, quod Voſſius acute coniecit *Paropaniſii*, ut intelligantur populi in ſeptentrionali maris iſtius latere habitantes, quibus fere *Dahas* ſubiicit ad Occidentem Ptolemaeus. [6, 10 et 18.] PERIZONIVS. Inſolentiori forma, et quae aliquantum a Codicum veſtigiis recedit, *Paropaniſii* repoſuit Voſſius. Vſitata enim aliorum forma eſt *Paropamiſadae* aut *Parapamiſadae*, de quo Cellarius in Geogr. ant. 3, 22. in. et infra ad 3, 7, 5. Vol. 2. *Paropamiſii* (ſic) repoſuit tamen etiam Voſſius, propioribus Codicum veſtigiis apud Iuſtin. 13, 4, 21. ſequentibus aliis. Excitavit etiam hanc formam ex veterrimo Oroſii Codice Florentino A. Gronovius ad Iuſtin. 30, 4, 6. etſi ſibi non conſtans ad 13, 4, 21. At hoc leve exiſtimetur; gravius eſt, quod ſic curſus Melae mire disiicitur et vaga progreſſione errat. Non enim ſolum ad eam partem relabitur, unde egreſſus erat, ſed et inde ad Dahas ſaltu quaſi facto proiicitur. Paropamiſus enim terminabat Indiam verſus ſeptentrionem, verſus occaſum eam dirimebat ab Aria, de quo cf. ad 3, 7, 5. Dahae ubi ſint et in Noſtro quaeri debeant, ipſe declarat 3, 15, 6. ubi Oxi facit accolas, et hinc in Margiana recenſet Ptolemaeus 6, 10.

quo ex Sogdiana et Bactriana deductus eſt. Nec Sogdiani ferri poſſunt, quos iam memoravit, nec Roganes urbis Indicae incolae, hinc remoti. Melius conveniat *Ochani*, uti coniicit etiam Ciacconius; optimum tamen forte ſit *Aparni* legere cum Reinoldio. Strabo enim non ſolum lib. 11. p. 352. f. 511. Dahas quosdam ſic eſſe cognominatos ſcribit, ſed et Hyrcaniae, ad quam haec progreſſio conſiſtit, finitimos facit, uti Ptolemaeus 6, 10. utrumque populum confinem facit. Eius enim *Parni* Strabonis ſunt *Aparni*, uti *Mardi* et *Amardi* iidem vocantur populi. Lapſus accidet ex literarum transpoſitione *Rapani* pro *Aparni*, unde reliqua conſecuta eſt corruptio.

Dahae) Sic Codices, de quibus alii monent, etiam meorum plerique *Dahae*, vel *Dahe*, uti Vatic. 1. Pariſ. 1. 2. 3. Vindobon. Cibin. Auguſtin. *Dachae* vel *Dache* Lipſ. Vatic. 5. *Daje* Prag. *Daliae* Havn. *Dalie* Gudian. Vatic. 3. *Dalye* Rehdiger. *Dalithe* Vatic. 4. Levius a vera ſcriptura aberrant editiones. Nempe 1. *Dacae;* 2. 3. 4. 5. *Dachae;* 7. 8. 9. 11. *Dache;* 15. 17. 20. 23. *Daae;* 6. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. omninoque reliquae *Dahae*, quam formam praeferunt Latini. Cf. ad 3, 3. §. 6. Pro *Dachae*, quod invenerat Herm. Barbarus emendat *Dahae*. Ita nempe, non *Dahae* in priori loco ſcribi debet cum A. Gronovio in ed. 45. uti eſt in prima editione caſtigatt. Hermolai Barbari in Melam Romae 1493. fol.

ſuper Scythas — At ſuper) Hic locus duplici morbo laborat. Primus, quod diſtinguunt, editiones maxime poſt *Dahae*, et novam ſeriem inde incipiunt. Alter, quod pro *At* legunt *Ac*, in iis Lipſ. Rehdiger. Gud. Prag. Havn. Vindob. Venet. a quibus diverſi nihil ex Vaticanis notatum erat. Pariſienſes videntur habuiſſe *At*, quod ex Voſſ. 2. notarat Perizonius. Cibin. Voſſian. 1. et qui cum Barbari edit. erat conlatus *ad* pro *at*. Ante

Vossium editiones occupabat *ac super*, qui reposuit ceteris praeter Reinoldium suffragantibus *At*, etsi non primus, cum ducem praevium habuerit Vinetum. At idem Vossius posuit antea: *Dahae, super Scythae*, eumque secuti Gronovii in edd. 40. 41. 42. TZSCHVCKE. Scribendum cum minore litera *super Scythas Scytharumque* deserta, et coniunctim cum superioribus. Quae autem statim sequuntur, abiuncta praecedentibus et cum maiore litera, ut inchoent novum sensum, sic legito: *At super Caspium sinum* et reliqua; ut singula referas ad singula, Ad Scythas Scytharumque deserta Gandaros, Paricanos et reliquos, quos subtexit. Ad Caspium sinum Comaros, Massagetas, Cadusios et alios. Ad Amazonas autem et Hyperboreos Scythas, Cimmerios, Heniochos etc. Libuit etiam addere usum duarum in Pomponio vocum, *super* et *ultra*, quem video ignorari a plerisque etiam eorum, qui se pro doctis gerunt. Nam cum ab exterioribus gentibus locisve Oceano finitimis procedit ad interiora, *super* exteriores gentes positas esse ait *interiores*. Cum vero e contrario ab interioribus ad exteriora, *ultra* interiores ait esse exteriores. Non tamen hoc ita perpetuum est, ut non aliquando secus cadat. Nihil enim sine exceptione; sed fere hoc observat Pomponius. Exemplum et hic habes, et in his, quae sequuntur, passim occurrent. PINTIANVS. Pintianus legendum censet: *Dahae super Scythas Scytharumque deserta. At super Caspium.* His autem vocibus *super* et *ultra* ita plerumque utitur Mela, ut, cum litorum ordinem sequitur, *ultra* ponat; quum vero ad interiora terrarum describenda procedit *super* eos, qui litoribus assident, dicat esse, qui incolunt mediterranea. CIACCONIVS. Eustathius in Dionysium [v. 105.] animadvertit, τὸ ὑπὲρ — fere adhiberi a Dionysio, cum significare vult locum septentrionem versus, quod hic vertex sit nobis sublimis; quin et versus alterum polum nobis occultum eadem praepositione uti Dionysium, quod alter etiam polus, etsi nobis ita non videatur, elatus sit.

Mela fere hac praepofitione utitur cum a maritimis ad interiora terrarum recedit, ut hoc ipſo capite ſaepenumero. NVNNESIVS. Sic interpunge: *Dahae ſuper Scythas Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum* etc. SCHOTTVS. *Super Scythas — ac ſuper;* inepta prorſus lectio, et ex qua nullum bonum ſenſum effeceris. Vaticanus Codex habet, *ſuper Scytha.* Scripſit Mela: *Super Scythae Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum Comari* etc. VOSSIVS. Longe maioris momenti eſt vera huius loci lectio et diſtinctio. Peſſime enim in omnibus, quas contuli, editionibus praeter Vineti et Venetam [innuit ex more an. 1482. vulgatam; Dukerus addit Torinianam et Norimberg. 9. 11.] maxima diſtinctione a ſuperioribus ſeparantur, *ſuper Scythas Scytharumque deſerta*, et cum ſequentibus coniunguntur per voculam *ac.* [quam tamen etiam habent duae edd. a Dukero memoratae] Debuiſſent hic utique obtemperaſſe Pintiano veriſſime monenti, coniunctim haec cum ſuperioribus ſcribenda, ac dein legendum: *At ſuper Caſpium.* Hoc licet ipſe rerum et ſcripturae ordo expoſtulet, nemo tamen praeter Vinetum accepit. Voſſius *at* recepit, ſed reliqua corrupit turpiter prorſus, dum legit et edidit propria periodo, *ſuper Scythae,* quod factum ſine ullo MStorum conſenſu, in quibus omnibus, aeque ac in editis, reperi *Scythas.* [Idem et ego] Ipſe tantum uno nititur Vaticano, quem tamen non *Scythae,* ſed *Scytha* habere ait. Tanto magis miror, ſuſtinuiſſe ultimas quoque editiones inſcitam hanc et perverſam Voſſii coniecturam in textum admittere. Quae vero Pintianus, Ciacconius ac Nunneſius de vocibus *ſuper* et *ultra* notant, parum ſe mihi probant, et recte Pintianus agnoſcit, haec non eſſe perpetua. Etenim utraque vox a Mela adhibetur maxime ad notandum progreſſum in ea linea, vel ſerie, quam ſibi propoſuit. Manifeſtum id ex hoc ipſo capite, ubi ab Oriente ad Occidentem linea per ſeptentrionem ducta, primi memorantur *Scythae,* tum *Caſpiani* illis proximi, *ultra* hos *Amazones,*

et *ultra* hos *Hyperborei.* Vbi non ad feptentrionem fupra Cafpianos declarantur fitae Amazones, fed ad Occidentem in eadem fere linea progrediendo; nam hae funt Amazones, non illae in Cappadocia habitantes, fed in feptentrione, quae a Plinio 6, 13. [f. 15.] et ipfo Mela 3, 5. ideo dicuntur *Amazones Sauromatides.* Similiter et Hyperborei eadem ratione verfus Occidentem tendebant ultra Amazonas. At e contrario *fuper* hic quidem notare videtur populos in inferiora terrarum ab *Scythis*, a *Cafpio finu*, ab *Amazonibus* et *Hyperboreis* tendentes; ficuti mox Parthi et Affyrii *fuper Perficum finum effe* dicuntur. At aliunde fatis liquet, fimplicem notare progreffum quamcunque in partem. Sic 2, 6. in Hifpania litus legens ad mare mediterraneum, initio a Pyrenaeis ducto, nominat primo Cervariam, Emporias etc. inde Tarraconem, quam Sulcis fluvius attingit, tum addit *fuper ingens Iberus Dertofam attingit*, hoc eft, ulterius litus legendo verfus Occidentem. Manifeftum ex eo, perperam Ciacconium, et qui eum et Nunnefium paulo poft ad v. 5. 42. [9. 6.] clam compilavit, Voffium tradere, *fuper* non dici de illis, qui littora tenent, fed tantum de illis, qui interiores terras incolunt. Rurfus 2, 7. poft enumeratas iam Aegaei maris infulas pergit: *Super eas iam in medio mari Crete.* Et 3, 1. in Hifpania exteriore littoris Occidentalis: *Cetera fuper Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi*, hoc eft, cetera, quae fuper iam memorata in iftius littoris funt progreffu. Ita vero et hic notat τὸ *fuper* utrimque ab littoribus Afiae progreffum in eius interiora. C et T ita faepe fcriptae funt, ut vix diftingui poffint; unde error eft ortus. Certiffimum enim eft, legi debere *At fuper.* PERIZONIVS. De commixtione utriusque particulae vid. ad 2, 3, 10. ubi fimilis forma, Gronov. ad praef. 1. ad Gellium 4, 1. Davifius et Oudendorp. ad Iul. Caef. de B. G. 6 41. in. Corte ad Salluft. Catil. 3, 2.— et de *at* et *ad* cf. Torren. ad Valer. Max. 5, 2, 1. ext. De voce *fuper* Graevius MStus haec notat: Sic dicuntur

illae regiones, quae magis ſunt verſus ſeptentrionem, quoniam veteres credebant, ſeptentrionem eſſe editiſſimam Orbis partem ſicut Auſtralem infimam. Idem pro *ſuper Scythae*, quod eſt in edit. Voſſiana, emendat: *Super Sacae* adfertque locum Plinii 6, 19. ſ. 17. in. ubi haec: *Vltra ſunt Scytharum populi, Perſae illos Sacas in univerſum appellavere a proxima gente.* Poſt pro *ſuper Caſpium ſinum* malebat *ſubter Caſpium ſinum*, additque cauſam hanc: Populi nimirum, quos deſcribit, ſunt magis verſus auſtrum. Nempe motus eſt falſa explicatione particulae *ſuper*, de cuius vero ſenſu et uſu apud Noſtrum ſatis expoſuit Perizonius. Nempe progreſſionem indicat in quamcunque partem, et, uti hic ab oriente in occidentem legitur, ſic etiam 2, 1, 3. *At* a Mela ponitur in progreſſione ad diverſas vel obpoſitas partes, cf. 1, 17, 3. 2, 1. 8. 2, 4, 3. et alibi. cf. infra ad 5. 6. ubi unice hac ratione poſita loci ſenſus et veritas ſuſtinetur. Atque hanc ſcripturam veriorem vidit ſuffulſitque Pintianus.

Chomari) MS. Nunneſii *Comani*. Mei habent *Comari*. Pariſienſes cum edit. Voſſii conſenſiſſe videntur; cum ed. Gronovii conſentit Cibinienſis. Editiones antiquae legunt *Comari*. Vinetus *Chomari*, quod poſt illum primus excepit Voſſius, hinc ceteri. TZSCHVCKE. MS. *Comani;* ſed rectius vulgati *Comari*. Nam et Ptolemaeus [6, 13.] in Sacis *Maſſagetas* et *Comaros* proximos recenſet. In Bactriana autem [6, 11.] *Chomaros* deſcripſerat addita adſpiratione. NVNNESIVS. Non eſt, quod quisquam miretur, Comaros vel Chomaros hic denuo recenſeri. Sunt enim diverſi a ſupra memoratis. Diſtinguunt etiam illos Plinius [6, 18. ſ. 16.] et Ptolemaeus. [c. l.] Iſti in Bactrianis, hi vero in Sacis erant ſiti. Qui in Sacis Κόμαροι, alii vero Χόμαροι a Ptolemaeo appellantur. VOSSIVS. Obſcurus populus, in cuius ſcriptura eruenda non tanti eſt, ut aliquis inſudet.

Maſſagetae) Varie depravant Codices, ita tamen, ut veram ſcripturam facile agnoſcas. Sic Rehdig. *Maſſa gete;* (diviſe) Lpſ. *Maſagete;* Gud. *Maſſagethe;* Prag. *Maſſagite;* Vindob. *Meſagete.* — Ed. 1. *Maſagetae;* ſequentes recte; tantum ed. 6. *Maſſegetae.* Poſt Codices, quibus uſus eſt Perizonius, omnes exhibent *Caduſi,* et ſic ex meis Lipſ. (in quo tamen recentior manus addiderat alterum *i*) Cibin. Gudian. Vindob. Rehdiger. Pariſ. 1. 2. 3. Cum editionibus, ad quas conlati erant, conſenſiſſe videntur Vaticani et Havn. *Caduſii* habent Venet. et Pragenſis; Vatic. 4. *Canduſii.* Prius etiam eſt in edd. antiquiſſimis, veluti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. Vadianus cum poſterioribus poſuit *Caduſii,* uſitata forma in Graecis etiam, etſi *Caduſi* paſſim metri cauſa dictum occurrit, veluti apud Priſcianum in Perieg. v. 710. Avien. in deſcr. orbis p. 907. Pro *Hyrcani* Codd. quidam, uti ſolet, et edd. primae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Hircani.* — Ita etiam in prima editione Vadianus, quod poſtea in *Hyrcani* mutavit. Vtrum recte habeat, ſciunt omnes.

Iberi) Codices Perizonii habuerunt *Iberi* vel *Hiberi.* Quos commemorant Dukerus et A. Gronovius, et ego ipſe tenui, haec adferunt: Mediolan. Leid. Gudian. A. Gronov. ex meis Vindob. Pariſ. 1. 2. 3. et conlati ad edd. 3. 5. Venet. et Havn. *Hiberi;* Chiſ. Rehdiger. *Hyberi;* Lipſ. *Hiberii;* Voſſ. 4. Cibin. *Hyberii;* Vaticani *Iberi;* (uti ed. 23.) Oxon. Voſſ. 2. *Iberii;* Prag. *Hybari.* Editiones antiquae, veluti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et aliae poſt *Hiberi* praeter 15. 17. 20. 23. 31. 35. in quibus *Iberi.* Voſſius ſine cauſa mutavit in *Iberes,* quod reddiderunt 40. 41. 42. Poſt A. Gronov. in ed. 44. et 45. revocavit *Iberi* ſequente Kappio. Quod autem A. Gronovius monet, *Iberi* cum Reinoldio legendum eſſe, equidem in eius editionibus, quos adhibere licuit, legi *Iberes.* Codices cum adſpira-

tione efferre ſolent, et ex iis etiam *Hibcri* praetulit Oudendorp. ad Frontin. 2, 2, 10. Porro inſtabili terminatione *Hiberas* et *Hiberos* paſſim cum editionibus exhibent, ut infra 3, 5, 6. Vtraque quidem Graecis, ſed magis Latinis eſt in uſu, et qui Ἴβηρες Graecis vocantur in eadem narratione *Iberi* ſunt Latinis, de quo plura ad 3, 5, 6. Videntur Latini notandi discriminis cauſa ab Hiſpanis mutata terminatione diſtinxiſſe. Certe Codices noſtri alteram terminationem in *i* hic praeferunt.

Amazonas) Cib. *amaſonas;* quidam *amazones,* uti Rehdiger. Vindob. ed. 19. Sed praeferenda ex Melae uſu terminatio Graeca. Tum *iperboreos* Vindob. *hyperboreas* Gud. Porro *Cimerii* Zaluſc. edd. 1. 3. 4. *Cimeri* Vindob. *Cymerii* Rehdiger. Gud. *Cymmerii* Lipſ. Cibin. *Cimerici* Venet. *Cimeri* Prag. — *Cimmerii* iam recte editiones antiquiſſimae plures, et Voſſiani Codices, ipſo teſte. TZSCHVCKE. Mirum *Cimmerios* hoc loco recenſeri. Plinius tamen lib. 6. c. 13. [ſ. 14.] *Scythas* et *Cimmerios* coniungit et *Georgos,* cum hunc locum deſcribit; ſi locus tamen Plinii mendo caret. Solinus item [c. 17. ſ. 21.] *Cimmerios* inter [ultra] Hyperboreos et Amazonas ponit. Aliquando ſuſpicatus, legi ne poſſet *Syrmatae* pro *Cimmerii.* — *Scythae,* quos copulat idem c. 16. eiusdem libri [lib. 6. c. 18. ſ. 16.] cum *Heniochis,* ut hic iunguntur. Sed adhuc pendeo animi. Nam in MS. Melae pro *Scythae* legitur *Ciſſi.* In quo nomine veſtigium exſtat germanae lectionis et in illo veteri edito Salmanticae [1498. 4.] pro *Heniochis,* qui hic ſtare non poſſunt, cum ad noſtrum mare plane vergant, legitur *Antiachae.* NVNNESIVS. *Syrmatae* reponi hic non poſſunt, quippe qui, cum ſecundum Eudoxum apud Stephanum h. v. ſint iidem, qui *Sauromatae,* ad Tanain habitant, et infra commemorantur rectius et aptius. De Scythis deinceps eſt dicendum.

Ciſſi) Sic MS. Nunneſii Gud. Prag. Mediolan. Leid. A. Gronov. Havn. Vindob. Zaluſc. Pariſ. 1. 2. 3. Vatic. Oxon. margo ed. Herm. Barbari conlatae Voſſianus, ipſo quidem teſte. *Cyſſi* tamen ſolus Voſſianus 1. uti adfirmat Dukerus, et praeterea Cibin. Rehdiger. Vtramque ſcripturam ex ſuis notat Perizonius. Lipſ. legit *Ciſſi;* alia tamen manus correxerat *Scyſſae,* et in margine ſcriptum exſtat *cyſſi.* Venet. *Schytiacae,* quo adnexuit ſequentis populi nomen. Antiquiſſimae editiones exhibent *Ciſſi,* uti 1. 2. 9. 13. Tum inde ab ed. 3. vulgatum eſt *Scythae,* quod et retinuerunt cum aliis Vinetus et Schottus ad Voſſium usque, qui revocavit *Ciſſi,* uti et nunc fertur. Proximum nomen ita ſcribunt Codices: *Antiachae* Voſſiani, ipſo teſte, uti Pariſ. 1. 2. 3. Perizoniani *Anthiachae,* quibus Dukerus addit Lipſ. de quo poſt, Oxon. et conlatum ad editionem Herm. Barbari, quod ex Vatic. 4. notatum etiam erat. *Anthiache* (non *Antiache,* uti refert A. Gron.) Gudian. *Antiace* Mediol. Vindob. Zaluſc. *Anthioce* Leidenſ. *Anthioche* Rehdiger. *Athiace* A. Gronov. Prag. et Lipſ. ſed emendatum erat *enichri,* et in margine adſcriptum *Acthiace;* Cibin. *Anchiatae.* In edd. antiquis, uti 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. et Salmanticenſi 1498 legitur *Antiachae.* Hinc ed. 6. (Herm. Barbari) 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. *Eniochoe,* in quibus etiam Vadiani eſt prima, 21. 24. 28. Poſt Vadianus cum ſuis dedit *Eniockie.* Olivarius cum ſuis *Eniochae,* praeter Lugd. 1536 et 38. in quibus *Eniochiae* et 29. quae habet *Heniochi,* ut 31. 35. *Eniochi* habent 15. 17. 20. 23. et ex ſilentio conlatoris etiam habuiſſe videntur Cdd. Vaticani reliqui; *Heniochoe* 44. 45. cum Reinoldio. Kappius dedit *Heniochae* in altera editione. Voſſius poſuit *Ciſſianti, Achaei,* eumque reddiderunt edd. 40. 41. 42. Sequuntur in Codicibus Voſſii *Georgili,* uti et legunt Oxon. Cibin. Vindob. Pariſ. 1. Florent. et Vatic. Fabricii ad edit. Voſſii, Vatic. 1. ad ed. 23. et Havn. cum edit. 3. *Gorgili* habet Venetus, Pariſ. 2. et 3.

Gorgilli Pragenſ. *Georgilli* Zaluſc. Gud. Rehdiger. *Gergilii* Lpſ. in quo alia manus emendaverat *Georgie* et in margine eſt *Gergili.* Perizonius ex ſuis adfert *Gorgiti, Gorgili, Georgili, Georgilli.* A MS. Nunneſii haec vox plane abfuit. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Georgili;* edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. et quae Vadianum et Olivarium referunt cum ceteris *Georgi.* TZSCHVCKE. *Antiochè georgili.)* Arbitror ſcribendum vel *Eniochoe* [ita ed. Hermolai 1493. non *Eniochae,* uti refert A. Gronovius] *Georgi* ex Strabone, [lib. 11. p. m. 339. ſ. 492.] Ptolemaeo, [5, 9.] Plinio; [6, 18. ſ. 16.] vel *Antacei,* [quos unde petierit, ignoro] vel *Achei,* [recte *Achaei* ed. 1493.] iisdem fere auctoribus, vel *Axiacae Georgi.* Pomponius ſecundo libro [c. 1. §. 11.] *Colunt Georgi exercentque agros. Axiacae furari quid ſit, ignorant;* et ii a fluvio nomen habent Plinio [4, 26. ſ. 12.] Ptolemaeo [3, 5.] ceteris. HERMOL. BARBARVS. Cum Scythas ſupra memorarit, Scytharumque haec nomina ſint, videant eruditi, an hoc loco *Scenitae* potius legi debeat ex Strabone lib. 11. [c. 1.] Τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, Σκυθῶν τινες, Νομάδες καὶ Ἀμαξοικοί· ἐνδοτέρω δὲ τούτων Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ Σιρακοὶ μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες, οἱ μὲν Νομάδες, οἱ δὲ Σκηνῖται καὶ Γεωργοί. CIACCONIVS. Ex MS. *Ciſſi* et proximo *Antiachae* reſtituo *Ciſſianthi,* quos diſerte Plinius lib. 6. c. 13. [ſ. 14.] inter *Cimeros,* ut legitur in MS. et *Georgos* locat; quamquam *Georgorum* nomen hoc etiam loco ſuſpectum, et in loco Plinii nuper citato, cum Plinius lib. 4. c. 12. [ſ. 26.] *Georgos* ſcribat a *Nomadibus* Panticapis ripis diſterminari. In MS. certe Mela *Georgorum* nomen plane non legitur, neque alibi usquam memini me legere gentem *Georgorum.* Capite autem 12. libri 4. non videtur nomen tam gentis, quam epitheton, et antitheton Nomadum, ut apud

Melam lib. 2. c. 1. Itaque si velimus retinere hoc loco *Georgos*, ut apud Plinum lib. 6. in eadem plane regione disertim leguntur, dicemus Scythas esse cognomine *Georgos*, ut *Aroteres* eodem capite paullo inferius appellari videntur. Sed quid de nomine *Antiachae?* Ego ex *Achae* et *Georgi* sic reponerem *Scythae Georgi*, ut *Scythae Nomades* vocantur ab eodem Pomponio lib. 3. c. 5. aut certe *Sacae Georgi*, cum idem Mela eodem capite doceat omnes Scythas communi nomine *Sagas*, ut vulgo legitur, aut, ut Stephanus reddit, *Sacas* vocari. NVNNESIVS. Scripsit Mela *Cimmerii, Cissianti Achaei, Georgi.* Eodem paene modo Plinius lib. 6. c. 13. [f. 14.] *Vltra eos plane iam Scythae, Cimmerii, Cissianti, Georgi et Amazonum gens.* Ita quoque hunc locum olim emendarat frater meus ὁ μακαρίτης Gerardus in suis ad Valerium Flaccum [6, 81.] notis, brevi a nobis in lucem edendis. VOSSIVS. Ad locum Plinii, quem citavit Vossius, ita indicem hunc Melae citat vicissim Harduinus. Sed haereo, an Vossius, dum citat Fratrem, id non faciat ex animo non agnoscente se auctorem, quum forsan Romae id didicerit ex Holstenio, qui exemplar thesauri Orteliani conscriptum sic habebat, nisi quod scripserat *Cissianthi.* I. GRONOVIVS. *Cisianthi* Scythica gens Plinio. [c. l.] Vulgo male *Cicianthi* legitur. Huius gentis nomen monstrose corruptum apud Melam. Nam ubi nunc editur *Scythae, Heniochi,* MS. codex legitur *Cissi, Anthiachae;* unde eo loco legendum *Cisianthi, Achaei,* explosis correctorum ineptiis. HOLSTENIVS *in annotationibus in Ortelium* p. 52. *Cimmerii, Cissianthi, Achaei.*) Profecta haec sunt a Vossio. Vnde acceperint *Scythas* nescio, [cf. supra varr. lectt.] nisi forte ex Plinio. Nam in nullis inveni Melae Codd. Vossius vero suam ex Nunnesii notis arripuit emendationem, auctoritate Plinii adiutis, qui lib. 6. c. 13. *Vltra eos* (Hyperboreos et Arimphaeos) *plane iam Scythae, Cimmerii, Cicianthi, Georgi.* At quinam sunt *Cicianthi*, vel *Cissianthi?* Nusquam alibi

reperiuntur, reiecti idcirco etiam ab ipſo tandem Nunneſio. Quid ergo? Legendum videtur in Mela ſimul et Plinio, *Cimmerii, Zygi*, (unde Melae et Plinii Codices, fecerunt *Cici* et *Cyſſi*) *Heniochi*, *Georgi*. Sed de his mox agemus. At Ζυγοὺς et hinc Ζυγιανοὺς memorat Stephanus Byzantinus et collocat ad *Bosporum Aſiae*. Sed operae pretium eſt, ut audiamus Strabonem, qui lib. 2. p. 129. et lib. 11. p. 492. poſt Bosporanos in Aſia collocat *Achaeos*, *Zygos*, *Heniochos*, dein *Colchos ſub Caucaſiis et Moſchicis montibus*. Neque tamen, ſi quis malit reponere in Mela et Plinio *Zygiani*, *Achaei*, quae poſterior vox videtur ſane latere in poſteriore parte τοῦ *Anthiachae*, multum refragabor. Forſan et huc pertinent Ζίγχοι, quos Ptolemaeus 10, 9. apud Maeotim in Aſia ponit, ſed quod nomen ex Ζυγοῖς videtur corruptum. Tum Κισσιανοὶ, quos Euſtathius ad Dionyſium v. 820. ſupra Armenios et Matianos locat. Nulli enim alii iſtuc *Ciſſi* vel *Ciſſiani*. Fuit quidem illius nominis populus in Suſiane, ſed quae longiſſime hinc eſt remota. Ceterum de *Zygis* videndus ipſe Dionyſius v. 687. ubi eos *Zygios* nominat, et poſt *Cimmerios*, *Cercetas*, *Achaeos*, *Heniochos* memorat. *Georgi* nusquam, in hoc certe tractu, memorantur, niſi apud Melam et Plinium, ut monuit iam Nunneſius. Nec abſurdum, quod ille ſuſpicatur fuiſſe non tam gentis nomen, quam certorum Scytharum, qui non tam Nomadicae vitae, quam agriculturae ſe dediderint. Certe enim ita Maeotas Strabo 11. p. 494. [ſ. 340.] diſtinguit in *Nomadas* et *Georgos*, et ipſe Mela Scythas Europaeos 2, 1. de quibus et Strabo videndus lib. 7. p. 311. [ſ. 315.] Sed tamen quum hic MSti habeant *Gorgiti*, *Gorgili*, *Georgili*, *Georgilli*, et proprium certe gentis nomen hic deſideretur, vix dubito, quin legendum ſit *Gorgippi*, qui pars ultima Sindicae, *Achaeis*, *Zygis*, *Heniochis* iunguntur a Strabone lib. 11. p. 495. [ſ. 341.] Hinc Stephanus Byzantin. Γοργιππιαπόλις Ἰνδικῆς. Sed legendum iſtic Σινδικῆς certiſſimum. PERI-

ZONIVS. Vrſtiſius in edit. Baſil. 1595. pro *Eniochie* i. e. *Heniochi* coniicit *Eniochitae.* Vnde, et quo iure, non video. Pro Ciſſi ex Stephano hic Gurlitt in notis in Stephan. (vid. Fabricii bibl. Gr. edit. Harleſii Vol. 4. p. 638.) corrigendum cenſet *Zygi* et ablegat ad Obſervatt. miſcell. Bat. Tom. 7. p. 443. ubi quidem Perizonii nota hic praemiſſa legitur. Difficile utique eſt, veram hinc Melae ſcripturam eruere et parum adjuvant, quae de huius tractus populis infra 1, 19, 14. commemorat, quippe non minus corrupta librorum vitiis et exagitata, ut taceam alia etiam ibi et aut plura aut pauciora recenſeri populorum nomina. Si quis Codicum veſtigiis inſiſtat, ſine quibus via non patet, adſcitis aliorum auctorum narrationibus, conlineaſſe videtur Perizonius. Nempe in Codicum ſcriptura latere videntur *Zygi*, *Heniochoe*, aut *Zygiani*, *Achaei.* Forte etiam corruptio, elapſo nomine alterutro aut Heniochoe, aut Achaei, latius progreſſa eſt, ſic ut Mela ſcripſerit: *Zygi*, *Heniochi*, *Achaei*, qui quidem in hoc tractu a Strabone etiam lib. 2. p. m. 89. (129.) et 11. p. m. 342. (496.) coniunguntur. Eadem labes adſperſa eſt Plinio 6, 14. (13.) ubi *Ciſſianthi* occurrunt ex *Zygiani* depravati, aut inveteratam labem ex Mela traxerunt libri Pliniani. Nemo enim praeterea *Ciſſianthos* agnoſcit, et licet minus nota hic ſe tractare profiteatur ipſe Mela, non tamen minime nota ponere potuiſſe et obtrudere videtur, cum minus noti certe ſint *Zygi* et proximi. Quae aliis reponere placuit, aliena ſunt ab hoc tractu, aut remotiora. *Zygiani* autem, uti occurrunt apud Stephanum h. v. et Ταῦρος, alias aut *Zygi* aut *Zygii* adpellantur, de quo V. 2. At cum *Zygianus* gentile ſit, non gentis ipſius nomen, praeferendum puto *Zygi*, *Heniochi.* Tum valde adriſit coniectura alia Perizonii *Gorgippi*, quippe quorum regio cum proximis populis vicina coniungitur a Strabone lib. 11. p. m. 341. (495.) uti hic ipſe populus ex Codicum lectione facile elicitur. Recte enim notatur, non cognomen, ſed nomen populi

desiderari. Cognomen autem illud (*Georgi*) esse, ex Strabone lib. 11. p. m. 539. (492) elucet, ipsi a nostro in Scythia Europaea conlocantur Nomadibus obpositi 2, 1, 5. et 11. Hinc et *Scythaegeorgi*, uti proxime vult Nunnesius, alieni sunt.

Moschi) In hoc nomine concinunt libri et scripti et editi. At proxima, quae hodie edita sunt, *Cercetae*, *Toretae*, *Arimphaei* varie aguntur. Ita nempe ea ordine efferunt. *Corsitae* vel *Corsite* Paris. 1. 2. 3. Vaticani, Mediol. Leid. Chis. A. Gronov. Florent. et Vatic. Fabricii ad edit. Vossii, Rehdiger. Lips. Gud. Prag. *Corsithe* Zaluscjan. et Oxon. *Chorsithae* Cibin. *Corisie* Vindob. Vossius ex suis omnibus refert *Corsitae*, Perizonius *Corsitae* vel etiam *Chorsitae*. Editiones ante Vossium omnes *Corsitae* aut *Corsite*. Hic reposuit *Coraxi*, et sic 40. 41. 42. Inde ex coniectura Pintiani praeeunte Reinoldio *Cercetae*. Sequens nomen ita libri scribunt: *Phorisiae*, vel *Phorisie* Paris. 1. 2. 3. Vaticani praeter 3., Mediol. Leidens. Chis. Cib. Vindob. Zalusc. Rehdig. Gud. Lips. (in margine *forisie*, quod et ex Oxon. notavit Dukerus.) Vossiani et Perizoniani. *Phorsitae* aut *Phorsite* Vatic. 3. Venet. A. Gronov. Prag. *Phorphitae* Havn. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae *Phorisiae*, dum Vossius posuit *Pterophoritae* obsequentibus 40. 41. 42. Post Reinoldio praevio duce *Toretae* reliquae. Denique pro *Arimphaei* libri haec: *Riphaces* Paris. 3. Vatic. Prag. quod idem de suis refert Vossius. *Rimphaces* Perizoniani omnes, Mediol. Leid. Chis. Oxon. Cibin. Venet. Florentin. et Vatic. Fabricii ad edit. Vossii, Zalusc. Rehdiger. Lips. (in quo alia manus induxerat τὸ *m*) Gudian. Paris. 1. 2. Cd. Holstenii ipso teste ad Ortel. p. 163. *Rymphaces* A. Gronov. *Cimphaces* Vindob. Editiones inde ab antiquissimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. — (tantum Vinetus *Rhiphaces*) *Riphaces* ad Vossium legunt, qui dedit *Riphaees*, quod et retinuerunt 40. 41. 42.

At proximae 43. 44. — cum Reinoldio mutarunt in *Arimphaei* adſentiente Perizouio. TZSCHVCKE. *Corſitae, Phoriſtae, Riphaces.*) Expenſis ſyllabatim dictionibus puto legendum *Cercetae, Coraxi, Phthirophagi;* ex Geographis omnibus gregatim et ipſo praecipue Pomponio in fine huius primi voluminis et paulo ante: *Cimmerii, Scythae, Heniochi, Georgi*, legendum eſt ordine inverſo *Scythae, Cimmerii, Heniochi, Georgi* ex Plinio lib. 6. c. 13. [ſ. 14.] *Vltra eos*, inquit, *plane iam Scythae, Cimmerii, Ciſianthi, Georgi* etc. et Strabo [lib. 11. p. m. 540. ſ. 494.] Cimmerios a Scythis ſedibus ſuis pulſos tradit, et Scythas a Graecis. PINTIANVS. Videant eruditi, an pro *Corſitae, Phoriſtae, Riphaces*, quae nomina apud nullum Geographum leguntur, eſſe debeat: *Aorſi Chaeanoetae*, (horum enim cum Aorſis Strabo [lib. 11. p. m. 549. ſ. 506.] meminit) *Siraces;* an vero *Cercetae, Coraxi, Phthirophagi*, ut Pintianus exſtimat. CIACCONIVS. *Corſitae, Phoriſtae, Riphaces.*) Vnde haec portenta verborum? Pintianus ſic concepit: *Cercetae, Coraxi, Phthirophagi*, quam bene, alii viderint. Hi licet mediterranei ab omnibus et ab eodem Pomponio cap. 21. [hic cap. 19. §. 14.] huius libri ad mare mediterraneum [ad Pontum Euxinum] ſpectant. Nondum autem Pomponius his verbis ad tractum noſtri maris exceſſit; [at pervenit; Zygi enim, Heniochi ſunt in Aſiatico tractu ad litora maris Euxini] ſed illis verbis, quae poſt haec ſequuntur. Quare ſic reponerem: *Pterophoritae*, aut *Pterozophoritae, Riphaees.* Plinius namque [4, 26. ſ. 12.] et Solinus [c. 21. ſ. 15.] in Riphaeis montibus *Pterophoros* agnoſcunt, aut, ut in Plinio MS. *Pterophozoros*, ex quo facile ſit *Pterozophoros* a perpetua caligine montium et caſu nivium, ut pinnarum. Niſi malis *Pterophoritae*, ut vitemus nomen dithyrambicum; nam *Riphaees* pro *Riphaces* non eſt dubium, quin auctore Stephano [ſ. v. Ῥιπαῖα] exploratum ſit pro Ῥιπαιεῖς, *Ripaees* Latine, aut addito aſſlatu *Riphaees* legi poſſe, qui ſint Ri-

phaeorum montium incolae. Quare, ſi ex his coniecturis licet, totum locum ſic a principio legerem: *Cimmerii, Ciſſianti, Scythaegeorgi, Moſchi, Pterophoritae, Riphaces.* Illud tamen *Ciſſianti* Plinianum [6, 14. ſ. 13.] adhuc concoquere non poſſum, ac, ſi integrum eſſet audere, omnino legerem *Cimmerii, Scythae, Scythaegeorgi,* ut ſint duo cognomina Scytharum. Sed quaerendum, cur *Cimmerii* dicti; fortaſſe, quia τὰ ἦρια, id eſt, monumenta ſolum ſuorum colerent, quod etymon adfert Euſtathius in Odyſſeam [lib. 11. in.] ipſique leguntur apud Herodotum [4, 127.] et Valerium Maximum [5, 4. ext. 5.] pugnandi initium, Dario reſpondiſſe, fugiendique finem ſe non facturos, niſi cum ad ſuorum monumenta perveniſſent, ibique acerrime pro aris et focis, ut vulgo dicitur, pugnaturos; ut prorſus tum Nomades vere nominari poſſent atque κείμενοι ἐν ἠρίοις. Negabant enim ſe agros cultos, aut ullas urbes habere: Itaque apud Plinium etiam legerem *Scythae Cimmerii, Scythaegeorgi,* inducto nomine *Ciſianthorum,* quod nusquam alibi inveniri videtur, niſi *Ciſſianos* legas. Sed quid illi ad hunc locum, cum finitimi ſint Matianis? Quid ſi pro *Corſitae, Phoriſtae* legeremus *Coraxi, Opharitae? Coraxi* Plinio [6, 5.] littora Colchica tenent. *Opharitae* eidem [6, 7.] ad montes recedunt ſupra Maeotas. *Coraxos* Ptolemaeus [6, 14. Sic nempe interpres Latinus; in Graecis Κοράσφοι] infra Imaum [procul igitur] deſcribit. Ego tamen libentius priorem ſententiam ſequor. NVNNESIVS. *Corſitae, Phoriſtae, Riphaces.* Profligatiſſima lectio. Conſtanter tamen ita legitur in omnibus, quae vidi, exemplaribus vetuſtis. Olim tentabam *Cercetae, Opharitae, Riphaces. Opharitas* in hoc tractu recenſet Plinius [6, 7.] dictos ab Ophario fluvio. *Cercetae* noti ſunt ex omnibus. Infra [1, 19, 14.] eos Cerceticos vocat. *Riphaees* ſunt Ῥιπαιεῖς, iidem, qui *Rhiphaei.* Attamen vix me contineo, quin ita reſcribam *Coraxi, Pterophoritae, Rhiphaees.* Πτεροφόροι regio

nota eſt ex Herodoto [4, 51.] et aliis, [cf. in primis Plin. 4, 26. ſ. 12.] a lapſu nivium inſtar pinnarum ita nominata. *Corſi* vero corruptum ex *Coraxi*. Infra [1, 19, 13. et 3, 5, 6.] quoque montes *Coraxici* in MSS. plerisque *Corſici* dicuntur vel *Corxici*. Aliorum ad hunc locum ineptas coniecturas refutare non eſt operae pretium. VOSSIVS. Hic fuit ille infauſtus linguae Graecae ſimul et Latinae Iſaaci Voſſii genius, ut nihil penſi habens et corruptus a blandis hominibus effunderet, quidquid vellet. Nam quis non his *Pterophoritis* applauſit? Quoties ſtudioſis explanati et commendati ſunt? Quid autem illis alienius et perverſius? An quia fuit et Cinnamophorus, inde et incolae reperiuntur dicti Cinnamophoritae? Imo licet id eſſet, (quippe futurum excuſabile) hic nemo talis dici aut ſupponi poſſet, quia nec alii poterant accedere, nec ab ullis hominibus poterat incoli. Ipſe Mela dicit Rhipaeos tantum montes eſſe, proxima per nives invia, tum adhuc regionem inhabitabilem; denique primos hominum Scythas. Non aliter in principio libri ſecundi. Quos fingemus igitur homines *Pterophoritas* tamquam incolas regionis continuis nivibus obtectae? Quis autem ullus a verbo φέρω finxit tale Subſtantivum? An dicuntur Μελανοφορῖται? Paſſim audio *μελανοφόρους, στεφανοφόρους, κιστοφόρους, δενδροφόρους, φωσφόρος, τελεσφόρος*. Hic unus ſic audet inſultare Melae et humano generi, quum *Phoriſtae*, aut *Phorſitae* legatur in omnibus libris. Id ſi ab nivibus voluit nominatum, cur non ex Ammiano [16, 9.] petiti fuerunt *Chionitae*, *ἀπὸ χιόνος*. Sed nugatorium eſt, cogitare de incolis regionis Pterophorae vel Chionophorae. Scribit Stephanus [ſ. v. Ταρκυνία] Ποτὲ *δὲ καὶ* Ταρκυνῖται *εἰσὶ, καὶ* Ταρκυναῖοι, *ἔθνος* Ὑπερβορέων, *παρ' οἷς οἱ γρύπες τὸ χρυσὸν φυλάσσουσιν, ὡς* Ἱεροκλῆς *ἐν τοῖς φιλίστορσι*. Vide, an tale quid lateat: Certe iſta Voſſiana natio eſt imaginaria, nec aliud, niſi cum ipſa auctoris et procreatoris memoria meretur mitti in iſtud *ἐρωῶδες ὕδωρ*. IACOBVS GRONOVIVS.

Coraxi dedit Vossius et ultimae editiones. Sed MSSti legunt constanter *Corsitae* vel etiam *Chorsitae*. Vix itaque dubito, quin recte correxerit Pintianus *Cercetae*, vel *Cercetii*, qui a Strabone, Plinio, Ptolemaeo, Dionysio Perieg. immo ipso Mela infra cap. 19. proxime iuxta Heniochos et Achaeos collocantur. *Pterophori* nihili est vox, excogitata primum a Nunnesio, et inde hausta a Vossio. At MSti habent *Phorisiae*, quod et ipsum omnium consensu est corruptum, quum nullus istius nominis populus apud quemquam reperiatur. Mihi suspicio oborta est, esse id forsan ex varia lectione vocis proxime praecedentis *Corsitae* vel *Chorsitae* ortum, utrumque vero, licet aeque corruptum, in textum deinde illatum. Sed tamen non opus putem eo decurrere, et legendum vel *Opharitae*, quos ex Plinio 6, 7. ubi is de Asiaticis gentibus circa Maeotin agit, hausit Nunnesius, sed et reiecit; vel potius *Toreatae*, quos Strabo [lib. 11. p. m. 341. s. 495.] et ipse Mela cap. 19. inter Maeoticas gentes a Bosporo ad Tanaim, supra Sindos et Cercetios opportunissimo nobis tractu collocat. Plinius 6, 5. in extremo, Stephanus Byzant. ac Dionysius v. 682. *Toretas* vocant, et iuxta *Pontum* et *Cercetas* vel *Cercetios*, interque eos et *Achaeos* ponunt. Nam apud Dionysium pro Κερκέτιοί τ' Ὀρέται τε καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοὶ legendum esse Κερκέτιοι, Τορέται τε καὶ ἀ. Ἀ. ostenderunt iam eruditi eius interpretes. Ptolemaeus quoque in hoc tractu memorat 5, 9. Ταρετικῆς ἄκρα, pro quo recte interpretes Τορετικῆς. Ceterum nil propius *Phorisiis*, illic certe loci, reperiemus. *Riphaces* et ipsum hoc nomen ex Nunnesio sumsit et sibi vindicavit Vossius. Ille vero ex Stephano id arripuit, qui in v. Ῥιπαῖα sic ait appellari montes Hyperboreorum, unde gentile formetur Ῥιπαῖος et dein Ῥιπαιεύς. At quum MSti hic omnes [v. supra] quos, et quorum collationes vidi, legant *Rimphaces*, mihi proximum vero videtur restituere hic loci *Arymphacos*, litera tantum A praemissa et *c* in *eo* mutatis, quod

facile fieri potuit. Ipſe Mela cap. 19. in extr. eos memorat infra montes Rhipaeos. Similiter Plinius 6, 13. [ſ. 14.] proxime ſupra *Cimmerios*, *Ciſſianthos*, (Zygios, Heniochos) *Georgos* ponit. Sunt tamen magis remoti verſus ſeptentrionem, ſed infra Hyperboreos et Rhipaeos montes. Et videtur auctor ex illis populis, qui eo usque excurrunt, hos ſolos nominaſſe, quia maxime illuſtres erant propter morum ſanctimoniam. Vid. infra d. l. Si quis tamen ex Ptolemaeo [5, 9.] *Tyrambae*, qui inter Maeotidi vicinas gentes ab eo collocantur, maluerit, per me liceret, niſi longius a ſcripta hic lectione abirent. PERIZONIVS. Pro *Corſitae* Pintianus *Cercetae*, et pro *Phoriſtae*, *Rimphaces* Perizonius et Reynoldius *Arimphaei* recte emendarunt. ABR. GRONOVIVS. *Coraletae* Valerii Flacci 6, 81. quod tamen et ipſum nomen varie in libris ſcribitur, *Corſitae* Melae eſſe videntur Ger. Voſſio ad c. l. ubi tamen etiam Baptiſta Pius *Cercetae* reſcribendum putat. Voſſii *Riphaces* cupide adripit Vphagen in parergis hiſtoricis p. 43. et cum Pterophoritis ad ſtabiliendam gentem ſuam *Riphat* a Gomeritis ortam (cf. Geneſ. 10, 3.) transfert. Hanc primum conſediſſe putat ad mare Caſpium, inde verſus Boream ſeceſſiſſe, ita ut pars tetenderit per Aſiam ſeptentrionalem, pars per Europae orientales magis regiones in Boream vergentes, vicinosque fuiſſe Cimmeriis ad Pontum Euxinum; poſt in Scandinavia; (v. idem p. 42.) Euſebium pro *Riphat* habere *Diphat*, et in Sarmatia ponere; Ioſephum (vid. antiq. Iud. 1, 6. ſ. 7. et ex eo Zonaras 1, 5.) in Paphlagonia, ſed confundere cum *Henetis* ſ. *Venedis*. (id. p. 43.) Obſcuros quidem alias eſſe, et pro iis a veteribus obtrudi adeo Rhipaeos montes, per quos Vralii ſaepe poſſint intelligi. Ipſe ponit fictos Rhipaeos ſeu gentem Riphat ad Boryſthenis fontes, ubi et Neuri habitarunt; ibi etiam Plinium 6, 7. (cf. 6, 14. ſ. 15.) cum Mela 1, 19. ponere, licet Arimphaeos depravato nomine dicat. Haec fere de gente, quam fovet, Riphat, vel de Riphacibus

Vphagen. Nomen tamen *Riphat* haesisse videtur in Paphlagoniae fluvio, qui *Rhebas* vocatur apud plerosque, *Rhebaeus* apud Apollon. 2, 791. *Rhebanus* apud Orpheum v. 711. Vid. quae disserit Bochartus in Phaleg. 3, 10. Nolo enim indulgere coniecturis, ad quas emittendas latus hic patet campus. Veram hic lectionem statuere in tanta scripturae corruptione quis possit, vel receptam et virorum doctorum iudiciis probatam, quod ad veram proxime accedere videretur, quis ideo tollere velit, ut non magis vero similem reponat? Arimphaei, quod recte monet Perizonius, nimis a populis proximis remoti versus septentrionem spectant; sed propius scriptura ad Codicum vestigia accedunt. Si quis tamen alteram librorum lectionem sequatur, substitui possint *Siraces*, qui et infra 1, 19, 14. in simili nominum corruptione latere videntur, ex Strabone lib. 11. p. 549. s. 506. etsi novi, esse viros doctos hodie, qui pro Σίρακες malint Ἰύρκαι. Nempe *Siraces* cum Aorsis Strabo lib. 11. in. ab Asiae finibus citra Sarmatas usque ad Caucasios montes ad meridiem pertinebant, ita tamen ex prioris loci indicio, ut *Aorsi* Tanain accolerent, *Siraces Achardeum*, qui ex Caucaso fluens in Maeotin excurrebat. Forte *Siraceni* sunt, de quo ad Strabonem c. l. At nolo, cum et id ipsum sit incertum, pro aeque incerto obtrudere. Difficile erit, his tenebris lucem inferre. Certe *Arimphaei* latent in libris 1, 19, 20. et *Siraces* antea §. 14.

Vbi) Deest in Vossiano 2. in alio legitur *nisi*, notante Perizonio, qui hinc putat, Auctorem forte scripsisse: *utque in nostra maria.* Sine causa gravi. Post *exceditur* ed. 9.

Matiani —) *Mathi* legunt Cibin. Mediol. Vindob. Zalusc. Rehdiger. Lips. (ex correctione *Mardi*) Gud. Codices Vossii. *Mati* Paris. 1. 5. Vatic. Perizoniani, Oxon. Leidens. Cd. Nunnesii et Ciacc. / *Mari* Florentin. et Vatic. Fabricii ad ed. Voss. Venet. ad edit. 5. *Marri*

Parif. 2. Prag. *Mani* A. Gronov. *Mati* legunt edd. 1. 2. 9. 11. 13. 19. *Mari* 3. 4. 5. 6. (antiqua manus meo exemplari adfcripferat *Mati*) 7. 8. 10. 12. 14. (in margine adfcriptum alii *Mardii*) 15. (*Mario* hic quidem vitiofé) 17. 20. 25. (in margine, nefcio an ex Cd. adfcriptum *Mathi*) *Mardi* cum Vadiano et Olivario 21. (Camertis vocare folent, minus recte, Perizonius et Dukerus) 24. et fequentes ad Voffium, qui dedit *Mantiani*, cumque eo 40. 41. 42. Hinc cum Reinoldio reliquae *Matiani*. Proximum nomen fic effertur in libris. *Antibarani* Cd. Nunnefii, Cibin. Havn. ad ed. 3. Lipf. (in margine *Antibazani*) Voffiani, Perizoniani, Oxon. Parif. 1. 2. 3. Mediol. Vatic. *Anthibarani* Leidenf. Zalufc. Rehdig. *Antibazani* Venet. margo Lipf. Gud. A. Gronov. *Antibarizani* Prag. *Antibarii* Vindob. Antiquae edd. exhibent *Antibarani*. Voffius primus et hinc ed. 40. *Tibarani*. Poft 40. 41. *Ibarani*. Hinc cum Reinoldio *Tibarani*. TZSCHUCKE. Scribo *Macrones*, *Tibarani* ex Strabone, [lib. 12. p. m. 578. f. 548.] Stephano, [hh. vv. etfi Τιβαρηνοὶ, uti plurimi alii, prius tamen etiam f. v. Βέχειρος] Plinio, [6, 4.] Herodoto, [3, 94.] Xenophonte, [de exped. Cyri 5. 5.] Dionyfio Periegete, [v. 766.] Marciano, [f. Scymno Chio in fragmentis v. 178.] Marcellino, [22, 8.] Apollonio Rhodio, [2, 377. 394.] Valerio Flacco, [5, 148 fq.] et omnibus fere Graecis ac Latinis non Geographis modo, fed Hiftoricis etiam ac Poëtis, qui de Boreali Afiae plaga prodiderunt. Semper enim *Macronas*, *Tibaranos* et *Mofynoecos*, ut finitimos, inter fe coniungunt. Nec me fugiunt, quae de *Mardis* Plinius [6, 31. f. 27.] et alii tradunt, *Macronas* Apollonius lib. 1. [v. 1025.] Argon. *Macrieas* appellat, fic dictos, ut eius enarratores exponunt, quod fint coloni Euboeenfium. Euboea enim *Macris* alio nomine dicta eft, quod fit longa et toti praetenta Boeotiae, ut fecundo volumine [c. 7. §. 8.] refert Pomponius. Hi poftea *Sanni* dicti, fi quid Strabo [c. l.] et Stephanus [c. l. ex Stra-

bone quidem] veri crepant. Nam Xenophon lib. 4. f. et lib. 5. in. de Cyri adſcenſu *Macronas* alios a *Sannis* facit, quos *Drilas* ipſe nominat, referente Arriano in Periplo Ponti Euxini. [p. 11. Geogr. min. Hudſ.] Sed et ipſe Arrianus [c. l.] *Sannos* diſtinguit a Macronibus, quos tamen ipſe non *Macronas*, ſed *Machelonas* appellat. Plinius quoque Xenophonti et Arriano ſuſcribit lib. 5. [c. l.] At *Tibarani* etiam *Tibareni* et quidem frequentius dicuntur. Orpheus in Argonauticis [v. 739.] *Stybarenos* vocat. [ex lectione olim vulgata.] PINTIANVS. Vulgata quaedam exemplaria [unum, v. ſupra] *Mario* habent pro *Mardi*. Scriptus liber *Mati*, et quidem Plinius *Matianos* [6, 18. ſ. 16.] poſt *Aorſos* collocat, ſed eodem etiam capite *Marſos*. Pomponius lib. 3. c. 5. Amardos ad ſinum Caſpium ponit. Pintianus tamen *Macrones* et *Tibarani* legit. CIACCONIVS. Nihil muto [ſc. *Mardi, Antibarani*] Herodoti Thalia [3, 94.] auctoritatem ſecutus. SCHOTTVS. Apud Herodotum in Thalia [c. l.] *Mardos* quidem legimus et *Tibarenos*, *Macrones* et *Moſynoecos* duodevigeſimam tributi portionem pendiſſe Dario. Sed *Mardi*, ut docet Plinius [c. l.] a Margiana ad Bactros pertinebant; quare nullum hic habent locum neque *Macrones*, quos alii [Pintianus] reponunt. Hi enim littus noſtri maris occupant, ut idem Plinius [c. l.] et alii demonſtrant. Ego, cum in MS. legatur *Mati antibarani*, minima quidem mutatione repono *Matiani*, *Tibarani*. *Matiani* namque proximi ſunt Cilicibus et Phrygibus, ut ex Herodoto in Clione [1, 189. 202.] licet colligere. Strabo [lib. 11. p. m. 550. ſ. 509.] *Matianos* Mediae partem facit, quod et Stephanus ex illo repetit; aut, ut alii volunt, ab Armenia in Suſianam interiecti ſunt, quae omnia eodem fere revolvuntur: *Tibareni* autem, aut *Tibarani*, Chalybas attingunt eidem Pomponio cap. 19. huius libri, ut ſint mediterranei. NVNNESIVS. *Mardi, Antibarani.*) Haec quoque inepta eſt lectio. Libri veteres legunt: *Mathi, Antibarani*. Legendum *Matiani*, [etſi

editum *Mantiani*] *Tibarani*. Vicinae vero ſibi invicem ſunt hae gentes, ut conſtat ex Herodoto. [3, 94.] Cave autem hos *Matianos* vel *Mantianos* confundas cum aliis eiusdem nominis populis ſitis in Media, Hyrcania et alibi. Quos enim hic nominat Mela iidem ſunt, atque illi, quos Herodotus [1, 72.] et alii ad dextram Halyos fluvii recenſent. Male vero quidam hic *Mardos* tuentur, et contra veritatem ipſam nempe ex Herodoti Thalia [3, 94.] Μάκρωσι καὶ Μοσυνοίκοισι καὶ Μάρδοισι τριηκόσια τάλαντα προείρητο. Sed nulli illic terrarum fuere Mardi. Notant viri docti in aliis Codicibus ſcribi Μάρσυσι. Lego Μαρσί. Mares populus, vicinus Moſynoecis. Stephanus Μάρες ἔθνος προσεχὲς Μοσυνοίκοις. Meminit eorum alibi [7, 79.] ipſe etiam Herodotus. VOSSIVS. Vix ſcio, qui liqueat ex Herodoto vicinos hos fuiſſe populos, quod affirmat Voſſius, quum Herodotus bis [3, 94. et 7, 78.] nominet Τιβαρηνοὺς, et nuspiam cum Mantianis iungat, ſed cum Moſchis, Macronibus et Moſynoecis. Deinde monet eos Mantianos hic intelligendos, quos ad dextram Halyos ripam ponit Herodotus. Quaeſo, an iam ad Halyn usque pervenit recenſendo gentes illas ex Oriente verſus Occidentem ſitas? Vtique nondum ad Armenios pervenit. Inſuper ſane *Amardi* non ſunt notioris nominis, quam *Tibarani*; et cur hi nunc ita appellantur, quum lib. 1. c. 19. vocentur *Tibareni*, ubi locat inter Chalybas et Moſynoecos? a quo non alienus Stephanus ſcribit: Τιβαρηνία, χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ πρόσοικος Χάλυψι καὶ Μοσυνοίκοις· qui et ipſe in v. Βόσπορος novit, etſi in loco dubio, Τιβαρανὸς et Τιβαρηνός. Apparet aliud latere. Nempe, quum in MStis legatur *Mathi Antibarani*, vel *Mathi Anthibarani*, in Mediolanenſi *Mathi antibarani*, quum Iuntina dediſſet *Mari Antib.* inde videmus primam litteram *t* in reſtitutione addi. Id temere fieri cenſemus, quum litterarum numerus ac forma doceat, hic lectum fuiſſe *Ibarani*. Quod verum eſt, ſed in eo prima littera degeneravit ex *O*.

Aut ſcripſit enim Mela *Obarani*, aut ſub τῷ *Ibarani* intelligi voluit Stephanus: Ὠβαρηνοὶ, μέρος Ἀρμενίας, plane ut de Amardis ex Ptolemaeo [*Mardos* habet in Sophene, Armeniae parte 5, 13. qui tamen iidem ſunt, qui Amardi] ſtatuit Voſſius, quos tamen, neſcio qui, ille e veteribus libris reſtituiſſe ſe dicat, quum nemo in iſtis aliter legi fateatur, quam in vulgatis *Medi*, qui ſane propius accedunt ad Otenos, quos a Quadrato iungi Obarenis illic teſtatur Stephanus [ſ. v. Ὠτηνή.] I. GRONOVIVS. Parum profecto acutus eſt iſte iuvenis, qui negat ex Herodoto conſtare, Matianos vicinos fuiſſe Tibarenis, cum adeo clara ſint eius verba, ubi eos ad dextram Halyos fluminis collocat. Putat nempe Tibarenos longe adeo ab hoc flumine abſuiſſe, ut non potuerint Matianis eſſe vicini. Verum errat quam maxime. Non tantum, ubi erant Moſchi, Macrones et Moſſynoeci, fuerunt Tibareni, ſed et adeo vaſtum in mediterraneis terrarum poſſidebant tractum, ut non ſolum ad Halyn, ſed et longe ulterius ad Cytorum usque eorum extenderetur ditio, ſiquidem Cytorum Tibarenorum fuiſſe urbem teſtatur Xenophon. [de exped. Cyri 5, 5, 3.] Fruſtra quaerit, quare *Tibarani* iſto vocentur loco, qui infra *Tibareni*, cum utrumque rectum ſit. Sic *Matieni* et *Matiani*, *Arieni* et *Ariani*, et infinita ſimilia promiſcue ponuntur. Sic quoque Strabo, cum alibi [lib. 11. p. m. 363. ſ. 527. et poſt] *Tibarenos* vocet, lib. 2. [p. m. 89. ſ. 129.] *Tibaranicas* gentes nominat populos Ponticas terras Tibarenorum occupantes. Cum vero ſcribit *Amardos* non eſſe notioris nominis, quam ſint Tibareni; facile exin colligi poteſt, illum non intellexiſſe Melam, cuius tamen admodum clara ſunt verba. Poſtquam enim in recenſendis gentibus a mari Caſpio usque ad Bithyniam, de qua poſtea agit, poſuit nomina vetuſta, ſed magna ex parte obſoleta, eundem tractum et easdem terras iterum perſtringens addit et *notiora iam nomina*, illa nempe, quae ſequuntur, quaeque ſua aetate magis eſſent nota et uſitata, non autem illa, quae in ve-

tuſtioribus Graecorum exſtarent monumentis, qualia fere ſunt illa, quae praeceſſerunt. Cum vero in omnibus libris manifeſte appareant *Tibarani*, quam futile eſt, fingere novam gentem *Ibaranos*, qui nusquam terrarum unquam exſtiterunt, aut etiam Obarenos, non Romanis maribus, ſed Caſpio vicinos, idque nulla alia de cauſa, quam quod nullos niſi in Media norit *Mantianos.* VOSSIVS *in appendice obſervationum* p. m. 16. Si fuerunt quondam *Tibareni* ad Halyn, non fuiſſe tempore Melae, (quod tamen ab auctore reſpici paullo ante ſtatuebat in Ariane et Gedroſia) apparet ex Plutarchi Lucullo [c. 19.] *ἄχρι Ταλαυρῶν* veniſſe, et tunc *καταστρεψάμενον Χαλδαίους καὶ Τιβαρηνοὺς καὶ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν παραλαβόντα* ait contendiſſe Amiſum. Itaque ſaltem nunc probare debuit, Melam reſpicere ad id tempus, quo vixit Xenophon. Tum credisne Tibarenos, ut ditio eorum extendatur ad Cytorum debuiſſe vaſtum in mediterraneis terrarum poſſediſſe tractum? Ipſi Tibareni ſunt in litore, Cytorum quoque ab omnibus in litore ponitur; ut illi igitur hanc urbem poſſideant, vaſti debent eſſe in mediterraneis? Sed an Xenophon ſcribit Cytorum, quae Melae citatur, fuiſſe urbem Tibarenorum? Mirabar profecto, quum ne ipſam Sinopen quidem meminiſſem ab Xenophonte in Tibarenorum finibus locari, ſed ſcribere libro 6. expedit. Cyri [c. 1, 9.] *Σινωπεῖς οἰκοῦσι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ.* Quae cum propinquior ſit Tibarenis, cur non et illam Tibarenis addere debuit Xenophon, ſi Cytorum eis attribuit? Nimirum ſcribit Xenophon lib. 5. eiusdem operis [c. 5, 5.] de commilitonibus Xenophontis: *ἀφίκοντο εἰς* Κοτύωρα, *πόλιν* Ἑλληνίδα, Σινωπέων *ἀποίκους, οἰκοῦντας ἐν τῇ* Τιβαρηνῶν *χώρᾳ.* Et quando in hanc urbem veniunt? nempe quum poſt peragratos Moſynoecos et Chalybas *ἀφικνοῦνται εἰς Τιβαρηνοὺς διὰ φιλίας* illic *πορευόμενοι δύο ἡμέρας.* Quid ergo? An exſpectandum fuit, ut Cotyora haec lectori a Voſſio impingeretur pro Cytoro? In illis ipſis ſtativis legatus

Sinopensium cum Xenophonte de itinere iuxta Pontum faciendo consultans plane ostendit, necdum ab iis Halyn transmissum esse, et iam Vossius de Cytoro. Quid dico Halyn? imo ne Thermodonta quidem. Sic enim loquitur p. 358. [5, 6, 3.] ἥξετε ἐπὶ ποταμοὺς πρῶτον μὲν τὸν Θερμώδοντα, δεύτερον τὸν Ἶριν, τρίτον δὲ Ἅλυν. Adeo ut Xenophon Tibarenos non alio loco ponat, quam quo noster Mela, et Cytorum Melae longissime separet a Tibarenis. Sed alia urbs est Cytorus, alia Cotyora mere Tibarenica. Itaque sic quoque Diodorus Siculus 14, 32. a Cerasunte urbe et Mosynoecis διαπορεύσασθαι τὴν ἐχομένην ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἣν ἐκάλουν Τίβαριν· κἀκεῖθεν εἰς Κοτύωρα πόλιν παρεγενήθησαν Ἕλληνες, Σινωπέων ἄποικον. Et plenissime Scymnus [v. 177.] Ἀπὸ Κοτυώρου ἕως τοῦ πλησίον Πολεμονίου πρώην Τιβαρηνοὶ ᾤκουν ἔθνος ὁμοχώριοι πάνυ, γελᾶν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες. Imo hi Vossio dicuntur tam late habuisse imperia, qui Straboni lib. 12. p. 555. [p. m. 382.] dicuntur fuisse ὑπήκοοι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. Quod autem Ortelius [in thes. Geogr. h. v. *Cotyora*, vulgo nunc *Cytora*] scribit de varietate appellationis, habet ex Suida, quem vix intelligas, quid et de qua loquatur scribens: Κοτύωρα πόλις Ἑλληνὶς, Σινωπέων ἄποικος, καὶ οἱ πολῖται Κοτυωρῖται, ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς Κύτωρα λεγομένη, quod illi relinquo. — Herodoti verba [de Matianis] clara quidem sunt, sed sic clara, ut clare disiungant longissime hos duos populos; quippe Halyn ea testantur per Cilicas primum fluere, dein a dextra habere Matienos, et post illos Syros Cappadocas. Vnde constat Herodotum Matienos removere ab litore Euxini, in quo tamen ab omnibus ponuntur Tibareni? Tum Herodotus inter Matienos et Pontum interponens Syros Cappadocas, in quibus est Thermodon amnis, post quem reiiciuntur Tibareni, quomodo potest videri illos iunxisse? Necesse non est, ut doceat me α et η apud Graecos confundi, nec de ipsis Tibarenis

Strabonem diverſis locis adducat, quum id diu ante do- cuerit me certius Stephanus in Βόςπορος. Sed id nec ſic imitati ſunt Latini, nec ſubtilitas Melae id admittit, nec libri ſcripti ullo modo patiuntur. Vtique literam *t* neceſſario ſibi vindicare debet vox prior, quum τὸ *Mathian* non queat eſſe nomen gentis, et quidem Latina declinatione. Tum ut paſſim factum eſt, nullus non fateri debet, literam *t* ortam ex litera *i*, et hinc in nullo reſtant *Tibarani*, ſed *Ibarani*. Neque fingo, qui ſunt in omnibus libris, ſed eos interpretor per mutationem literarum *o* et *i*, quae quam frequens ſit, ipſis exemplis probat Voſſii pater ante Etymologicum, Salmaſius militia Rom. p. 173. Valeſius ad Peireſciana p. 30. Quam frequens item earum confuſio in libris ſcriptis, hic Mela docet, apud quem 2, 2. *Caprullom* pro *Caprulim*, 2, 7. *Olipiſos* pro *Olopyxos* et alibi. — Non minus palmarium eſt, quod ſequitur. [Poſtquam enim in recenſendis gentibus a mari Caſpio —] Quantum nunc differt ab Tibarenis Xenophontis et Ariane Alexandrina? Quando enim id Mela egit, ut primo nomina vetuſta ſive populorum ſive regionum poſuerit, ac deinde addat nomen ſua aetate magis uſitatum? — Nempe fundus ita ratiocinandi eſt, quia dicit *et notiora iam nomina*. Quid inde fit? Hinc Veneti ad Euxinum mare aetate Pomponii fuere magis noti et ea appellatio uſitatior, quam, neſcio quae, alia in vetuſtioribus Graecorum monumentis exſtans; quum clarum ſit per ſe τὸ *iam* reſpicere non propinquitatem temporis aut aetatis Pomponii, ſed terrarum, quum reliquae gentes, ut loco, ſic fama et notitia fuerint ab Romanis remotiores. — Eiusdem plane generis eſt, quod mox me addit *Obarenos* fingere nulla alia de cauſa, quam quod nullos niſi in Media norim *Mantianos*; quum diſerte ſcripſerim, *Mantianos, quos ad dextram Halyos ripam ponit Herodotus*. An, qui ſic ſcribit, et ex Herodoto illic agnoſcit talem populum, is eum non niſi in Media novit? I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 57 ſqq.

Recte ex Codicum ſcriptura formavit Nunneſius *Matiani, Tibarani,* quod Voſſius arripuit, et pro ſuo nobis venditavit parum decore. Nihil certius hac coniectura puto, quum eo nos ducant ipſae literae MATIAN TIBARANI. Neque movere quemquam debet, quod ceteroqui poſteriores *Tibareni* dicuntur, quum promiſcue hae formae in iisdem vocibus ſaepe adhibeantur. Quin illud ipſum *Ibarani,* quod hic ſubſtituitur, ſi maxime genuinum eſſet, quod non eſt, idem utique hic dicendum foret, ſi quidem in loco Stephani, quo uno probari poſſe creduntur, legitur *Obareni. Tibaranos* vero reperias apud Ciceronem Famil. 15, 4. [§. 24. cf. ibi Benedict.] ſi non eosdem plane populos, at eiusdem haud dubie nominis et originis. Sic Euſtath. ad Dionyſ. v. 767. *οἱ Τιβαρηνοὶ, οὓς ἡμεῖς Τιβρανοὺς φαμεν.* Sed et ipſe Strabo lib. 2. p. 129. *τὰ Τιβαρανικὰ ἔθνη* iſtic memorat, ubi habitarunt Tibareni. Quin diſertiſſime utique Stephanus in v. Βόςπορος cum alia nomina, tum hoc ipſum *Tibaranos* et *Tibarenos* promiſcue dici nos docet. Vide et mox *Matianos* et *Matienos.* Sed vel maxime ſitus gentium confirmat hanc lectionem. Etenim Matiani inter Mediam et Armeniam exſtitere, atque ideo a nonnullis Mediae verſus Occidentem tribuuntur; vid. Strabo lib. 11. p. 509. [p. m. 350.] qui tamen et a Medis diſtinguit p. 514. et 523. [p. m. 354. et 360.] et lib. 1. p. 49. [p. m. 34.] ut et Stephanus. Alii Armeniis eos iungunt ſupra Euphratem Dionyſ. Perieg. v. 1002. et ibi Euſtathius, quem et vide ad v. 820. Herodotus 1, 72. eos ad fluvium Halyn fere extendit, et appellat cum iſtic, tum lib. 7, 72. aeque ac Dionyſius Matienos alibi [uti 1, 189. olim quidem] etiam Mantienos, ex quorum montibus oriri ait Gynden et Araxen cap. 189. et 202. Vide et Cellarium 3, 18. In eodem iam tractu Tibareni egerunt prope Trapezuntem, Strabo 12. p. 548. et 555. [p. m. 378. et 382.] et prope Chalybas Dionyſ. v. 768. Stephanus Byzant. et ipſe Mela 1, 19. Dicuntur autem hi populi et ſequentes

pariter iam fiti, *ubi in noſtra maria tractus* Aſiae *excedit*, hoc eſt, ubi iam Aſia procurrere incipit verſus noſtra maria, inter meridianum latus Euxini et Cyprium ac Pamphylium usque in Aegaeum. PERIZONIVS. Cum ſitus non refragetur, ſed optime conciliari poſſit, adprobanda utique videtur recepta hodie lectio, quae proxime ad Codices accedit. Nempe Mela in curſo ſuo perſequendo ad eum Aſiae tractum pervenit, qui utrimque ad mare internum excedebat, verſus meridiem, ubi praecipue *internum* dicitur, et ſeptentrionem, ubi peculiari et proprio nomine Pontus Euxinus vocatur. Eo enim ſenſu *noſtra maria* intelligenda eſſe, docet caput 1. et quod hic eſt *ubi in noſtra maria tractus excedit*, ſupra, ubi progreſſionis ordinem et ſeriem omnino deſignaverat, ita elocutus eſt, *media noſtris aequoribus excipitur.* Ponit autem primum minus nota nomina, quae ſine dubio latent obpoſita in notioribus, quae ſubiiciuntur. Hinc ab una parte verſus mare excedere aut ſpectare debent populi duo, quos hic memorat. Atque hoc convenire in Matianis et Tibarenis optime per Codicum indicia adparet, dummodo antiquioris temporis rationem geographicam audiamus. Nempe latius olim patuerunt Tibareni, qui olim Cappadociam verſus pertinuerunt, uti conſtat ex Strabone lib. 2. p. m. 89. ſ. 129. ubi ſic: Κολχὶς, καὶ Καππαδοκία ξύμπασα μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου καὶ τῶν Τιβαρανικῶν ἐθνῶν. Ita poſt Colchida inde a Cappadocia Tibaranos ſummam gentem, et quae alias complectatur, facit. Vrbem etiam iis dat *Cotyora* Xenophon de exped. Cyri 5, 5, 3. ſedemque antiquam adſignant Scymnus Chius in fragm. v. 177. et Anonymus de Ponto Euxino p. 12. (Vol. 3. Geogr. Hudſ.) Tenuerunt igitur Pontum Polemoniacum, ubi hanc urbem, Κυτέωρον vocat, ponit Ptolemaeus 5, 6. v. Harduin. ad Plin. 6, 4. de hac urbe, ubi *Cotyorum* legitur. Fecit igitur Mela hic idem, quod in ſuperiori loco Strabo. Sunt praeterea antiquarum huius populi ſedium et latioris ditionis alia veſtigia in hiſtoriis

relicta; ſi enim recte habet ſcriptura in Ciceronis epiſt. ad diverſ. 15, 4, 22. Ciliciae etiam campeſtris partem aliquam olim tenuiſſe eorum aliqui videntur. Sed nolo iſti loco hic inſiſtere, cum non ſolum ſcriptura variet, et *Thebarani* etiam, uti dedit nuper Benedict, libri exhibeant, ſed, quod gravius eſt, ob ſitum, quem nexus indicat, prope Amanum montem. Fuit porro, quaec huc pertineat Τιβηρίνη Cappadociae regio, in qua Nazianzus, Gregorii Nazianzeni patria fuit poſeſſio, unde etiam paſſim in eius ſcriptis adtingitur. Matiani quam late patuerint, ſatis diſſeruit Perizonius. In hoc certe tractu in primis producuntur ab Herodoto 1, 72. qui omnino conſuli debet. Hic enim ponit ad Halyn, poſtquam Ciliciam eſt egreſſus, ita ut ad fluvii dextram adcoluerint Matiani, ad laevam Phryges latiori ſenſu, conterminique verſus ſeptentrionem fuerint Matianis Syrii Cappadoces. Sic Araxen idem 1, 202. ſcribit ex Matianorum montibus oriri, cuius fontes alii in Armenia ponunt. *Matiani et Tibarani* etiam probat Gavel in notis ad Stephanum in obſerv. miſcell. T. 4. p. 224. Cf. praeterea, quae de huius loci lectione differit Duperron in Memoires de litterature — de Paris T. 45. p. 103 ſq.

Medi) Ita 6 Cdd. Perizonii, Vaticani quatuor, (ſolum quartum *Amardi* legere notaverat coulator) omnes A. Gronovii praeter eum, quem ipſe poſſidebat, Oxon. Lipſ. Florent. et Vatican. Fabricii ad ed. Voſſ. Zaluſc. (qui et τὸ *iam* omittit) aliique, ex meis praeter Vatic. 4. Venet. Prag. Havn. in quibus eſt *Amardi*, quod et de veteribus ſuis libris adfirmat Voſſius, et de ſuo A. Gronovius. Recepit et Voſſius, cum antea editiones ferrent *Medi*, quaedam *Moedi*, eumque ſecutae ſunt edd. 40. 41. 42. cum Reinoldianis. Poſt A. Gronovius in edd. 44. revocavit *Medi*, quod et manſit. TZSCHVCKE. *Medi.*) Ex veteribus libris repoſuimus *Amardi*. VOSSIVS. Neſcio qui e veteribus libris reſtituiſſe ſe dicat *Amardi*, quum nemo

in iſtis aliter legi fateatur, quam in vulgatis *Medi.* I. GRONOVIVS. Quod pro Medis repoſuerim Amardos, feci id auctoritate librorum. Cum alii, tum quoque optimus ſic habet Arundellianus Codex. Mardos et Amardos eosdem eſſe monet Strabo [lib. 11. p. m. 360. ſ. 525.] ex emendatione Caſauboni. VOSSIVS *in appendice* p. m. 17. Primo igitur inde concludere licet, Vaticanum et illum eius optimum ſtare ab *Medis*, unde et ſteterunt haud dubie alii, quibus uſi fuerunt praecedentes editores, quomodo et illi, quos novi, ut nihil nos premat natio Voſſiana. Deinde quum infra [3, 5, 4.] aut ad Oxum ponantur, aut in Media, aut in Armeniā maiore, an ullam iſta poſitione gentem hic locus poteſt admittere? Vtique quod ipſe urſit [vid. ſupra] contra *Obarenos*, an hi Amardi Romanis maribus ſunt vicini? An hi tunc notiores, quam Medi? An feremus ſcriptorem ita futiliter loquentem, ut maximis nationibus ſine mora mox ſubiungat aut vagos fugitivos, quales facit ad 3, 5, 4. aut Mediae Armeniaeve portionem a Phraate ſubactam et in unum locum concluſam, et qui non niſi latrociniis inclaruere, et quos ſtatim poſt aetatem Melae, aut etiam vivente adhuc ipſo Corbulo infeſtantes praetergredientem potuit per immiſſos Hiberos coercere, imo vaſtare? et propter hos in toto Mela non exſtabunt *Medi?* Quid horum non abſurdiſſimum? I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 66. Valde hic miror Voſſium, qui temere prorſus huc intrudit *Amardos*, unius atque alterius Codicis auctoritate, in quibus *A* ex ſuperiore voce videtur repetitum et inde factum poſtea *Amardi* pro *Amedi.* Praeterea et hic requiruntur *notiora iam nomina,* ſicuti et ſunt ſequentia, praeter *Murranoſ,* quod omnium conſenſu eſt corruptum. PERIZONIVS. Pro lectione *Medi* plura loquuntur, quam ut dimitti et cum *Amardi* commutari poſſit.

Armenii.) Sic Codd. A. Gronovii, multi etiam ex meis. At *Armeni* Oxon. Lipſ. Venet. Vindob. Zaluſc.

Gud. cum edd. 1. 3. 9. 11. 13. 19. et forte aliae quaedam. *Armenii* 4. (quae hic discedit a 3.) 5. — Cod. Cibin. *Armeny*. Vtrum rectum ſit, nemo quaerit. Poſt *Comageni* uno *m* ex Cod. ſuo notat Nunneſius, nec aliter legunt ex meis Vindob. Zaluſc. Rehdiger (— nii) Gud. Prag. Cibin. In Lipſ. eſt *Coaramageni*, pro quo margo *coramageni*. Vnō *m* forte habent etiam alii Codices, certe habent pleraeque edd. inde ab antiquiſſimis, poſt etiam Vinetus et Voſſius. Duplici tamen ſcribendum, uti nunc conſtanter editur, monuerunt iam Pintianus et Nunneſius, ille ex Strabone [lib. 11. p. m. 559. ſ. 521. et alibi] et Ptolemaeo [5, 15.] idemque monet ad Plin. 2, 108. ſ. 104. Atque ita edd. auctorum meliores, veluti Ciceronis ad diverſ. 8, 10. 15, 1. et 3. Suetonii in Calig. c. 16. et Veſpaſ. c. 8. In utroque loco Codd. etiam aliqui praeferunt, uti omnes ap. Oroſium 1, 2. p. 15. teſte Havercampo, etſi in Prag. ſimplex inveni. Harduinus in Plinio parum ſibi conſtat, ut Erneſti in Tacito 2, 42. 15, 12. Conſtantior eſt Graecorum ratio. Vid. de ſcriptura Cellarius in Geogr. ant. 3, 12, 5. Oudendorp. ad Sueton. Calig. c. 16. et quos laudat. Idem tamen antea, quod mirum, niſi alius culpa acciderit, invitis etiam Codd. per unum *m* dedit in Iul. Caeſ. de B. C. 3, 4. Sed quod gravius eſt, tuentur ſua auctoritate numi, ut docent Raſche in Lex. rei numar. T. 1. p. 723. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 249. notatque Holſtenium Oudendorp. ad Sueton. c. l. qui ad Stephan. p. 281. male, quaſi e Philippi ſenioris numo, producat Κομα.

Mariandyni, Veneti) Vtrumque nomen exercetur in libris. Pro priori nomine *Murani* legunt MS. Nunneſii, Venet. Rehdiger. Gud. Pariſienſ. 2. *Murrani* libri quidam Voſſii, plerique Perizonii, Vatic. praeter tertium, Lipſ. Pariſ. 1. 3. Zaluſc. Florent. et Vatic. Fabricii ad ed. Voſſ. Cibin. (in quo a recentiori manu certe

magis atro colore effictum erat *muvrani.*) *Nurani* Havn. Vatic. 3. (non enim recte *Nurari* inde refert Perizonius) Prag. *Murcani* Vindobon. *Maurani* Voſſ. 2. *Mirorani* Voſſ. 1. *Murrani* dant libri editi, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. cum ſuis aliisque ad Voſſium, qui repoſuit *Mariandyni*, idque poſt inhaeſit. Sequens nomen item varia forma circumagunt libri. *Vegeti* habent omnes Cdd. Perizonii, Oxon. Pariſ. 1. 5. Vaticani praeter 3. Cibin. Vindob. Lipſ. Rehdiger. Florentin. et Vatic. Fabricii ad ed. Voſſ. *Vergethy* Gud. *Vergeti* Vatic. 3. Pariſ. 2. Havn. Prag. *Vargeti* Voſſiani, ipſo teſte, *Vegetes* Venet. *Vrgethi* Zaluſc. In edd. etiam antiquiſſimis veluti 1. 2. 3. 4. 5. — *Vegeti*, dum Voſſius daret *Veneti*, quod poſt omnes exceperunt. TZSCHVCKE. Populi nec Straboni, nec Plinio aut Ptolemaeo, quod quidem ſciam, celebres. Ptolemaeus quidem [5, 7.] *Muraunam*, ſive *Muranam* in Armenia [minori; in Gr. Μουριανὴ] facit, ſi forte inde Murani dicerentur. Nam in Armenia eſſe illos veriſimile eſt. VADIANVS. Loco illius *Murrani* poſſet non abſurde ſubſtitui *Morimeni*. Eſt enim *Morimena* praefectura Cappadociae Straboni lib. 12. [p. m. 372. ſ. 539. et antea] quam una cum Lycaonia memorat, de qua mox paulo Mela. Poſſet autem pro *Vegeti*, [in edd. vett.] *Eneti* legi, qui ſunt Paphlagoniae populi, ab Homero et omnibus fere Geographis nobilitati, a quibus Veneti Adriatici ſinus fluxiſſe creduntur. Sed ſuper omnia ſedet, duas has voces barbaras plane eſſe, et ex illarum numero, quae non paucae huic operi irrepſerunt, temeritate quorundam, qui nihil penſi habentes ineptias ſuas pro gloſſematis bonis Auctoribus affingunt; itemque librariorum ignorantia, qui eas ſtatim Auctoris lectioni inſerunt. Cuius notae ſunt, in Gallia *Eluſaberris;* in Thracia *Tritonice;* in Scythia *Terreſtria, Sexolitae;* in Lesbo *Cirava;* in Oceano ſeptentrionali *Satmali*, et alia his comparia monſtra, quae propriis locis aeſtimabuntur. PINTIANVS. Haec nomina

tamquam ſpuria quidam [Pintianus] reiiciunt, quod apud nullum Geographum reperiantur. CIACCONIVS. Pro *Murani* reponerem *Moreni* ex Strabone, qui *Morenem* Myſiae Aſiaticae partem facit lib. 12. [p. m. 595. ſ. 574.] *Morimeni* autem ſunt Cappadoces, ut tradit Plinius, [6, 3.] quorum iam fit infra mentio; et nomen *Moreni* propius abeſt a *Murani*, quam *Morimeni*. Pro *Vegeti* autem non displicet *Heneti*, ut alii legunt, quod ſint Paphlagones iis ſinitimi, qui hoc loco notantur, neque eorum mentio adhuc facta ſit. NVNNESIVS. *Murrani* poſſint dicti videri a portione quadam Armeniae minoris, quam Μουριανὴν vocat Ptolemaeus. [5, 7.] Sed *Muriane* illa longius abeſt a Ponto Euxino et a ſerie gentium, quas hic recenſet. Praeterea cum inquiat, ſe notiora hic nomina recenſere, potius adducor, ut credam, ita eum ſcripſiſſe: *Mariandyni, Veneti, Cappadoces, Gallo Graeci. Mariandynos* et alii cum *Henetis* nominant. Non vero recte quidam *Henetos* ubique reponunt pro *Venetis;* utrumque enim dixere veteres. VOSSIVS. Aequali auſu ſuſtinuit impingere contextui Auctoris *Mariandyni* pro vulgato *Murrani*. Quo modo ſi ſcripſit auctor, quid illo inordinatius fieri potuit, ut et tam mature ponat Mariandynos et Bithynos, quos infra cum his coniungit, nunc omittat? Coniunxerint etiam alii Mariandynos cum Venetis, quod fieri poteſt ob varias cauſas. At nunc Mela in recenſendis nationibus verſatur adhuc extra Halyn amnem. Itaque credibile id profecto eſſe cuiquam nequit, et plane mihi imaginor, quum notiſſimi ſint Mariandyni, neminem priorum editorum tale quid proferre voluiſſe, quia nimis abſurdum videbatur, et infra lib. 2. c. 7. recte nominantur et collocantur, aeque ut hoc libro cap. 19. neque talis ordo cuiquam in mentem venire poterat, qualis nunc occurrit, ut Mariandyni ſequantur Commagenos, illos Veneti, tum Cappadoces et Gallo Graeci? Equidem quid de τῷ *Murrani* ſtatuere me oporteat, haereo; hactenus tamen certus, ut quum portionem Armeniae Μουριανὴν

vocari ab Ptolemaeo ſciverit notaveritque Voſſius ipſe, hanc rectius in Mela intelligi convenire, quam Voſſianos *Mariandynos*. Etiam Strabo lib. 11. p. 531. [p. m. 366.] ſcribit Θρακῶν τινας οἰκῆσαι ὑπὲρ τῆς Ἀρμενίας, πλησίον Γουρανίων καὶ Μήδων. Certe hi Guranii accedunt prope ad Pomponii *Murranos*, quos ideo ex contextu eius non amovi. Deinde potius erit, ut vel retineatur vetuſta lectio, vel, ſi ita placet, ſcribamus *Veneti*. I. GRONOVIVS. Ex *Murrani* vel *Mirorani* quod fecerim *Mariandyni*, de eo iudicent periti. Ferociter tamen in Melam inſurgit bonus iuvenis, ſi ſic ſcripſerit. Verum ex iis, quae habet, aliud nihil colligas, niſi quod Melam non intelligat et neſciat, quid ſcribat. VOSSIVS *in appendice p. m.* 18. Proximum vulgatae ſcripturae *Murriani*, quod Gronovius poſt Vadianum ex Ptolemaei Armenia minore, cuius praefecturam nominat *Murianen*, eruit, et cum Guranis comparat, quos Strabo ſupra Armeniam prope Medos collocat. Sed neutrum eſt eius generis nomen, ut inter *notiora* referri poſſit. Longius recedit a Codicibus, ſed notius vere eſt nomen *Mariandyni*, quod Voſſius maluit. Nec multum me movet ordo ſitus, quem Mela non ita accurate ſemper obſervat. Vide mox hoc ipſo capite Nunneſium de Lycia et Pamphylia. Certe melius his nihil habeo, niſi quis praeferat *Moſſynos*, qui in hoc tractu habitarunt, et ſatis fuerunt celebres, atque a Mela ipſo c. 19. deſcribuntur, dicti ab eo *Moſſyni*, quod et fit a Plinio 6, 4. qui Tibarenis proxime iungit. Alii eos *Moſynoecos* appellant. Iudicet lector. Ego facile aſſentior Pintiano hoc ὀβελίζοντι. Ceterum ſequens nomen *Veneti* in omnibus Codicibus ſcriptum reperi *Vegeti*, quod vitioſum haud dubie; unde tamen ortum ſit divinare nequeo. Coniectent acutiores. PERIZONIVS. Locus in priori maxime nomine profligatiſſimus et perditiſſimus, qui non niſi Apollinea ope meliorumque librorum manu ſanetur. Vtcunque enim excutias aut vertas, nihil nunc quidem ſani inde emicabit. Deſiderantur enim

populi, noti etiam, iuxta Armeniam et Cappadociam, ubi nemo novit *Murranos*, nec omnino uspiam terrarum, et forte ſolus Chriſtius in libro ſingulari de murrinis veterum p. 31. *Murranos* vel *Murianos* populum agnoſcit, unde murrina et murrea vaſa dici coepta ſint, non quod ibi fierent, ſed quod inter eos primum fuerint cognita et inde peti poſſe credita. Proxime quidem et ad ſcripturam et ad ſitum faciunt *Muriani*, qui iidem aliis ſunt *Morimeni*, a Muriana vel Morimene, quae fuit Cappadociae praefectura, nec obſit dubitatio Voſſii, quod nimis remota ſit a Ponto Euxino, quippe quod et valet de Commagenis et quibusdam aliis. At primum ipſos Cappadoces ſtatim ſubiicit, quibus illi includuntur, deinde obſcurus fuit ille populus, quem notis gentibus male adnumeres. *Mariandyni* etſi notiores, tamen et ipſi ad Bithynos referri debent quos infra recenſet, et uti ab hoc tractu, in quo verſatur nunc Melae opera, ita etiam a librorum veſtigiis nimium recedunt. Nec tantum vagari aut circumſilire poteſt Mela, In qua cogitatione optimum putavi, ipſum illud codicum nomen relinquere, dum verum et certum ex libro aliquis poſthac eruat. Facilius ceſſi Voſſio et poſterioribus in voce *Veneti*, quae levi correctione exſiſtit. Coniecerat et ita Brodaeus in Miſcell. 6, 16. Praeterea notiſſimi olim fuerunt, et ſitu huc referri poſſunt; prope Paphlagoniam enim conlocantur Paphlagonumque etiam primaria gens vocantur, de quibus Vol. 2. etſi hoc offendit, quod intermortuam gentem excitavit et vivis interpoſuit.

Cappadoces —) Simplici *p*, quod ſit, quidam libri, ut Vindob. Pragenſ. etiam editiones. At in ſequente voce gravior fluctuatio. Nempe *Graeci* vel *Greci* legunt libri Voſſiani aliique apud Perizonium et Gronovios; ex meis Pariſienſes, Vatic. 4. Florent. et Vatic. Fabricii ad edit. Voſſ. Zaluſc. Havn. Venet. Lipſ. Vindob. Rehdiger. Gud. Prag. *Gallo Graeci* habent Voſſ. 1. (in altero

lacunam ante *Graeci* notat Vossius) Leidens. aliique quidam, quos inspexit A. Gronovius; ex meis Cibin. Lips. ex correctione et ex silentio diligentissimi alias conlatoris ille, qui ad Hermolai editionem exactus erat, quod et de Vaticanis ceteris in ed. 23. valet. Nunnesius ex suo adfert *Geti.* Sic et edd. variant. *Graeci* exhibent 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. (ad marginem adscriptum in meo exemplari *Gallo Graeci*) ed. Salmantic. 1498. Tum *Gallo Graeci* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et deinceps reliquae. TZSCHVCKE. Legendum non *Graeci*, sed *Gallograeci*, hoc est Galatae. HERMOLAVS BARBARVS. MS. *Geti.* Salmanticense *Graeci.* Ex quibus videtur illud *Gallograeci* Hermolai posse conformari; non male, quia *Galatia*, ut scribit Strabo lib. 12. [p. m. 390. s. 566.] *Gallograecia* eius aetate nominabatur. Quid si *Celtae* pro *Geti* suffecti sint, ne longius discedamus a MS? Interpretabimur autem Celtas, qui ad Orientem sunt, quos ab Occidentalibus fluxisse omnes commemorant, aut certe legerem potius *Galatae*, quam *Gallograeci*, quod hoc ultimum longissime absit a MS. NVNNESIVS. *Gallograeci* hi sunt ficti falsique, quum nullus MS. Codex ex posteriore voce plus agnoscat, quam τὸ *Graeci*, unde illi ab Hermolao fabricati et mira libidinis constantia ab omnibus deinde asciti. Itane grassari oportet in alienis scriptis? — Vel retineatur vetusta lectio, vel, si ita placet, scribamus, *Veneti*, *Cappadoces*, *Pterii*. *Pteria* enim tum regio fuit, tum urbs vel prope, vel inter Cappadocas, ut clare colligi potest ex Herodoti potissimo loco lib. 1. c. 76. et quidem prima ab Haly accedentibus. I. GRONOVIVS. Cum negat Gallo Graecos in ullis manu exaratis comparere libris, fallitur. In optimo meo codice integris literis exstant. In altero et ipso membranaceo adparet lacuna ante *Graeci.* Iste tamen mira facilitate Graecos mutat in *Pterios*, idque ex notissimo, ut ipse loquitur Herodoti loco, ubi ignoti istius Sinopensium oppiduli fecit mentionem, ut signaret locum, ubi inter Cyrum et Croesum commissum fuit proelium;

aliter enim ne meminiſſet quidem. Iſtos tamen Pterios funditus a Croeſo everſos, ſexcentis et pluribus annis poſtquam eſſe deſierint, denuo ab inferis revocat, ut nempe horum umbrae eiectis Gallograecis vaſtas illorum impleant terras. VOSSIVS *in appendice* p. m. 18. Quod Sinopenſium oppidulum vocat Pteriam, et quidem Sinopenſium facit, id primo facit imperitiſſime, ſed ſub umbra Stephani, qui non bene ſecutus eſt Herodotum; dein quum oppidulum nominat, ſua tantum auctoritate utitur. Herodotus enim Πτερίην dicit τῆς χώρης ταύτης (nempe Cappadociae) τὸ ἰσχυρότατον· dein Πτερίην τὴν πόλιν, dein Πτερίην χώρην, [nempe quatenus urbes habent] et ut ſitus conſtaret, κατὰ Σινώπην μάλιστα κειμένην. Et dum ſic in eo verſatur, dicit eius mentionem ideo factam ab Herodoto, ut ſignaret locum, ubi inter Cyrum et Croeſum commiſſum fuit proelium; aliter ne meminiſſet quidem; quum plane id faciat auctor, ut, qua primo Croeſus fuerit aggreſſus regnum Cyri oſtendat; ex qua vaſtatione quum non potuerit Croeſus procedere, ſed manſerit toto tempore, quo interea Cyrus et exercitum colligeret et moveret illuc, patet non fuiſſe regionem parvam, multo minus in poteſtate Sinopenſium, quum Sinopen addat Herodotus, ut, qua parte Ponti ea eſſet, notaret, quum et Tibareni eſſent ignoti, et eos infra deberet citare. Quod de Gallograecis dixi, nullum MS. Codicem ex ea voce plus agnoſcere, quam τὸ *Graeci*, dixi recte, ratione, quam ſolam habere poteram, habita inſpectorum ab aliis librorum, quantum de illis publicarunt. Nec in eo fallor, etſi exſiliat nunc optimus eius codex integris literis referens et alter membranaceus lacunam ſervans; ſcilicet hi nunc praeferendi ſunt et Vaticano et Arundelliano et quatuor aliis, et aliis quatuor charta lintea. I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 67. Non debuerat iactari, nullum Codicem MS. integrum hoc agnoſcere, etiam poſtquam Voſſius in Appendice diſerte affirmaverat in ſuo optimo Codice integris

literis id exſtare; quod veriſſimum eſſe hisce oculis ipſemet vidi. Forſan in aliis excidit τὸ *Gallo*, quia unica litera *G* fuerat notatum, quum ſatis cogniti Romanis eſſent *Gallograeci* in Ponticis ſiti. PERIZONIVS. Quod Parens ad h. l. ſcripſit nullum Codicem MS. ex hac voce plus agnoſcere, quam *Graeci*, id intelligendum eſt de iis, quibus uſus fuit. Nam non ſolum in Voſſ. 1. ſed etiam in Leidenſi aliisque legitur Gallograeci. A. GRONOVIVS. Recte, cum et nunc plures Codices ſuffragentur, reiectis Gronovii *Pteriis*, qui nimis alte repetiti ſunt minusque apti, *Gallograeci* tuiti ſunt viri docti.

Lycaones) Gud. Prag. *licaones;* Vindob. *lichaones.* Recta forma ſiſtunt iam edd. antiquae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. — et Codices multi. Poſt Prag. *pryges;* multi *Phriges*, ut et quaedam edd. etſi primae recte. Sed haec ex more.

Piſidae) Nemo hic praeter Vadianum varietatem novit, quae tamen obiicitur. Nempe ex Codd. non ſolum meis Pariſ. 2. Vindob. (*pſide*, omiſſa transverſa linea in litera *p.*) Havn. Zaluſc. Gud. *Perſidoe* vel *Perſidae*, Prag. *Perſidie* legunt, ſed et, quod omnes videbant, edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. exhibent *Perſae.* Alii Codices et editiones *Piſidae* etſi prava paſſim ſcriptura. Certae huius lectionis, quam et plerique Codices ſuſtinent, auctor fuit Vadianus, ni praeviam habuit edit. Florentinam an. 1517, quam cum edit. Florent. 1519. in omnibus conſentire vulgo adfirmant. Nempe haec legit *Pyſidae*, ut aliae huius familiae praeter 17 in qua *Piſydae.* TZSCHVCKE. Omnia exemplaria *Perſae* habent, non *Piſidae;* ſed nimirum corrupte, cum hic Aſiae, quae inter ſinum Iſſicum et Ponti excurſum intereſt, gentes enumeret. Quia vero Lycaonibus, Iſauris et Lydis Piſidae vicini ſunt, recte hic a Mela nominantur. Nam de Perſis hoc loco nil attinet;

fupra enim dixerat: *Et Perfis usque ad finum Perficum. Hunc populi Perfarum ambiunt* etc. VADIANVS. Videtur primo in Cdd. excidiffe τὸ *i*, uti ex Vindobon. adparet, dein transverfae lineae additamento factum, ut legi poffet melius, pſidae. *Pifidae* recte tuetur Vadianus validiffimo fitus fubfidio adiutus.

Ifauri —) Confentiunt in his libri. *Hyfauri* Rehdiger. Item in *Lydis* et *Syrocilicibus*. Tantum ex more Prag. *lidi*. Sic *Sirocilices* Cibin. Rehdiger. et alii. TZSCHVCKE. Retineo *Syrocilices*, quia fieri quidem poteft, ut ita appellarentur, cum confines fint. NVNNESIVS. Quis praeterea fic dixerit, ignoro, etfi fimilis forma in aliis eft ufitata. Cum et Syriam et Ciliciam poft feorfum commemoret, videtur omnino complecti, quod et Ortelius cenfet in thefauro Geogr. h. v. Afiae minoris populos inter Ciliciam et Syriam. Sed de his vid. Vol. 2.

§. 6. *Rurfus*) hinc incipit Vinetus cap. 9. Tum *ex his* habent etiam Vatic. 1. Voff. 1. Leid. Chif. A. Gronov. *ex hiis* Cibin. Lipf. Edd. 1. 2. *ex his*, tum 3. 4. 5. et reliquae *ex iis*, ad Reinoldium, quem fecuti funt in ed. 44. 45. A. Gronovius et pofteriores. Incerta inter utramque vocem faepe fluctuatio et difficilis conftitutio. Pro *quae* fubiecit Vadianus in prima editione *qui*, et fic ed. 18. quod poft ad *quae* revocavit, uti eft in aliis.

eaedemque gentes —) Locus varie adfectus variisque ftudiis exagitatus. Primum de libris, quos fubiectae excipiant interpretum curae. *Eaedemque gentes* habent Oxon. Venet. Cibin. Parif. 3. Vaticani praeter 3. Havn. *eaedem gentes* Venet. Zalufc. (quod videtur) cum ed. Voff. *et denique gentes* Vatic. 3. Prag. Gud. Parif. 1. 2. *fufpectant, et deinde quae gentes* Rehdiger. Perizonius et A. Gronovius ex fuis adferunt *eaedemque* vel *et denique gentes*. Ex editionibus legunt *eaedemque gentes* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. omninoque reli-

quae, praeter eas, quae Vadianum ſequuntur. Hic enim dedit *eaedem gentes*, quod exceperunt Olivarius cum ſuis, Vinetus, Schottus, Voſſius et hinc 40. 41. 42. At prius retinuerunt Ald. Iunt. 21. 28. et cum Reinoldio poſtea probavit A. Gronovius in edit. 43. 44. et ad reliquos propagavit. Tum *interiora litora* exhibent omnes Codd. Perizonii et A. Gronovii, Oxon. Cibin. Vindob. Venet. Pariſienſes, Vaticani, Florent. et Vatic. Fabricii ad edit. Voſſ. Lipſ. Rehdiger. Havn. Gud. atque idem voluit Pragenſ. in quo *intera litora*. At variant editiones. Nempe antiquiſſimae cum Cdd. lectione conſentiunt et ad poſteriores propagarunt. Tantum Schottus minusculis literis exprimendam curavit vocem *litora*, et Vinetus praepoſito *quae* dedit: *quae interiora littora*. Voſſius poſuit *interiora, et littora* cumque eo Gronovii in edd. 40. 41. 42. Denique Reinoldius effinxit *interiora litora*, quod excepit A. Gronovius in editt. 44. 45. et ceteri retinuerunt. Mirus ille Soonus in ed. 1572. ita poſuit: *tam interiora litora, quam interiora terrarum*. Denique *tenent*, quod tuentur omnes MSSti omittunt antiquiſſimae editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. et quae Vadianum ſequuntur. Habent ceterae 15. 17. 20. 21. 23. 24. Olivarius cum ſuis et alii. TZSCHVCKE. *Rurſus — eaedem g. i. litora tenent.* Quoniam haec verba negotium multis exhibent, libuit nonnihil iis lucis afferenti admonere lectorem, pronomen illud *eaedem*, ante dictos populos referre, *Indos*, *Arianos*, *Arios*, *Gedroſios*, *Perſas*. Ordinem vero in recenſendis Aſiae gentibus hunc obſervaſſe Melam: Disſeruit de Ora Aſiae orientali et eius habitatoribus; Deinde de Meridiana et Septentrionali. Reliquum videbatur monſtrare, a quibus interiora incolerentur. Incipiens igitur a Septentrione dixit habitari a multis variisque gentibus, *Gandaris*, *Paricanis* etc. Poſtea verſus ad Meridiem exponensque, a quibus mediterranea tenerentur, ait easdem gentes incolere interiora,

quas non multo ante dixerat tenere oram, hoc eſt: *Indos*, *Arianos*, *Arios*, *Perſas*, *Arabes* usque ad ſinum Perſicum, quem veluti umbilicum facit in hoc gentium Aſiae tractu. Exiſtimo itaque verbum illud *litora* adulterinum eſſe; aut ſi mavis, legatur *interiora litorum*, ſicuti paulo ante *interiora terrarum* dixerat. Locus ſit aeſtimationi. PINTIANVS. Leg. exiſtimo: *interiora et litora tenent*, quaſi diceret, gentes, quae Aſiae meridianum latus habitant, late patentes ſunt; tenent enim ut litora, ſic etiam interiora terrarum. Hae autem gentes ſunt, *Indi*, *Ariani*, *Arii*, *Gedroſii* et *Perſae*. Sic lib. 1. c. 19. in. *Ripas et ripis haerentia poſſident*. CIACCONIVS. Tò *litora* obelo fodi, quòd gloſſam oleret. SCHOTTVS. Lego: *eaedem gentes interiora tenent*. Ante legebatur: *interiora litora tenent*. SANCTIVS *in praefatione*. Sic lego hunc locum ex veſtigiis MS. et Salmanticenſis: *Rurſus ex iis*, *quae meridiem ſpectant eaedem gentes*, *quae interiora littora usque ad ſinum Perſicum*. Vt ſubaudiatur *tenent*, ſcilicet interiora litora, *ſpectant* usque ad ſinum Perſicum. Senſus autem hic eſt ex eodem Mela, ut nihil poſſit aptius fingi. Ora illa ab Hellesponto usque ad flexum, in quo ſunt Cilices, occidentem ſpectat, non meridiem; quod autem a flexu ad Aegyptios Aſiae ſupereſt, meridiem plane ſpectat. Recte ergo: *rurſus ex iis, quae ad meridiem ſpectant*, quae gentes *tenent littora interiora* (ſunt autem *Syri* et *Arabes* Pomponio) *eaedem ſpectant usque ad ſinum Perſicum*. Nam eidem Pomponio Arabia a noſtro mari usque ad Rubrum et ad Perſicum usque ſinum producitur lib. 3. c. 8. ea nimirum, quae cognomine *Eudaemon* nominatur. In parte autem, quae oſtio ſinus Perſici adverſatur, collocat eodem capite Babyloniam, quae illi Syria eſt lib. 1. c. 2. Quare non eſt eximendum τὸ *littora*, et interponendum alterum *quae*. NVNNESIVS. Mirum quantum locus hic exercuit viros eruditos, quamquam hic omnia turbarunt, ut ſenſum aliquem efficerent. Et tamen ſi ordinem ſeriemque

Melae adtendissent, non tantos de tantilla re fluctus commovissent. Possit alicui videri legendum hic esse *anteriora littora.* Verum consideremus modum, quem tenuit Mela in describenda Asia. Postquam Indos, Seras et Scythas, qui totum Asiae tractum orientalem possident, nominavit, australem oram describit, in eaque describit Arianos, Arios, Gedrosos, Persas et Aethiopas. Transit dein ad partem borealem et ad reliquam Scythiae partem gentesque aliquot Scythicas iisque vicinas enumerat. Ab his dein transit ad illos populos, quos interiora Asiae habitare inquit, quique Scythicis subtenduntur, eorumque explicat nomina a Sogdianis et Bactris usque ad Hellespontum fere. Vltimam dein facit seriem ex iis gentibus, quae ab Indi superioribus partibus usque ad mare Aegaeum et mediterraneum extenduntur. Has quoque gentes interiora Asiae occupare ait, inferiores quidem supra memoratis, superiores vero illis, quas primo ordine recensuit, illis, nempe, qui australe latus Asiae claudunt. Ex his adparet, non hic esse legendum, *anteriora littora;* iam enim primo ordine oram littoralem absolvit; sed vero *interiora et littora.* Ait enim gentes illas supra memoratas meridiem versus, Arianos nempe et Gedrosos, tam vastas esse, ut non littora et oras tantum occupent, sed etiam interiora terrarum. VOSSIVS. Quae multa dicit Vossius ad considerandum modum describendae Asiae ab Mela habitum, non sunt alia, quam quae attulit Pintianus et afferre posset unusquisque. Sed oro, quid vult, quum scribit, Melam nunc dicere gentes illas supra memoratas meridiem versus, Arianos nempe et Gedrosos tam vastas esse, ut non littora et oras tantum occupent, sed etiam interiora terrarum teneant. An nullus ergo locus Ariis? nullus Persis? quos antea simul iunxit? Immo cur non indicavit in suis MSS. aliter legi, sicut legi scio in tribus et editione Iuntina *eae denique gentes.* [falso; vid. supra.] Immo ubi dixit Mela Indos, Seras et Scythas possidere totum Asiae tractum Orientalem?

Indos et Scythas late patere dixit; Seribus nihil, nisi medio ferme Eoae partis attribuit, ut vix ad Gangen pertinuerint, quum tamen late patens versus Occidentem India fuerit, ut docet lib. 3. c. 7. non procul a principio. Sunt omnia perturbata. Scripsit Mela: *Rursus ex iis, quae Meridiem spectant, Eoae Indaeque gentes interiora.* Indiam mediterraneam, sed vergentem ad Meridiem dicit tenuisse illas gentes, quas propriis appellationibus designare non poterat, nec tamen aliunde illuc intrasse, ut colonias, audierat, Eoas a tergo Serum iacentes, et alias Indias ab postico littoralium Indorum positas. Tu, cui copia est, vide quaeso, an non MSS. sic habeant. Certe lib. 3. c. 9. pro illis ad *eoa* editiones *ad ea* habebant. I. GRONOVIVS. Verissimum est *eaedem.* Τὸ *que* videtur ortum ex *denique,* quod ita, sed certissimo errore, primum fuerat scriptum ab iis, qui *eaedem* obscure exaratum repererunt. *Eaedem* vero *gentes* sunt, quae Indis proximae litora maris Indici usque ad sinum Persicum habitabant, et quas initio huius capitis iam exposuit auctor, quae sint. Hae ipsae nunc dicuntur etiam *interiora litorum* tenere, seu mediterranea Asiae in meridiana eius parte. Perperam ergo ultimae edd. a Vossio exhibent *interiora et litora*, quod ipsum tamen ille ex Ciacconio clam sumsit. Etenim litora iam ante in hoc utique capite persecutus fuerat Mela usque ad sinum Persicum. Perperam et Vinetus edidit: *eaedem gentes, quae interiora litora tenent*, contra fidem Codicum; sed hausit id ex Salmanticensi editione. Nunnesius haec exponit de litoribus interioris, seu Mediterranei, maris, sed pessime; nam eo nondum pervenerat Mela. Quo circa uni assentior sine ulla haesitatione Pintiano legenti *interiora littorum,* quod scriptum fuisse videtur *littorū*, vel ut solet, *littorū̃*, unde alii fecerunt *littora.* Modestius hoc puto et rectius quam prorsus exturbare hinc τὸ *littora,* quod idem Pintianus suspicabatur faciendum, et arripuit Schottus. Fateor, si absit, non desiderem. Sed tuentur

omnes MSti, qui et τὸ *tenent* ſervant; unde mirari ſubit, quid impulerit pleraſque primas edd. illud, ut omitterent. PERIZONIVS. Malim cum MSS. *eaedem* omiſſo *que*, ut ſenſus hic inde exſiſtat: *ex his* (ſc. regionibus) *quae meridiem ſpectant eaedem gentes interiora litore* (terras, quae procul a litore ſunt) *tenent* (uſque) *ad ſinum Perſicum* (nempe Gandari — Dahae). KAPPIVS *in notis et in indice* ſ. v. *ex his.* His addo, quod IO. AVG. MVELLERVS in proluſione ſcholaſtica (Miſenae 1790), quae ſpecimen tertium obſervationum ad Melam continet, ita hunc locum conſtitui poſſe putat: *eaedem gentes interiora, quae litora,* tenent — ex veſtigiis Codd. Nunneſii et [ed.] Salmanticenſis, ut ſit traiectio verborum, qualis infra 1, 4, 4. occurrit, ubi Codices: *ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi;* editt. *ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi.*" Daviſius probare tacite videtur lectionem Voſſii *interiora et litora;* ita enim hunc locum refert ad Iul. Caeſ. de B. G. 2, 2, 4. ut id *interius* vocari probet, quod ab extremis finibus remotum ſit. Praecipua difficultas loci in eius ſtatim limine obiicitur, qua remota ad interiores eius partes cognoſcendas aperitur aditus. Nempe conſtituendum eſt, quas vocet *easdem gentes?* Atque eas cum Pintiano intelligo *Indos, Arianos, Perſas.* Cum enim iis relictis, quas regiones aliae tenerent, indicaſſet, et interiora etiam terrarum addidiſſet, reſtabat, ut iterum ad illas reverſus declararet, latius etiam inde ab ora maritima patentes loca interiora Aſiae habitare ad ſinum Perſicum, unde nunc progreſſus reliquas gentes perſequitur. Evincit id ſitus Indorum et quos ſubiecit; de Arianorum enim litorali tractu ſatis conſtat ex Strabone lib. 15. p. m. 497. ſ. 723. nec de aliis quisquam dubitet; tum Indorum verſus meridiem fines diſerte indicat; denique ad ſinum Perſicum reliquas, quas ſubiunxit, gentes porrigit. Atque ibi tantum de finibus earum ab hac parte exponere ſatis erat, nunc addit extenſionem in interiora terrarum. Inde, qui aliter gentes explicant, iudicari debent, quibus addo

Vadianum et Munſterum, qui omnino Syros eos latiſſimo ſenſu eſſe putant. Ita vero ſtare τὸ *que*, repetitum male et inverſum ex proximo g, nequit, nec *denique* quod ex *eaedemque* poſt enatum eſt ſyllabarum diſtractione et mutatione *eaedemque*. At ſuccedit *interiora litora* vel *et litora*, ex quibus illud magis primo probandum eſt, quia de litoribus, tamquam verſus meridiem terminis, iam ſupra omnino dixerat. Itaque τὸ *et* languide et otioſe hic agit. An vero recte dicatur nunc *interiora litora* vel, quod ad idem redit, nec a Codd. ſubminiſtratur, *interiora litorum*, et an ſenſu commodo, dubitare licet. Cui quidem difficultati optime ſuccurritur, ſi *litora* levi immutatione in *litore* cum recentioribus editoribus tranſire iubeas. Ita vero *interiora a litore* exſiſtet, quia τὸ *a* in hac vicinia et contractu facile abſorberi potuit, vel etiam ſic ſimpliciter non praeter uſum dicitur. Ita Livius 7, 10. *interior periculo vulneris;* 24, 54. *interiores ictibus tormentorum.* Quae loca excitavit iam Muellerus c. l. Plenius dicit 1, 6, 2. *interius*, et *longe ſatis a litore.* Ipſa autem vox *litore*, quae per ſe, ſi abſit, non deſideretur, ideo adiecta eſſe videtur, ut, ſuperiora de ſitu gentium ad ſinum usque Perſicum inde ab Indis huc valere, luculentius intelligatur. *Tenent* invitis Codicibus, poſtulante etiam nexu, abiici nequit. Similis fere locus occurrit infra 2, 4, 2. ubi etiam de hac vel adfini voce diſſentiunt libri, etſi ibi ſequente verbo *colunt* nexus continetur. Iam vero meo iudicio loci ſenſus hinc elicietur: Ex his gentibus, quae, eaedem etiam interiora habitant, ad ſinum usque Perſicum permiſſae.

ſunt Parthi —) Tὸ *ſunt* excidit in edd. 32. 44. Inverſo ordine: *Parthi ſunt* Venet. Tum Vindob. *Aſſirii;* Rehdiger. *aſſiryi.* Edd. 2. 9. *aſirii.*

illum alterum) Quidam Cdd. Perizonii, in quibus ſcio eſſe Lipſ. pro *alterum* habent *alium*, quod et Fabricius ad ed. Voſſianam in excerptis ex MS. Florent.

et Vatic. adſcripſerat. Pro *Aethiopas* quidam *Aethiopes*, uti Prag. et admixtis vitiis Vindob. Rehdiger. *ethiopes egipti;* Lipſ. *egypti;* Gud. *egipti* — Schottus totum locum ſic compoſuit: *Super hunc ſunt P. Aſſ. et Babylonii; ſuper illum alterum Arabes, et ſuper Aethiopes.* Pro *Aegyptii* Vadianus cum ſuis *Aegypti.* TZSCHVCKE. Super ſinum Arabicum eſſe Babylonios falſum propalam eſt, vel unica Strabonis auctoritate, ut ceteri in re comperta omittantur. Is in libr. 3. [lib. 2. p. m. 81. ſ. 150.] *Deinceps,* inquit, *ſunt mare verſus quidem Perſae et Suſii et Babylonii, deſcendentes ad mare Perſicum.* Qua propter ne cogamur Pomponium in ius vocare, reſtituenda ſunt in priſtinum ſitum verba, tum luxato et praepoſtero ordine ſcripta, tum etiam corrupta. Lego igitur ſic: *Super hunc ſunt Parthi, Aſſyrii et Babylonii; ſuper illum alterum et ſuper Aethiopas Aegyptii. Ripis Nili amnis et mari proximis iidem Aegyptii poſſident* etc. ex omnibus Geographis et Hiſtoricis, et ex ipſo Pomponio, qui de ſinu Perſico loquens lib. 3, [8, 5.] *In parte,* inquit, *quae pelagi oſtio adverſa eſt, Babyloniorum ſines Chaldaeorumque ſunt, et duo clari amnes Tigris et Euphrates.* PINTIANVS. Egregie reſtituit hunc locum Pintianus. — CIACCONIVS. *Babylonii* ad ſuperiora transtulimus, et *Arabes* in eius locum ſubiecimus. Paulo aliter igitur locum concepimus, atque in *retractationibus* Pintianus. SCHOTTVS. [vid. ſupra.] Nil mutandum. Nam ſi ſines Babyloniorum ſunt conſtituti in parte adverſa ori ſinus Perſici, ante ſinum igitur Perſicum Babylonii conſtituendi. Quare *ſuper* ſinum Arabicum ſeptentrionem verſus conſtituendi Babylonii. Nam ſinui Arabico proximi ſunt Arabes, qui illum ambiunt, ut ſupra dixit. Plinius item lib. 5. c. 12. [ſ. 13.] de Syria Phoenice, quae in littore noſtri maris citra flexum Ciliciae ſita eſt, haec ſcribit: *Dein Phoenice, et, qua recedit intus, Damaſca, ac magis etiamnum meridiana Babylonia.* Quid? quod eidem Pomponio Arabia felix contingit ſinum Perſicum

ex parte Arabici ſinus et ſuper Arabiam producitur Babylonia ad fundum usque ſinus Perſici. Vere igitur *ſuper Arabicum ſinum Babylonii*, non Arabes, quia hi ambiunt ſinum Arabicum. *Super* autem dicuntur Pomponio toto hoc capite et alibi ſaepe, non qui tenent littora, ſed qui illos interius ſequuntur, ſive meridiem, ſive ſeptentrionem verſus. Multo vero minus Aegyptii ſuper ſinum Arabicum ponendi, quod tentavit Pintianus, ſed utrumque contra fidem Codicum, hoc etiam contra auctoritatem omnem Geographorum. NVNNESIVS. Peſſime de hoc loco Melae meriti ſunt et Pintianus et omnes alii interpretes. Clamant illi manifeſte, falſum eſſe, Babylonios ſitos eſſe ſupra ſinum Arabicum, cum ſupra ſinum ſint Perſicum. Sed profecto ipſi et in hoc et in ſequentibus falluntur. Accurata eſt et valde Geographica apud auctorem noſtrum haec Aſiae deſcriptio, verum ipſi meras effudere tenebras. Reducenda eſt omnino vetus lectio, quam omnes veteres prae ſe ferunt Codices: *Super hunc ſunt Parthi et Aſſyrii; ſuper illum alterum Babylonii, et ſuper Aethiopas Aegyptii. Ripis Nili annuis et mari proxima iidem Aegyptii.* Primo hic notandum *ſuper*, ſimiliter atque a Graecis τὸ ὑπὲρ accipi, de loco ſeptentrionem verſus. Ait itaque, ſuper ſinum Perſicum eſſe Parthos et Aſſyrios. Super ſinum Arabicum Babylonios; ſuper Aethiopas vero Aegyptios. Recte vero dicit Babylonios eſſe ſuper ſinum Arabicum, non ſuper Perſicum. Nam ſi fines Babyloniorum in parte, quae adverſa eſt pelagi oſtio, ſunt conſtituendi, ut ipſe infra ait, neceſſario ſequitur, illos eſſe ante ſinum Perſicum, non ſuper. Sed recte dicuntur eſſe ſuper ſinum Arabicum ſeptentrionem verſus. Arabes enim non hic locum habere poſſunt; ſupra enim iam illos memoravit, cum inquit, eos ambire ſinum Arabicum. *Super* vero Pomponio et aliis dicuntur paſſim, non illi, qui littora tenent, verum iſti, qui interiores colunt terras, ſive ſeptentrionem, ſive meridiem verſus. Vtroque etiam modo τὸ ὑπὲρ accipi a Dionyſio annotavit Euſta-

thius. [v. 105.] Nempe quia altiores et fubli miores exiftimabant orbis partes boreales, ideo etiam fuperas vocabant. Ariftoteles tamen et alii in contraria fuere opinione, et hanc orbis partem oppofita auftrali depreffiorem effe credebant; fed huius philofophi verba alias explicabimus. Longe autem diverfa eft ratio, quamobrem provinciae quaedam in *fuperiores* et *inferiores* divifae fuerunt. Operae pretium eft, hoc paucis indicare, quia viri docti ridiculas admodum rationes proferunt, quamobrem Germania, Pannonia, Moefia aliaeque provinciae in *fuperiorem* et *inferiorem* dividebantur. Nimirum haec eft vera iftius appellationis caufa. Fluminum partes *fuperiores* dicuntur eae, quae magis vicinae funt fontibus; *inferiores* magis vicinae mari. Provinciae itaque fluviis adfitae, ut Rheno Germaniae, Danubio Rhaetiae, Pannoniae, Moefiae; Nilo Aegytus, fi in partes dividerentur, femper ea provincia, quae fontibus fluminis effet propior, *fuperior* dicebatur; fequens vero, oftiisque fluvii et mari vicinior, *inferior*. Partes iftas *fuperiores* et *mediterraneas* Graeci fimiliter vocant τὰ ἄνω, maritimas vero τὰ κάτω. VOSSIVS. Diverfis haec coniecturis tentarunt Pintianus, approbante Ciacconio, et Schottus. At vulgatam olim defenderunt Nunnefius, Holftenius et eos clam compilans fuo more Voffius. Verum quidquid illi dicant, minus accurate fic locutus eft Mela. Nam re vera Babylonii fuper Perficum potius, quam fuper Arabicum habitarunt finum, ab eo discreti Arabia Petraea, quae ad fuperiora iftius finus eft fita, atque adeo fatis longe remoti non tam verfus Septentrionem, quam Orientem. Neque vero *Arabibus* illi fuerunt *proximi a Septentrione*, ut ait Holftenius, fed ab Oriente. Quin ipfe Mela 3, 8. multo rectius utrumque finum defcribit, et eorum accolas etiam *fuper* eos. Sed tamen videtur vere ita hic locutus, quia Babylonios ceteroquin hoc capite nusquam nominaverat, nominavit autem iam *Arabas*, et mox iterum nominabit, ut et *Syros*, qui proxime huic finui verfus Septentrionem

et Orientem, poſt quos demum Babylonii. Ergo hos potius hic expreſſit, quam illos, de quibus alibi in hoc capite ex profeſſo egerat et acturus erat. De voce *ſuper* vide me in ſuperioribus. PERIZONIVS. Holſteinii notam, quam reſpicere Perizonius videtur, ex eius obſervationibus ad caſtigationes Pintiani ſubiecit Perizonii notis Dukerus. Habet autem ſic: „Ego nequaquam mutaverim vulgatam lectionem. Nam certum eſt, cum de mediterraneis agat Mela, non recenſere gentes, quae proxime utrumque ſinum cingunt, quas iam ſuperius commemoravit; ſed eas, quae ſunt ſuper Perſas et Arabas, dictorum ſinuum accolas. *Super Perſas* igitur ponit Parthos et Aſſyrios, *ſuper Arabas* Babylonios. Nam ut iſti Perſis, ſic hi Arabibus a Septentrione proximi, atque ita ab altera parte ſinus Arabici *ſuper Aethiopas* Aegyptii. Intelligit autem Aegyptios ſuperiores; inde ad oram interni maris accedit. Schottus peſſime locum tractat, qui Arabes hic iterum inſerit.“ Haec HOLSTEINIVS. Vadianus ex hoc loco eiusque lectione recepta putat, Melam Babyloniae deſertam Arabiam tribuere. Atque ita I. Gronovius in notis MStis, addita cauſa, quod Arabiae deſertae fines non poſſent diſtincte deſcribi. Vtique ſatis vage locutus hic eſſe videtur Mela, quem tamen tuetur vagus uſus particulae *ſuper*, quippe quae in progreſſione curſus omnino ſignificat viciniam ſitus circa vel verſus aliquem tractum. Exactius enim ſe haec omnia in diſtinctiori expoſitione dicturum eſſe promittit c. 4. extr. uti et fecit 3, 8, 30. Tum Arabiam deſertam tacite Babyloniae adſcribit, vel certe ab hoc parte Babyloniae fines incertos vagosque facit. Idem de verbis *ſuper Aethiopas Aegyptii* valet, quos *ultra* conlocat 3, 9. in. nec, niſi ex particulae *ſuper* uſu apud noſtrum, in hoc nexu conciliari poſſit.

Ripis —) Ita omnes Voſſianos, tum ſuum, et quos Goetzius contulit, [ſunt Vaticani ad edit. 25.] ut et cuius excerpta in margine ed. Anonymae ſeu Her-

molai, habere adfirmat Perizonius, solum Lipf. *ripas.* Prius etiam de Oxon. teftatur Dukerus, pofterius de Leidenfi A. Gronovius. Mei confentiunt in forma *ripis*, uti editiones inde a primis, tantum quod hac, veluti 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 14. Ald. Iunt. Vadianus cum fuis, ex Olivarianis aliquae, in iis Munfter. *Aegypti* legunt, et modo cum ripis coniungunt, modo minima, aut etiam maxima diftinctionis nota, divellunt. Alia variatio eft in verbo *proxima*. Nempe Cdd. Perizoniani omnes varie conlati habent *proximo*, Voff. 2. *ex mari proximo*, praeter Lipfienfem, qui diferte exprimit *proxima*. Ex meis *proximo* dant Cibin. Venet. Vatic. Florent. et Vatic. Fabricii ad ed. Voff. Rehdiger. Gud. *Proximà* Prag. et ex filentio conlatorum Parif. 2. 3. Havn. Zalufc. *Proximi* notatum erat ex Parif. 1. Ita et editt. fluctuantur inter *proxima* et *proximi*. Pofterius invenitur in 6. (in meo exemplari antiqua manus adleverat *proxima*) 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. Prius in antiquiffimis 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. et reliquis, exceptis iis, quas antea notavi. Poft *iidem* expulit Schottus. Cd. Rehdiger. legit *idem egyptii.* TZSCHUCKE. Itane? Aegyptii modo poffident proxima ripis Nili, non ipfas ripas? Voces enim, quibus fua confcripfit Auctor, arctiffime confideravit, et quae funt ripis proxima exponit lib. 1. c. 19. [§. 19.] *Ripas eius Sauromatae et ripis haerentia poffident.* Ripis haerentia et ripis proxima funt eadem. Id de Aegyptiis dici nequit, quorum omnino medius eft Nilus. Hoc vitium lectionis iam olim deprehendit Pintianus, unde is in *retractationibus* tentabat, *Ripis Nili amnis et mari proximis* (male enim in editione Schotti *proximus*) *iidem Aegyptii poffident.* Sed non fic loquitur Pomponius. Propius ad verum eft, quod in MSS. tribus exftare fcio, *ripis Nili amnis et mari proximo*, ut *poffidere* conftruatur tamquam neutrum, quod folent facere in verbo *colere* et *incolere.* Aut hoc igitur retineo, aut ex fimilitudine loci citati videtur corrigendum: *Ripas Nili amnis* et

mari proxima. I. GRONOVIVS. Quamvis ripae dicantur totum illud, quod inundatione ſua flumina occupant ſpatium, proprie tamen Vlpianus cenſet, ripas dici id, quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Si latius ſe explicent aquae, iam flumina ripas ſuas excedere dicuntur. Clarum itaque, quod hic ſcribit Mela, Aegyptios poſſidere ea, quae ſunt proxima ripis Nili, ut oſtendat, quam arcti ſint Aegypti limites, qui vix latius patent, quam latiſſima Nili pateat exundatio. Si ſcripſiſſet *ripas,* non totum dixiſſet; ſunt enim multae Aegyptiorum urbes, quae ſunt extra ripas, quasque vel nunquam, vel certe quam rariſſime Nilus attingat. Itaque illas non ἐπὶ ποταμοῦ, ſed ἀναμέσους fuiſſe affirmat Herodotus, [2, 108.] veluti medias inter ſiccam et riguam tellurem. Iſte tamen iuvenis, ut oſtendat mendoſum eſſe hunc locum, affert verba Pomponii de Sauromatis dextram Tanaidis ripam accolentibus, cum alteram teneant Scythae Aſiatici: *Ripas eius Sauromatae et ripis haerentia poſſident.* His verbis ſubiicit: *Ripis haerentia et ripis proxima ſunt eadem. Id de Aegyptiis dici nequit, quorum omnino medius eſt Nilus.* Nempe qui a Tanais hinc a Scythis Aſiaticis, inde a Sauromatis Europaeis accolitur, inde poteſt ripas habere et ripis proxima. Nilus autem, quia utrasque eius ripas tenent Aegyptii, ideo non poteſt ripas habere et ripis proxima. Quis haec intelligat? VOSSIVS. Sauromatas igitur Europaeos ad Tanain videt in Mela? Quaſi in ultimis libri primi capitibus quidquam de Europa attingat, et non mere tractet Aſiatica, inque his Sauromatas ad Tanain ponat, quum initio libri 2. c. 1. ab ripa Europaea dicat, Scythas et Arimaſpos et Eſſedonas usque ad Maeotida tenere, cuius denique flexum ambiant Agathyrſi et Sauromatae. — In nota mea nihil dicitur, quod differentiam inducat ob varios vel eosdem in ripa utraque populos. Locum de Tanai tantum adduxi, ut, quae eſſent *ripis proxima,* docerem. Quum medius per Aegyptum fluat Nilus, non tantum ripis proxima, ſed omni-

no etiam ripas ipſas Nili tenuerunt. Sed quid Voſſius? Immo ait ſcribere Melam, „Aegyptios poſſidere ea, quae ſunt proxima ripis Nili, ut oſtendat, quam arcti ſint Aegypti limites, qui vix latius patent, quam latiſſima Nili pateat exundatio, idque clarum eſſe. Eſtne? debet eſſe, quia ex Vlpiano ripas definit id, quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens; ſi latius ſe explicent aquae, iam flumina ripas ſuas excedere dicuntur." Quid hinc ſequitur? nempe Sauromatas quum dicuntur tenere ripas illas Tanaidis, ab Mela poni in eo, quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens. Quid hoc niſi ridere eſt? nonne commodum profecto habitationi iſtorum deſignat locum, ut vivant in naturali rigore curſus iſtius amnis? Sed addit, „ſi ſcripſiſſet ripas, non totum dixiſſet, ſunt enim multae Aegyptiorum urbes, quae ſunt extra ripas, quasque vel nunquam vel certe quam rariſſime Nilus attingat." Quid ergo? An iam totum dixit, quum dixit *ripis proxima?* De eo loquendum fuerat: Id obieci. Qui enim ſunt, qui tenent ripas? Vtique ipſe ibi refert Herodotum affirmare, quasdam fuiſſe ἐπὶ ποταμοῦ, (ſed in hoc etiam ridendus, quum plane dicat Herodotus 2, 108. ἐπὶ ποταμῷ) quasdam ἀναμέσους. Quum ab Sauromatis ſic animadverterit et ripas et ripis haerentia poſſideri, debuit idem facere in Nilo etiam et Aegyptiis, quorum etiam multae urbes erant in locis, quas praeterfluebat, in naturali rigore curſus ſui, non modo ſi exundaret. Hinc quum omnino medius Aegyptiorum fuerit Nilus, nonne iidem debuerunt dici aeque ripas quam ripis proxima obtinere? Sed ille haec non intelligit. Vnde affirmo, neutrum ex duobus, quae poſui, eſſe, cur deſeram. I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 70 ſq. Non multum interduim, utro legatur modo. Sed tamen illud, quod et in omnes, priſcas, poſtremas, edd. eſt receptum, longe concinnius puto, quam ſi τὸ *proxima* ad ſolum referatur *mari.* Neque hic agitur de terra, ad utrasque Nili ripas ſita, ſed de ea tantum,

quae cis Nili ripas ex Aſia reſtabat. Vnde ſupra hoc capite *Oram eius* (Aſiae) *cum alveo Nili ripis deſcendere in pelagus* ait. Et cap. 9. ubi Aſiam ex profeſſo deſcribere incipit Mela, eius *primam partem Aegyptum* dicit, et Africam quoque cap. 4. *Nilo terminari ab Orientis parte.* Qui vero ripis proxima, etiam ipſas ripas poſſident. Nam et ripas in plurali etiam de uno fluminis latere dici, iam ſupra [§. 2.] oſtendimus. Dein *proximo* in Cdd. videtur ortum ex errore librarii, qui ſcripſerat, quod et reperi in Voſſ. 2. *ex mari proximo. Proxima* veriſſimum eſt. Denique *Aegyptii*, licet ab omnibus agnoſcatur ex gloſſa ortum, vel ex eadem voce paulo prius poſita repetitum cenſeo. Nec enim Melae ſtylus ita ſupervacua plane admittit. Schottus male expunxit prius *Aegyptii*, et hic *iidem*. PERIZONIVS. *Ripis — proxima* praeferendum cenſeo. Nempe *proxima* referendum eſt et ad *ripis* et ad *mari*, et ita explicandum, uti fecit Perizonius. *Poſſidere*, quod vult Gronovius, vix abſolute reperiatur et ſimpliciter poſitum aut intellectum. *Aegyptii* facile ex gloſſa τῷ *iidem* adiici potuit, niſi quis luculentioris notationis cauſa ab ipſo Mela profectum putet.

Deinde) Prag. *denique*. Tum Lipſ. *actingit*. Pro *retulimus* quaedam edd. uti 7. 8. 10. uti poſt etiam Vinetus *rettulimus*.

Lycia) Quidam Codices monente Voſſio *Lydia*, ſed ſunt illi recentiores. Male quidem, cum ſupra *Lydos* retulerit. Ex meis omnes aut *Lycia*, aut ſuo more *licia*, uti Cibin. Vindob. Ita etiam in ſequentibus *Pamphilia* codices quidam, uti Vindob. Prag. et edd. antiquae ex iis 7. 8. 10. — Poſt *Cacya* Rehdiger. *Yonia* Lipſ. Vindob. *Eolis* Vindob. Lipſ. *Edis* Prag. *Aeoliis* ed. 6. *Trohas* Lipſ. *Tiras* Zaluſc. Quae ſunt ſordes librariorum et inſcitiae monumenta.

Ab eo) Prag. *ad ea.* Vox *Bithyni* varie verſatur. Rehdiger. Gud. Prag. *bithinii;* Lipſ. *bythynii;* Vindob. *buthyni.* Poſt Cibin. Gud. *tracium.* Lipſ. *trachium vero bosforum.* Venet. *ad Thracium circa pontum;* omiſſo *Bosporum.* Pro *circa* Gud. *circha.* Poſt in ed. 23. excidit prius *alio.*

uno omnes nomine) Sic Cd. Ciacc. Nunneſ. Voſſii, omnes Perizonii, Oxon. Mediolan. Cibin. Lipſ. Vatic. Gud. Prag. Rehdiger. At edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. et reliquae ad ed. 40. *omnes uno nomine,* quod et repetiit poſtea Reinoldius. Alii praeeunte I. Gronovio in ed. 41. dederunt *uno omnes nomine.* Priorem, qui in edd. antiquis ſervatur, ordinem ex ſilentio conlatorum praeiviſſe videntur Cdd. Pariſ. 3. Havn. et Zaluſc. Certe praeit Vindob. item, notante Dukero, Oxon. cui forte paruit Reinoldius. Ex Veneto notatum habui, *omnes nomine Pontici ad lacum.* — Receptam hodie lectionem, quam repetere non dubitavi, non ſolum, qua ſe tueatur, plerorumque Codicum habet auctoritatem, ſed et recte elegantius et concinnius cenſetur. Fert enim Latinorum conſuetudo, ut minus praeponatur maiori, niſi orationis vis et nexus aliud requirat. Ita Nepos, 1, 1. in. *unus omnium;* 18, 3. in. *unus omnibus;* 7, 6, 3. *unum omnes.* Salluſt. Catil. 17, 2. (ubi quidam invertunt) *in unum omnes convocat.* Liv. 6, 17, 5. *in uno omnibus ſatis auxilii.* Sed uti hic noſter, ita etiam 5, 6, 2. *uno omnes nomine.* — Sic Cod. Ax. in Nepote 18, 5, 2. *pauci multis.* Neque tamen ſecus componi iſta negem, uti iam antea monui. Sic *multos uno* Cic. Catil. 4, 4. f. Saepe etiam *omnes unus* hoc ordine in poetis obponuntur cuius exempla dabit Cerda ad Virgil. Aen. 5, 308. Hic tamen propter interpoſitum omnes multo etiam elegantius videtur, quippe ſic conſulitur auribus, quibus durius adlabatur conlidens ſyllaba *no.*

Pontici) Editiones inde a primis ſubiiciunt *dicuntur*, quod tamen recte omiſit Vinetus; (nihil enim diverſi ad edit. 44. adnotaverat diligentiſſimus conlator;) ceteri poſtea ad I. Gronov. in ed. 40. retinuerunt, dum idem in ed. 41. expelleret. Omittunt enim Cdd. Ciaccon. Voſſii, Perizoniani praeter unum, tres I. Gronovii, Vatic. Pariſ. 1. 2. Lipſ. Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. Habent Voſſ. 3. Oxon. Vindob. et notati ad editt. 3. Venetus, ad 5. Havn. ad 39. (Voſſii) Pariſ. 3. et Zaluſcian. TZSCHVCKE. A libris abeſt *dicuntur;* non male, cum utrumque [alias] rectum ſit. VOSSIVS *in appendice* ad h. l. Plane non egemus verbo poſtremo, quod a tribus MSStis abeſſe ſcio. Immo non eſt Melae. Itaque quum et Voſſius coire mecum in hoc teſtimonium compulſus ſit, delevi verbum iſtud et laudi Voſſianae id dedi, ut vulgatum quoque ordinem mutarem ex indicio etiam Mediolanenſis libri, ut lib. 2. c. 2. *aliis aliisque praediti et nominibus et moribus.* I. GRONOVIVS. Recte Gronovius monuit a MSS. abeſſe ultimam vocem. — Sed neque ſenſus neque Melae ſtylus eam deſiderat. Nec denique agnoſcit eam elegantiſſimus Vinetus. Reliqui editores quo iure eam receperint, viderint ipſi. PERIZONIVS. His adquieſcendum putavi. Quae deinceps ſequuntur nomina, librariorum manibus varie inquinata ſunt. Sic Vindob. *Meothici* et mox *Sauromate,* Cibin. *thanaim Sauromathe.*

CAP. III.

Varie inſcribitur hoc caput numeris etiam variatis aut plane neglectis. Cd. Zaluſc. *Provinciarum et Partium et Gentium Europae compendioſa et ſummalis praenotatio.* Gud. Pariſ. 2. *Europae deſcriptio ſummaria.* Lipſ. Pariſ. 1. *Europae deſcriptio,* uti edd. 1. 2. Alii Codices ſpatium vacuum aut ſegmentum interponunt, uti Rehdiger. Prag. Cibin. Pariſ. 3. Ex edd. 3. *Europa;*

4. in margine: *Summa Europae deſcriptio;* 9. 11. 13. *Europae deſcriptio generalis capitulum tercium;* ſic 11. ſed 9. 13. *capitulum* 11. Pleraeque et antiquiores et recentiores 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. — *Summa Europae deſcriptio*, modo adpoſito, uti 7. 10. 15. 17. 20. 23. capitulum ſeu caput 2. Olivarius cum ſuis caput 3. modo omiſſo numero, uti priores et poſt etiam Vadianus cum cognatis.

§. 1. *Tanaiu)* Sic Cibin. *Tanaim* Vindob. qui et *ponthum* exhibet, ut Gud. *meothida*, Cibin. Rehdiger. *athlanticum;* Rehdiger. *brittannicum*, de qua poſtrema ſcriptura alibi, Vindobon. *occeanum*, uti ſaepe.

forma litorum —) Voces *forma litorum* ex ora libri in contextum irrepſiſſe credo. CIACCONIVS. A gloſſa eſt, ideoque ὀβελίζω. SCHOTTVS. Ita conſtanter omnes manu exarati libri. Τὸ *ora eius* gloſſema eſſe exiſtimabat Schottus. Sed multo acutius Pintianus, [immo Ciacconius] qui ſequentia duo vocabula gloſſam redolere exiſtimabat. Huius opinioni et alia accedunt, praeſertim cum in eadem periodo mox ſequatur, *contrariis littoribus.* Sed profecto non tam ſiccus eſt ubique Pomponius noſter, ut nullum in eo verbum redundet. Praeterea multis locis differentiam facit inter oram et littus. Vel ex ipſa praefatione, cum inquit ſe oras et litora deſcripturum, ſatis adparet, orae vocabulum multo apud eum latius patere, quam litoris. *Litus* namque proprie rectum aliquem videtur ſignificare tractum, et apud hunc et apud alios; *ora* vero tractum univerſum maritimum, qui ex variis conſtat litoribus. Graeci ſimiliter diſtinguunt inter ἀκτὴν et αἰγιαλόν. Quod autem mox litoris vocabulum in eadem occurrat periodo, non magis quemquam offendere debet, quam quod Virgilius [Aen. 4, 628.] *litora litoribus contraria* dixerit. Idem enim ait hic noſter. Totus itaque locus ex fide veterum exemplarium ita eſt

emendandus: *Ora eius forma litorum a Tanai ad Hellespontum, qua ripa eſt dicti amnis, qua flexum paludis ad Pontum redigit, qua Propontidi et Hellesponto latere adiacet, contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modo, verum etiam ſimilis eſt.* Quid manifeſtius, magisque perſpicuum hac lectione? Miror tamen omnes interpretes locum hunc tam miſere vexaſſe, tam multa vocabula auferendo, aliaque viciſſim addendo, idque contra omnium veterum exemplarium fidem. VOSSIVS. Ciacconius et Schottus deleri volunt, alter *forma littorum*, alter *ora eius.* Ego potius crederem, aliquid amplius hic excidiſſe. Poteſt tamen recepta iam dudum lectio etiam recte explicari, non quidem, ut voluit Vadianus, *Ora eius* [*Orientalis*] *eſt forma littorum a Tanai*, ſed ut *forma* poſitum accipiatur pro in *forma*, et ſenſus ſit: Ora Europae in forma littorum a Tanai ad Hellespontum contrariis littoribus Aſiae ſimilis eſt. Solet ſic Mela uti ablativis ellipticis, ut mox, *qua Propontidi et Hellesponto latere adiacet*, ubi Ciacconius τὸ *latere* itidem eiecit, ſed male. Et ſupra c. 2. *Ora* Aſiae *cum alveo Nili amnis ripis deſcendit in pelagus.* Infra c. 9. *Eteſiae actas a ſeptentrione nubes ſuper principia Nili imbre praecipitant.* PERIZONIVS. Libri vetuſti nihil hic delent. Ex editoribus Schottus verba *ora eius* minoribus literis diſtinxit. Si quid tamen delendum ſit, adſentiar Ciacconio. Offendunt enim verba: *forma litorum* — *contrariis litoribus*, quae, ſi interpoſita mente tollas, cum cohaereant inter ſe, durius conlidere videntur, et abhorrere a concinna Melae brevitate. Detracto cultu ſi loci ſenſum denudes, hic adparebit: Ora Europae contrariae orae Aſiae reſpondet. Pro hoc variandi etiam cauſa dixit: *contrariis litoribus Aſiae.* Otiatur igitur in priori parte: *forma litorum.* At poteſt ſic locus expediri, ut *ora* totum undique complectatur, et *litora* partes indicet, quibus ora illa efficitur, atque hinc ſenſus exſiſtet: Ora eius, ſi formam ſpectes litorum, plane obpoſitis (cf. quae disputantur

ad 1, 9, 9.) Aſiae litoribus ſimilis eſt. Editiones quaedam alia ratione, etſi minus idonea, loci ſenſum adiuvare ſtuduerunt, de quo deinceps.

a Tanai) Tò *a* abeſt ab omnibus MSStis Perizonii, a Vaticano 1. eoque optimo, Oxon. Lipſ. Pariſ. 1. 3. Cibin. Gud. Prag. Rehdig. Vindob. Vatic. 3. Ignorant etiam ex antiquiſſimis editionibus multae, in quibus 1. (2?) 3. 4. 5. 6. 9. 10. 12. 19. Aliae legunt *littorum Tanais*, et poſt *littorum* maximo ſigno diſtinguunt, ut 7. 8. 15. 17. 20. 23. quod et notavi ex Cod. Cib. ſenſu tamen nullo, uti iudicat Perizonius. Neque enim, inquit, ad Tanaim referri poſſunt, quae hic dicuntur. Pro *Hellespontum* Lipſ. *elespontieum.* Cib. *helles ponticum. Hellesponticum* notarat etiam Perizonius ex Voſſ. 1. 3. et ſuo. Addit Dukerus, Oxon. qui ſimiliter in fine praecedentis capitis habet: *usque ad Hellesponticum et circa Ponticum*, et mox hoc capite, *ab Hellespontico latere*, quod etiam in Voſſ. 5. eſt. Praetereo aliorum vitia.

qua flexum —) Huius vocis multiplex eſt in hac narratione variatio. Voſſian. 1. 3. et Oxon. omnibus locis *quia*, Voſſ. 2. 4. priore loco *quia*, deinde bis *quae.* Voſſianus 5. qui ab hoc capite incipit, ter habet *qua.* Codex, cum quo conlata erat editio Hermolai, *qua* — qꝫ — qꝫ. Haec notarunt ex libris ſuis Perizonius et Dukerus. Non minus variant mei libri, uti ex ſingulis locis et membris adparebit. *Qua* conſtanter habent Lipſ. Prag. et conlati ad editiones Venet. Havn. uti multae editiones antiquae, veluti 3, 4, 5. — Alii libri tantum hic ponunt *qua*, uti Cibin. Vatic. 1. Pariſ. 1. Edit. 11. bis *qua*, tertio loco *quia.* Edd. 1. 9. ſemper *quia.* Rehdig. *ꝗa*, poſt diſerte *quia*, uti etiam poſt Gud. Vindob. Cibin. (qꝫ et tertium luculenter *quia*) Pariſ. (certe primus) Ed. 2. hic *quare* poſt *quia.* Poſteriores edd. *ter* exhibent *qua.* quod optimum puto,

praeter Reinoldium, qui ter posuit *quia.* Cf. supra de simili fluctuatione harum vocum 1, 1, 5. Ceterum verba *qua ripa est dicti amnis* plane absunt a Cod. Gud. et pro *dicti amnis* edd. 6. 7. 8. scribunt *dictamnis.*

ad Pontum redigit) Voss. 3. 5. Perizon. Ciaccon. Oxon. Lips. Gud. Prag. Rehdig. Vatic. Vindob. Cibin. Paris. 1. 2. 3. (*Ponthicum*) et, ex silentio, conlati ad edd. 3. 5. exhibent *Ponticum*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. Voss. 1. 2. *Pontum.* Vadianus primus posuit: *qua flexum paludis ad Bosphorum redigit*, eumque secuti sunt ad Vossium reliqui, quippe qui reposuit: *qua flexum paludis ad Pontum redigit*, quod retinuerunt post alii omnes. Tantum Reinoldius: *qua flexum paludis ad Ponticum redigit.* TZSCHVCKE. Aldus, *qua flexum paludis ad Ponticum redigit.* Lego *ad Ponti os redigit.* Appellat enim *Ponti os* Bosporum Cimmerium. Sic supra: *et paludi, ceterum exiguo ore coniungitur.* PINTIANVS. Vulgata quaedam exemplaria et MSS. legunt: *ad Ponticum redigit;* ut legendum videatur: *qua flexum paludis ad Ponticum agit.* Ita enim loquitur infra cap. 12. [c. 7. §. 5.] *ceterum altero fere tanto, qua dehiscit, quaque flexum agit, amplior.* Atque eo magis hanc lectionem amplector, quod in MSS. libris statim non legitur vox *Ponto*, sed scribatur *qua Propontidi.* CIACCONIVS. Viderint, qui probent, quod contra fidem Codicum legunt *ad Bosporum.* Ciacconius recte haec reiicit, et coniectura sane non inepta tentat. Nam et ego in Codd. et edd. reperi *Ponticum.* Sed tamen, quia Voss. 1. et 2. *Pontum* retinent, et quia saepe in his est peccatum, unde paullo ante pro *ad Hellespontum* plerique Cdd. habent itidem *Hellesponticum*, retinui et ego *Pontum.* PERIZONIVS. Facile adrideat coniectura Ciacconii, quippe qua vindicetur τὸ *Ponticum* plerorumque librorum, nisi parata sit duplici aliarum vocum mutatione, quarum levis

eſt altera, altera gravior, utraque ex nexu minus probabilis. *Redigit* enim, quod durius mutetur, apte connexam habet particulam *ad*, ubi progreſſionem declarat Mela. Lenius igitur procedit et ſine offenſa Codicum lectio Reinoldii, etſi *flexus Ponticus* duriuscule dictum videtur. Aptius et concinnius eſt alterum, quod inde a Voſſio invaluit nec invitis libris *ad Pontum redigit*, quia totum illud mare tamquam progreſſionis primae terminum efficacius deſignat. *Redigit* autem hic propria vi valet, et commodo reſpicit ſuperiorem curſum cap. 2. quem nunc remetitur.

qua Propontidi —) De priori voce ſupra iam dictum eſt; nam libri et hic fluctuantur inter *qua*, *quia* et *quare*, quippe quod repetit ed. 2. Pro *et Hellesponto* Gud. Venet. Prag. etſi vitiata nominis ſcriptura exhibent *ab Hellesponto*, quod reddiderunt edd. 15. 17. 20. 23. Oxon. *ab Hellespontico latere*, quod et ex Voſſ. 5. notavit Dukerus. Ceteri cum vulgata hodie lectione conſentiunt, uti edd. antiquae. Vadianus, neſcio qua auctoritate, et hic mutatione facta primus invexit: *qua Ponto, Propontidi et Hellesponto latere adiacet*, eumque ſecuti ſunt alii omninoque, qui antea etiam illo duce dederant *Bosporum*, praeter edd. 21. et 28. quae priſcam lectionem cum Camertinis ſervarunt poſt a Voſſio revocatam. Tantum Schottus aucta mutatione dedit: *qua Ponto, Propontidi et Hellesponti latere adiacet.* TZSCHVCKE. Diximus in ſcriptis libris non eſſe vocem *Ponto.* Reliqua ſic legerem: *qua Propontidi et Hellesponto adiacet;* aut, *et Hellesponti freto adiacet.* Sic cap. ſuperiori: *Poſt ſe ingenti fronte ad Hellesponti fretum extendit.* CIACCONIVS. Offenſus eſſe videtur adiecta voce *latere*, quam ſatis ſupra vindicavit Perizonius, apte hic quidem poſitam ad declarandam utrimque ſimilitudinem in hoc anguſto maris tractu, ubi commode *latera* adferuntur. Deinde, quod monet Pintianus, latera illa ſunt Europae, quibus

Aſiae obtenditur. Cf. 1, 18. Quod enim aliter dicere poterat, aut etiam alibi aliter in alio praeterea nexu dixerat, ex eo, ita etiam hic dictum eſſe, non efficitur.

adiacet) Pariſ. 2. Prag. *adiacent*. TZSCHVCKE. Lege *obiacet*, non *adiacet* ex familiari loquendi modo Pomponii, ut ex ſequentibus conſtabit. PINTIANVS. Malim *obiacet*, ut et cap. 12. [§. 4.] SCHOTTVS. Retineo cum Codd. *adiacet*, tamquam aptius etiam; quia viciniam extremarum Aſiae et Europae partium in hoc tractu magis deſignat. *Adiacens* eſt etiam in loco, quem Schottus adfert. Mox pro *verum etiam* Rehdiger. Prag. *verum et*; pro *Aſiae* Cibin. Lipſ. *Aſye*.

§. 2. *retracta*) Lipſ. *retractata*; Gud. *maximos tres ſinus*. Poſt *ſe in altum* Lipſ. Gud. Prag. Rehdig. Venet. Cibin. Voſſ. 1. 2. 4. Perizon. margo ed. Hermolai conlatae et ipſae edd. 15. 17. 20. 23. a qua poſtrema Vaticani minime diſſenſiſſe videntur. Ita etiam edi voluiſſe Perizonium notat Dukerus. Aliae edd. omnes *in altum ſe*. Prius concinnius videtur et numeroſius.

frontibus) In Vaticano erat *fluctibus*, uti quoque alii nonnulli veteres libri. Verum illis omnibus inſignior eſt noſter codex et hoc et aliis in locis, licet antiquitate neutiquam comparandus Vaticano. Ille, quam dedimus, lectionem exhibet. VOSSIVS. *Fluctibus*, quod reperiſſe ſe ait in Vaticano Voſſius, ego in nullo reperi, quum omnes tam ſcripti, quam editi, quos ego vidi, tueantur *frontibus*. PERIZONIVS. Idem de meis libris adfirmare poſſum. Tantum Rehdiger. *frontibusve*. Poſt *froetum* Lipſ. excudit.

media procurrit) Meliores libri, quod de ſuis praedicat Voſſius, *media qua procurrit*. At Perizonius contra, neſcio, inquit, qua fide Voſſius in appendice affir-

met, voculam *qua* in melioribus libris exſtare, quum ego eam in omnibus deſiderari deprehenderim, etiam ipſis Voſſianis, praeter unum chartaceum et ſerioris ſcripturae codicem, qui tamen legit, *quae procurrit;* etiam ex eius collatione in Vaticano optimo et alio vet. Codice. Notante Dukero, deſideratur etiam in Oxon. et eo, cum quo collata eſt editio Hermolai. Abfuiſſe etiam a tribus Codd. notat I. Gronovius, nec eius filius, in quo legatur, memorat. Ex meis ſolus Pariſ. 2. *media, quae procurrit.* Ex edd. 1. 2. 9. 15. legunt *media procurrit.* Tum edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. exhibent *media quae procurrit.* Hinc Vadianus poſuit *media, qua procurrit,* eumque reddiderunt poſteriores. Poſt priſcam lectionem, eiecta illa voce, revocavit Reinoldius, quem cum aliis ſecutus eſt A. Gronovius in edit. 44. etſi varia etiam diſtinctione locus effertur, de quo deinceps. TZSCHVCKE. *Media qua.* — Cur ſic placuerit poſtremis et nonnullis priorum diſtinguere, cauſa nulla eſt. Et ſane, qua procurrit ad ſeptentrionem, non eſt inaequalis. Itaque auctor, quum lib. 3. c. 2. in ora exteriore Galliae conſideraret partes ultra Garumnam, ait: *Tunc ad ſeptentriones converſa iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur,* nec poſt ea quidquam inaequale praeter ſinum Codanum amplius memorat ad ultima Europae. Diſtinguendum eſt: *inaequalis admodum, praecipue media.* (Nempe circa confinia Galliae et Hiſpaniae, ubi agnoſcit Pomponius ultima verſus occidentem.) *Qua procurrit ad Septentrionem, niſi ubi ſemel iterumque* etc. Sed eſtne quid amplius? Immo animadverto in tribus MSS. non exſtare voculam *qua;* nec dubito, quin eadem a pluribus abſit. Et ſane illa prorſus non videtur Auctoris. Vide enim, quam leniter procedat haec deſcriptio: *inaequalis admodum, praecipue media, procurrit. Ad Septentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, pene ut directo limite extenta eſt.* I. GRONOVIVS. Poſt *media* ponendum

punctum. Nam ſi ad occidentem inaequalis eſt, ſi praecipue media talis, qua procurrit ad ſeptentrionem, ubi igitur directo limite eſt extenta? Aliud vult auctor, ut patet ex hac diſtinctione, dicitque partes Europae ad occidentem eſſe valde inaequales, praecipue mediam; ſed qua procurrit ad ſeptentrionem inde fere directo limite incipere, quod etiam clare demonſtrat mappa. I. GRONOVIVS MS. I. *media. Qua*) — Haec eſt vera lectio et diſtinctio. Dicit Europae oram extra fretum valde eſſe inaequalem, praeſertim in medio propter vaſtum illum ſinum, qui promuntorium Artabrum et Oſismios intercedit. Sequentem tractum, qui ad ſeptentrionem procurrit, pene rectum eſſe credebat, quemadmodum etiam multi e veteribus ſenſere. Et haec quoque, quia non intellexit, pervertere conatur iuvenis, et tractum iſtum, qui ab Oſismiis demum incipit, a Garumna demum incipiendum eſſe ſcribit. Expuncta praeterea vocula *qua*, quae in melioribus extat libris, [v. ſupra] verbum *procurrit* ad praecedentia refert, ubi non redundat modo, ſed et improprium eſt, cum in ſequentibus non impleat tantum, ſed et perficiat ſententiam. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Hanc diſtinctionem, quum veriſſima ſit, et vellet ab ſe Voſſius inventam eſſe, in contextu obſervavi. I. GRONOVIVS *in notis ad h. l.* Nunc quoque maluit mentiri, quam fateri ineptiſſimam diſtinctionem, qua uſus eſt in editione Melae [*media, qua procurrit ad ſeptentrionem; niſi ubi* —] haud dubie tunc non intelligens hunc locum, a me emendatam eſſe. Unde enim eam habet, niſi ex admonitione poſteriorum notarum? [At ex Vineti editione, quam praecipue exprimendam curavit, commode poteſt habuiſſe.] Quod dicit Voſſius, *Europae oram extra fretum*, id falſum eſt, nec praedicat tam largiter auctor, qui non oram dicit extra fretum, ſed tantum oram extra fretum ad occidentem. Poſt quum vocem *media* conſideravi, nonne intellexi de confiniis Galliae et Hiſpaniae, quae ſunt inter promontorium Ar-

tabrum et Ofismios? Rurfus an ego tractum iftum, qui ab Ofismiis incipit, a Garumna incipiendum effe fcripfi, qui diferte citans locum ex lib. 3. c. 2. firmiffimum ad diftinctionem meam probandam dixi, auctorem in ora exteriore Galliae illic confiderare partes ultra Garumnam? Quae nonne funt manifeftiffime illae, quae ab Ofismiis incipientes progrediuntur ad feptentriones? Cum ftatuit voculam *qua* in melioribus libris exftare, fimul ftatuit, et pauciores eam vocem agnofcere, ut plures iam, licet ex ipfius fententia peiores libri, a me ftent. — Denique qui Latine, qui Melam novit, et in prioribus τὸ *procurrit* omiffa voce *qua* recte convenire dicet, et pofteriora fatis perfecta effe, imo perfectiffima. Quum enim dicit *ora ad feptentrionem pene, ut directo limite extenta eft*, nonne eadem prorfus eft loquutio, qua alibi [1, 2, 2.] ufus eft fcribens, *ora Afiae fe ingenti fronte ad Hellesponticum fretum extendit*, et [2, 7, 15.] *a Peloro ad Pachynum ora quae extenditur.* Rurfus quum ait, *ora ad occidentem inaequalis admodum praecipue media procurrit;* nonne gemina eft et par illi de Cherfonefo 2, 2, 77. [§. 7.] *Terra nusquam lata, atque hic arctiffima inter Hellespontum Aegaeumque procurrit;* vel illi 2, 4, 107. [§. 9.] *Alpes primo ad feptentrionem magno gradu excurrunt.* Quid ergo in noftro loco vel redundat vel improprium eft? I. GRONOVIVS *in epiftola de appendice Voffii* p. 73 fqq. Rectiffime diftinxerunt haec omnia iam olim unus ex Anonymis, Camers et Vinetus, ne quis putet hanc novam effe diftinctionem, aut ab fe nunc demum inventam. Retinui et ego eam. Vocula *qua* per negligentiam librariorum videri poteft excidiffe, ut paulo ante praepofitio *a*. Sed fi omitti debeat, fequar tunc alteram diftinctionem Gronovii, in qua itidem praeeuntem fibi habuit Torinum. [Sic: *Extra fretum — procurrit: ad feptentrionem: nifi ubi* — Nec difcrepat ed. 15.] Eam ergo, ut MStis proximam, recepi in textum. Sed, ut verum fatear, delere malim etiam ipfum illud *procurrit*,

ut ex inepta ortum gloſſa, quia legebatur *ad ſeptentrionem.* PERIZONIVS. Diſtinctionis, quae hic maxime agitur, diverſitatem hanc deprehendi: 1) *media, quae* vel *qua procurrit ad ſeptentrionem;* 2) *media quae procurrit ad ſeptentrionem;* 3) *media. Qua procurrit ad ſeptentrionem;* 4) *media, procurrit ad ſeptentrionem*, uti in edd. 44 et 45. 5) ea eſt, quam ex Toriniana editione adnotavit Perizonius, et receperunt Reinoldius et Kappius. Quae praeferenda ſit, ex ipſa formae deſcriptione adparet, et luculenta brevitate docuit in nota MS. I. Gronovius, etſi voce *qua* paullum alio ſeductus. Vocula *quae* vel *qua* ad elegantiorem brevitatem et concinnitatem cum Codicibus melius abeſt. At contra *procurrit* aegre dimiſerim, quod adiuvat obpoſitionem verbis aptiſſimis adparatam, dummodo recte diſtinctionem poſueris, quod factum eſſe vidi a Reinoldio et Kappio, receptumque etiam ab editore Norimbergenſi an. 1790. Ita enim concinne ſibi ſingula huius periodi membra reſpondent: *ad occidentem* et *ad ſeptentrionem; inaequalis* et *pene ut directo; procurrit* et *extenta eſt.* Eſt autem *procurrere* h. l. excurrere, protendi, uti paullo poſt: *Italia inter ipſum Hadriaticum et Tuſcum procurrit;* 3, 2, 7. *A Garumnae exitu latus illud incipit terrae procurrentis in pelagus.* Ovid. Faſtor. 4, 419. *Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in aequor Trinacris.* Horat. epod. 16, 29. *in mare procurrit Apenninus.* Ante *prominens* et *retracta*, pro quo hic *abducta.* Cf. et ſupra I. Gronovius in epiſtola, qui etiam, quorſum pertineret, indicavit.

ſemel iterumque) Vindob. *ſemet utrumque.* Tum Cibin. *obducitur;* minus recte, ſed ex commutatione uſitata in verbis compoſitis; v. Drakenb. ad Sil. Ital. 15, 268. 16, 306. ad Liv. 2, 57, 9. Garaton. ad Cicer. Catil. 2, 5. et in his ipſis verbis Oudendorp. ad Lucan. 9, 648. Poſt *paene* ſcripſi cum Vineto, quod

praeferunt libri veteres et lapides vid. Cellarius in Orthogr. Lat. T. 1. p. 305. ed. Harleſ.

§. 5. *Mare)* Hinc incipit c. 11. Vinetus. Mox pro *Aegaeum dicitur* Vindob. *egeum dicunt.*

Adriaticum) Praepoſui adſpirationem, uti olim edd. 1. 2. 9. quam probant hodie viri docti uno fere ore nec vanis argumentis moti. Vid. Malaſpina ad Cic. ad Att. 10, 7. Broukhuſ. ad Propert. 1, 6, 1. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 54. 8, 440. ad Liv. 24, 10, 10. et alibi Garaton. ad Cicer. in Piſon. c. 38. et alii vel diſerte vel tacite in editt. Ita ſcribunt etiam vetuſti multi Codices apud Liv. et alios. Cf. etiam A. Gronov. ad Iuſtin. 20, 1, 1. et quod gravius eſt, monumenta priſca; velnti Ancyranum apud Chishull. antiqu. Aſiat. p. 175. 177. cippus marmoreus praegrandis et elegantiſſimus apud Gorium in inſcrr. ant. P. 1. n. 50. p. 308. et Fabrettus in inſcrr. ant. c. 16. n. 450. p. 731. ubi tamen tres mendae irrepſerunt. Docet porro *Hadriani* nomen, quod et numi cum adſpiratione efferunt. Hic vero Hadriae natus erat, (cf. Spartianus in vita c. 1. in. Aurel. Vict. in epit. 14, 1.) unde multi huius maris nomen ducunt, etſi in eius ſitu, quod duplicem memorant, differunt. Cf. Iuſtin. 20, 1, 9. Aurel. Victor c. l. Liv. 5, 33, 8. Etymologus ſ. v. Ἀδρίας et alii. Denique, ut docuit Eckhel in doctrina numorum P. 2. Vol. 5. p. 75. ex Catulli carmine 84. et Quinctiliano inſtit. 1, 9. patet, circa Ciceronis tempora adſpirationis uſum invaluiſſe. Nec obſtare poteſt ſpiritus in Graecis, qui in plurimis vocibus ab hac Latinorum ratione discrepat. Cf. etiam Cellarius in orthogr. Lat. T. 1. p. 245. ed. Harleſ. Fruſtra obnititur Dausqueius in orthogr. P. 2. ſ. v. *Adria.* Poſt *Thuſcum* edd. Olivar. uti 15. 17. 20. 25. aliaeque, etiam Voſſiana, Gronovianae priores. Codices hic *Tuſcum* praeferunt. At omnino variant in notanda ſcriptura et Grammatici et monumenta

antiqua. Qui a Graeca voce *θύειν* derivant, adſpirationem praeferunt, in quibus Plinius 3, 8. ſ. 5. Iſidor. Orig. 14, 4. cf. Dionyſ. Halic. 1, 30. Alii a Tuſco rege, ubi ſine adſpiratione praeſtet. Vtramque etymologiam adtigit Feſtus h. v. Variant etiam paſſim monumenta, e quibus tabulae Capitolinae adſpirationem omittunt, quibus accedunt in hoc veteres Latini et vulgati Graeci libri, notante Sigonio ad Liv. 2, 49, 9. ubi et vid. Drakenb. qui in Sigonii opinionem propendet, et quae disputant Dausqueius in orthogr. P. 2. p. 322. Cellarius in orthogr. Lat. P. 1. p. 377. ed. Harleſ. et quae infra notata ſunt ad 2, 4, 6.

Graii) MSSti omnes etiam Vaticani, teſte Perizonio, praemittunt voculam *quem;* item ex meis Cibin. Lipſ. Rehdiger. Vindob. et Vatic. Havn. Venet. ex ſilentio cum edd. 3. 4. 5. conſenſiſſe et *quod* habuiſſe videntur, uti 1. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et aliae poſt, praeter 14. ex Camertinis. Recepit etiam Vadianus cum ſuis, ſed melius expulit Olivarius et qui eum referunt, uti iam ante eum fecerant 21. 24. poſt 28. Nec agnoſcunt hanc vocem alii Codices, in quibus Pariſienſes et is, cum quo conlata erat ed. Hermolai. TZSCHVCKE. Demendum eſt verbum *quod.* PINTIANVS. Tò *quem* Codices praemittunt mirifico errore contra Grammaticam. Editiones primae, ne a Priſciano ſibi dica ſcriberetur, maluerunt *quod.* Sed rectius poſteriores omiſerunt utrumque, id quod et ſenſus et Melae ſtylus poſtulat. PERIZONIVS. Recte. Tò *quem* locum non habet, et *quod* friget hic apud Melam. Pro *Graii* Codex ad Hermolai ed. exactus *Graeci.* At illud recte habet ex uſu etiam Melae. *Grai* ſcribunt Cibin. Lipſ. Rehdig. Vindob. *Grahi* Prag. *Gray* Gud.

Tyrrhenum) Male Perizonio iudice ingerunt iterum MSSti *Tyrrhenicum* pro *Tyrrhenum,* quod de ſuis adfirmat idem praeter Voſſianum 4. qui poſterius retinuit.

Ita duo I. Gronovii et ex meis Vaticani *Tyrrhenicum; Tyrrenicum* Cibin. *Tirrenicum peribent* Lipſ. *tyrhenicum* Gud. qui et poſt *perhibent* ſpatium vacuum reliquit; *circa henicum* Prag. *Tirenum* Oxon. et Vindob. uti quidam Cdd. apud Liv. 5, 33, 8. Editiones primae in terminatione — *num* conſentiunt, etſi alias minus accurate ſcribunt. Atque hinc prius de terminatione etiam ex aliis meis Codd. qui cum edd. conlati erant, adfirmare licet. Eadem vero, quae hic, notatur etiam in Orofio 1, 2. f. *Tyrrhenicum* quidem non omnino et ſimpliciter male habet, cum ita ſaepe apud Strabonem et alios dicatur, ſed formam egreditur Latinis receptam, quippe quibus eſt *Tyrrhenum.* Sic Livius 5, 33, 8. *Graeci Tyrrhenum atque Hadriaticum* vocant. Et ſic alii. Neque tamen valde refrager, ſi quis velit *Tyrrhenicum* propter Codices tam multos, quia ſic magis reſpondet verbo *Graii,* et tum Graecis forte melius literis ſcribat.

§. 4. *alia, quam dicta eſt)* Lipſ. Gud. Zaluſc. Pariſ. 1. 2. *alia quae dicta eſt;* facili lapſu. Sic de Iſtro 2, 1, 8. *alio, quam deſinit, nomine exoritur.*

a Tanai in media) Veteres Voſſii libri, quidam Perizonii, Lipſ. Venet. Cibin. *ad Tanaim;* Voſſ. 4. *a Tanaim.* In margine editionis 23. adſcriptum reperi *ad Tanaim,* an ex Vaticanis, neſcio. Alii Perizoniani et ex meis aliqui, veluti Pariſ. 1. 2. 3. Gud. *a Tanai;* Zaluſc. *a thanai.* Edd. antiquiſſimae iam dederunt *a Tanai.* Olivarius cum pleriſque ſuorum poſt *Tanai* inciſum minus ponit. Tum MSSti Perizoniani ſimpliciter omiſſo *in* ſubiungunt *media,* uti et mei et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 28. et hinc Olivarius cum familia, etiam Schottus. Vadianus eiusque ſectatores *a Tanai medio.* Ciacconius ex ſuo codice excitat *in media,* quod dedit Vinetus, et ex eo accepit Voſſius cum aliis. TZSCHUCKE. Scriptus

liber: *in media.* Recte. Extenditur enim Europaea Scythia a Tanai ad flumen Istrum, quod fere in medium Pontici lateris exit. Lib. 3. c. 1. [2, 1, 8.] *At ille, qui Scythiae populos a sequentibus dividit,* [*dirimit*] *alio, quam desinit, nomine exoritur.* Et cap. 2. *His Thracia proxima est, eaque a Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immissa, qua latera agit, Istro pelagoque coniungitur.* CIACCONIVS. Forte rectius: *a Tanai ad media ferme.* SCHOTTVS. Recte sic [*in media*] emendavit Vinetus. — Fons et origo vitii patet ex Voss. 4. [*a Tanaim media*] Scilicet pro *Tanai in* scripserunt *Tanain* vel *Tanaim.* Sic excidit vocula *in.* Alii dein fecerunt *ad Tanain.* Hanc corruptionis causam optime detexit Perizonius, veramque lectionem ex ipso Mela adseruit Ciacconius. Pro *lateris* in sequ. Rehdiger. *littoris.* Cf. ad 2, 3, 6. et 2, 6, 1. 2, 7, 18. et 19. et alibi passim.

Hinc in Aegaei — adiungitur) Varie hic locus legitur et interpungitur. Res haec: Lips. *egey;* Gud. Vind. *egei.* Pro *pertinens*, quod servant Codices alii omnes, Voss. 2. notante Perizonio, *procedens;* Paris. 3. *pertinens continens.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5 — omninoque omnes ad Vinetum et post eum usque ad Vossium *continens.* Vinetus primus ex libris scriptis reposuit recte *pertinens*, a quo excepit Vossius et hinc posteriores. Tum Cdd. Perizoniani et A. Gronovii, porro Lips. Zalusc. Paris. 1. 2. 3. Cibin. Rehdiger. Vindob. Gud. Prag. et ex silentio conlatorum Vaticani, Venet. Havn. praeferunt, aliqui tamen nominum propriorum depravatione facta, *Thraciae ac Macedoniae*, cum edd. antiquis excepto Vineto, qui dedit *Thracia Macedoniae.* Prius post Vinetum retinuerunt Vadiani et Olivarii adseclae. Hinc Schottus invexit: *Thracia; huic Macedonia adiungitur*, quod ad edd. Gronoviorum 40. 41. 42. et Reinoldianas propagavit Vossius. Post Vineti lectionem amplexae sunt

ceterae. De diſtinctione loci deinceps. TZSCHVCKE. Caſtigo: *Huic in Aegaeum mare continens Thracia: Huic Macedonia adiungitur.* Nam Scythiae adiungi Thraciam, Thraciae autem Macedoniam adeo notum, ut nullo egeat teſtimonio. PINTIANVS. Pintianus *Huic*. Edita lectio [*hinc*] magis abblanditur. Interpunctione locum ſanavi, adiutus etiam Pintiani εὐστοχίᾳ. SCHOTTVS. Liber ſcriptus *pertinens* habet, ut legi poſſit: *hinc in Aegaeum pertinens Thracia, cui Macedonia adiungitur.* Nam Thracia a flumine Iſtro ad Pallenen peninſulam in Aegaeo pertinet. Infra lib. 2. c. 3. *A Pallene Macedonia eſt.* CIACCONIVS. Aliter diſtinguendum curavi, [*lateris; hinc — Thracia. Huic* M.] credens voluiſſe quoque diſtinguere Voſſium, licet, prout nunc citavi, haec pars in eius editione digeratur. Nam τὸ *pertinens* dependet ab verbo praecedente *eſt;* alioqui dixiſſet Auctor *pertinet*, aeque ac *adiungitur.* I. GRONOVIVS. Sic diſtinguit Gronovius et me quoque ſic voluiſſe exiſtimat. Sed ſui ſimilibus haec perſuadeat. Dicit, quod τὸ *pertinens* dependet a verbo praecedente *eſt*, nec videt, quam multa hinc conſequantur abſurda. Adeone quis puer, ut neſciat, quemadmodum paſſim, ita quoque hic *pertinens* poni, pro *quae pertinet.* VOSSIVS *in appendice* ad h. l. Rem videamus et morem Melae. Dico ſic neceſſario diſtinguendum eſſe, et vocem *pertinens* accipiendam relatione facta ad verbum *eſt*, ut citavi; aut futurum fuiſſe, ut Mela ſcriberet *pertinet.* Decidat ipſe Mela. At ille ſemper dicit *pertinet*, ut 1, 7, 38. [§. 5.] *Promontorium eſt Bryon, ab eoque incipiens ora — usque ad Phycunta (et id promontorium eſt) importuoſo litore pertinet;* c. 10. *Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet;* 2, 1. in. *Europa eſt modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita ac Rhipaeis montibus; nam et huc illi pertinent.* In his ſimplex eſt oratio. At ubi praecedit verbum, ut hoc loco τὸ *eſt*, ſequentia per participium effert. 2, 1, 43. [§. 5.] *Silvae deinde ſunt, quas maximas hae*

terrae ferunt, et Panticapes Nomadas Georgosque disterminans. [At vid.] Quid possum, aut potui clarius? I. GRONOVIUS *epistola de appendice Vossii* p. 76. Quas hic lites ferunt viri doctissimi de distinctione, utrum maiore, an minore, haec membra sint separanda, nullius profecto sunt momenti, quum sensus utroque modo sibi satis constet. Vellem potius nos docuissent, quo subsidio nitantur illa, *Huic Macedonia,* nisi coniectura Pintiani, [etiam Oxon. notante Dukero] quam adoptavit Schottus. Ceteroquin omnes MSSti *Hinc — pertinens. Thraciae ac Macedoniae. —* Neque aliter primae editiones, [vid. supra] quas vidi omnes, etiam Olivarii ac Vadiani, nisi quod quaedam [?] pro pertinens nobis obtrudunt *continens.* Quocirca quum animum ad haec serio attenderem, volebam, *Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia Macedoniae adiungitur.* Sed vidi, haec iam ita emendasse praeclarum Vinetum, cuius auctoritate inductus etiam in textum haec recepi, praesertim quum proxime accederent ad MSStos et priscam lectionem. PERIZONIUS. Concinna haec est lectio et brevitati Melae accommodata, qua in recensu regionum persequendo utitur. Quare non dubitavi cum recentioribus ponere.

ab Ionio) Tò *ab* deest in Prag. Oxon. Voss. 3. et Perizoniano. Agnoscunt tamen recte reliqui, etiam Vaticanus 1. uti in edit. 25. diserte notatum erat, etsi in aliis Vaticanis desiderari signo adposito indicaverat conlatoris manus. Gud. Vindob. *yonio,* ille etiam antea *gretia.* Edd. 9. 15. *Graeciae.* Tum Vatic. 3. et Prag. *dirimitur.* Sic *absolvatur* supra in praef. Cd. Rehdiger. pro *absolvat* et alibi in aliis. Cf. ad 2, 1, 2. TZSCHUCKE. Oxon. *Aegaeumque Ionio dirimit,* cum glossa inter versus i. *mari,* quae forsitan vera scriptura est. Virgil. Aen. 4, 211. *Insulae Ionio in magno.* Horat. 2. od. 16, 1. *In patenti prensus Aegaeo.* Add. Propert. 3, 9, 72. Ovid. Fastor. 4, 565. DUKERUS. Possit commode

abeſſe, cum in principio fuerit praepoſitum, et in aliis abſit. At cum Codices reliqui ſervent, ſimpliciter nihil adfirmari poteſt.

Hadriatici latus) Per *H* effert etiam hic Cd. Cibin. etſi parum in eo ſibi conſtans. In variantibus lectionibus, quas adpoſitas in margine exhibet ed. 27. notatur omiſſa voce latus: *Adriaticum Illyris.* Atque ſic legitur in edd. 1. 9. 15. Poſt recepit ed. 29. et hinc Vinetus. Nempe excidit *latus*, quod hic apte adponitur, uti adparet ex ed. 1. Pro *Illyris* Cib. *illiris;* Gud. Vind. *iliris;* Rehdig. *ylliris;* Prag. *ileris.*

procurrit) Prag. *percurrit* inepte, ut alia. Variatio ipſa in hac forma uſitata, ut infra *permiſſa* et *promiſſa.* Tum Cibin. *ytalia* et *hyſpania.*

intimo —) Prag. *ultimo;* Havn. *in Tuſco ultimo ultra Hiſpaniam eſt;* Cibin. *intima.*

Hiſpania) *Eſt* addunt Havn. Gud. Prag. forte etiam cum ed. 5. Venet. et cum ed. 25. Vaticani aliqui. Idem faciunt etiam, edd. antiquiſſimae et poſt plures aliae, quae Vadianum, Olivarium ſequuntur, item 15. 17. 20. 21. 25. 28. Habet etiam Schottus. Primus expulit Vinetus, poſt Voſſius aliique excluſerunt. Recte, cum Codices optimi, in iis Vatic. 1. ignorent, et Mela ſic ad languorem deiiciatur.

§. 5. *diuque)* Ita Codd. omnes Voſſiani, praeter 5, Perizoniani, mei inque iis ad editiones conlati Vatic. Venet. Havn. et is, cuius lectiones notant edd. 27. et 29. Antiqua etiam manus in edit. 6. adſcripſerat *diuque.* Nec aliter adfert editio prima, et quae eam plerumque reddere ſolent 9. 15. Pro eo *denique* habent aliae, uti 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. et hinc Vadian. et Olivarianae, omninoque omnes, etiam Schottus ad Voſſium cum Cod. Voſſ. 5. Tantum Vinetus

codicibus adhaeſit et *diuque* primus revocavit, inde poſt Voſſius cum reliquis. TZSCHVCKE. Scribendum, *eademque etiam ad ſeptentrionem.* PINTIANVS. Legendum fortaſſe: *dehinque etiam*, ut lib. 3. c. 8. *Interiora Gedroſii, dehinc Perſae habitant.* Codices tamen ſcripti habent *diuque etiam.* CIACCONIVS. Pintianus: *eademque etiam.* Malim: *dehinque etiam.* SCHOTTVS. Repoſuimus [ſc. Vineto duce] *diuque etiam ad ſeptentrionem*, auctoritate omnium, quos vidimus, Codicum ipſaque id poſtulante ratione. VOSSIVS. Non repudiaverim *denique* Latinitatis nomine. Nam ſic paſſim Florus et alii, etiam de duabus tantum rebus. Tanto magis miror Pintianum maluiſſe pro eo *eademque*, Ciacconium vero et Schottum *dehinque.* MSSti — *diuque* optimo ſenſu. Secuti ſunt eos editores, Anonymus, Torinus, Vinetus, denique Voſſius et Gronovius. His ut me adiunxerim, fecit MStorum conſenſus. PERIZONIVS. Praeferendum et ego iisdem motus rationibus puto *diuque.*

longe) Inciſum minus ſubiiciunt Vadianus et Olivarius cum ſuis. Vinetus, Schottus, Voſſius: *Gallia eſt, longe, et a* — Poſt melius: *Gallia eſt, longe et a* — Tò *et* omittit Rehdiger. *Litoribus* hic per ſimplex *t* Lipſ. Gud. Prag. quod quidem caſu potius natum, quam conſilio editum.

permiſſa) Perizonius in omnibus, quibus uſus erat, Codicibus ita legi adfirmat, itemque in Mediol. Chiſ. Leid. ſuo A. Gronovius, a quibus mei non recedunt, praeter Vatic. Venet. Havn. qui cum ſuis edd. conlati erant et nullam diſcrepantiam dediſſe videntur. Vindob. *premiſa.* At enim edd. omnes exhibent *promiſſa* usque ad ed. 44. cum Vineto, Schotto, Voſſio, Gronoviis, Reinoldio. Tantem A. Gronov. in ed. 44. revocavit ex Codicibus *permiſſa* ſequentibus ceteris. TZSCHVCKE. In duobus MSS. exemplaribus eſt *permiſſa*, ut etiam lib. 2.

c. 5. in. *Illinc a Rheno ad Pyrenaeos usque permittitur.* CIACCONIVS. Miror hic pertinaciter adeo inter ſe discrepare MSStos et editiones. Illi omnes reliquerunt nobis *permiſſa;* at hae a primis ad poſtremas *promiſſa.* Ciacconium debuiſſet Voſſius ſequi, ut alias ſolet. Neque enim ulla eſt ratio, cur ſcriptam lectionem aſpernaretur, quae elegantem nobis ſervavit locutionem et Melae uſitatam. Nam ſic quoque 1, 19. extr. *regio ad Arymphaeos usque permittitur.* Similiter Livius 30, 11. [§. 9.] *Primo barbari, qui modo effuſe invehebant ſe in Romanos, ſegniter permittere equos, deinde ſtare.* Vide et Gronovium patrem ad Liv. 29, 2. [§. 8.] et maxime in obſervat. 2, 15. Adde ex Gellio 6, 16. *Qui tumultuariis et inconditis linguae exercitationibus ad famam ſe facundiae permiſerat.* PERIZONIVS. Quam ſaepe in compoſitionibus hae particulae commutentur, notum eſt. Vid. quas commemoravi ad praefat. §. 1. In his ipſis verbis, quae hic varietatem lectionis intulerunt, idem obſervatum eſt apud Liv. 5, 8, 4. et alibi, etſi alio ſenſu. Vid. Drakenb. ad 8, 24, 8. docti viri ad Nemeſian. v. 269. et in primis de hoc vocum ſenſu ad Sil. Ital. 3. 534. Oudendorp. ad Hirtium de B. G. 8, 9. Lucan. 4, 651. et quae diſſerunt. Sed ne longius ad aliosque abeam, in ipſo Mela ſimilis occurrit librorum fluctuatio 2, 5. in. ubi vide notata. Difficile ſaepe videtur inter utrumque eligere, quod et alibi virorum doctorum iudicia declarant. Intercedit tamen discrimen, uti non ſolum propria particularum vis declarat, ſed et in quibusdam compoſitis confirmat uſus. Sic *proferre* et *perferre*, et in his *barba promiſſa*, non *permiſſa*, certe hoc non ſimpliciter. Sic *promiſſus venter* non *permiſſus* et ſimilia. Nempe ex vi vocis *mittere* utrumque extenſionem et progreſſionem indicat, at adiectis iis particulis *pro* motum a vel ex loco ad ulteriora indicat, *per* motus progreſſionem ad terminum usque actam. Praefero igitur hic cum Codicibus *permiſſa.*

Aſiam) Cibin. *Aſyam.* Sed gravius eſt, quod editiones non quidem antiquiſſimae, ſed quae eas proxime ſequuntur, uti 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. omninoque, quae eas vel Vadianum et Olivarium referunt, facto augmento exhibent: *illi ad Aſiam. Haec de Europa*, quae poſtrema verba reſpuunt etiam Codices. Recte igitur iterum expulit Vinetus, quem imitari debebat Schottus, poſt Voſſius et alii. TZSCHVCKE. Poſtrema huius capitis verba: *Haec de Europa* delevimus, cum abſint in omnibus melioribus libris. VOSSIVS. Delevi cum Voſſio, quum in nullis mihi MSStis occurrerint. PERIZONIVS.

CAP. IV.

Libri quidam hoc caput tantum intervallo a ſuperiori diſtinguunt, ut Cod. Rehdiger. Cibin. Pariſ. 1. 3. Prag. edd. 3. 4. 6. 10. etſi haec in margine argumentum notat, de quo poſt. Vinetus continua ſerie adpoſito tamen cap. 12. Alii alia praeponunt. *Africae deſcriptio* 1. addita voce *generalis* 9. et 13. (*capitulum* 3.) 11. (*capitulum* 4.) *Summa Africae deſcriptio* (in margine) 10. *Affrice ſummaria deſcriptio* Lipſ. *Africe deſcriptio ſummaria* Gud. *Africae deſcriptio ſummaria authoris* Pariſ. 2. *Partium et Gentium Africae compendioſa praenotatio* Zaluſc. *Summa Africae deſcriptio* 5. 8. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. omninoque Vadianae et Olivarianae, cum Schotto. Voſſius praemiſit *Brevis Africae deſcriptio*, quod ceteri retinuerunt.

§. 1. *terminata)* Sic legunt omnes Codd. Perizonii, A. Gronovii, Oxon. et mei, ex quibus tantum Zaluſc. addit: *eſt*, otioſe ſatis et frigide. Conſentiunt etiam in priori lectione edd. antiquiſſimae. Primus Vadianus dedit *terminatur* cum ſuis et poſt Olivarius eiusque ſectatores etiam 21. 28. Voſſius et Gronovii in edd. 40.

41. 42. Vinetus revocaverat *terminata*, poſt receperat Schottus, et denique Reinoldius cum A. Gronovio inde ab ed. 44. et ceteris. Et ſic reponere voluerat etiam Perizonius. Recte, et ad Melae orationem magis apte.

Ceteris) Cod. A. Gronovii addit *partibus*, uti Vatic. 5. et Prag. in quo etiam abeſt antea τὸ *a*, vana opera. Poſt *Europa* Vindob. Cibin. Gud. et conlati cum ſuis edd. Havn. Venet. Pariſienſes, Vaticani, Zaluſcian. puto, etiam Gud. Rehdiger. Lipſ. aliique *Europe*, uti ed. 2. At reliquae edd. omnes 1. 3. 4. 5. — ad A. Gronov. in ed. 44. *Europa*. In hac enim exhibetur *Europe*, quam formam reddiderunt etiam poſteriores. Reinoldius tamen retinuit *Europa*. At alterum rectius et ex uſu Melae videtur, ſi ſuperiora reſpicias capita, et conſtantiam in his ſervare velis. Cf. ad 1, 1. f. et 1, 2. in.

nec usquam) Sic Codd. Voſſiani praeter ſecundum, Perizoniani, Gronoviani, mei; Voſſ. 2. *nec usque;* Venet. *nec unquam*. Editiones omnes antiquae *nec usquam*, praeter 8. quae dat *nec usque*, quod primus iteravit Voſſius et cum eo edd. 40. 41. 42. unde revocata eſt prior lectio. Magis in ſequentibus variatur. Voſſius ex ſuis adfert: *Aſia eſt, eſt Aſia veluti*, ex Vaticano *Aſiae eſt;* Perizonius ex ſuis *Aſia eſt, et non;* ex Voſſ. 2. *Aſiam eſt, et non;* Voſſ. 5. cum Vaticano Voſſii conſentit, quibus Oxon. addit Dukerus. Ex meis Cibin. Rehdiger. Gud. *aſya* vel *aſia eſt, et non;* Lipſ. *Aſia eſt non;* Prag. *nec usquam eſt aſia veluti et non*, uti etiam Pariſ. 2. In Pariſ. 1. legitur: *aſia eſt, et tamen totis*. Reliqui, uti Leid. et Chiſ. *Aſiae, et non*. TZSCHUCKE. Nusquam, inquit, Aſiae etiam in pelagus noſtrum procurrenti ſuis litoribus opponitur, quemadmodum Europa ſolet, quae ab Hellesponto ad usque Riphaeos continuo tractu Aſiae obverſa eſt. Sed an illud verum ſit, dubito, cum ex Ptolemaeo in tractu Cyrenaicae, qui citra Alexandriam eſt,

ſecundum certum meridianum, inde in latitudinem ductum, deprehendatur Cariam Cyrenaicae opponi. Ceterum adeo exiguo ſpatio, ut inde calumniari Melae diligentiam nemo queat. VADIANVS. Malim *et non totis huius litoribus* obtenditur. Nusquam, inquit, obtenditur Aſiae littoribus, nec totis littoribus Europae. Si enim lineam a Nilo in ſeptentrionem ducas, nusquam Aſiae litora attinges; Europae tamen quaedam. SCHOTTVS. Atqui cum ipſe inquiat Africam Nilo terminari ab Aſia, qui fieri poteſt, ut nusquam Aſiae obtendatur? Lepida ſane ſunt, quae hic annotavit Schottus: „Si lineam a Nilo in ſeptentrionem ducas, nusquam Aſiae litora attingas, Europae tamen quaedam." Haec ſane nemo intelligat. Nihil certius, quam locum hunc eſſe corruptum. Manu exarati libri legunt: *nec usquam* — [v. antea] quod eſt nauci. Ita ſcripſit Mela: *quia nec usque.* — *Vsque* hic eſt ſemper, uti ſaepe apud optimos linguae Latinae ſcriptores. Hoc vocabulum non intellectum tot gloſſematis viam ſtravit. VOSSIVS. Quia in omnibus libris manu exaratis Voſſius invenit *usquam*, idque ipſe teſtatur, ideo ſcripſiſſe Melam *usque?* Quaſi τὸ *Aſiae* illic uſurparet Mela in tertio caſu, ut ſibi fingit Voſſius, et non ſecundo. Cohaerent enim τὰ *Aſiae litoribus.* Africa nusquam obtenditur Aſiae litoribus; id verum eſt, ſed tantum ripis eius ad Nilum. Id in hac ipſa nota ſignificavit Schottus, ſed cuius hanc partem [nusquam, inquit Mela, obtenditur Aſiae litoribus, nec totis litoribus Europae. Si enim —] ſapienti iudicio ſcriptam praetermittit Voſſius, laetus inſultare parti poſteriori, quam ſane omitti a Schotto melius fuit. Et quaeſo qui ſuſtinerem illud *nec usquam* in Mela mutare, quem novimus ſic repetere lib. 3. c. 5. *nusquam late patet, nec usquam mari ſimile.* I. GRONOVIVS. Hoc Codicum fundamento nixi, et quod ex ſequentibus aliquorum verbis nihil elici poterat, quod propius accederet, et ſimul concinnioris eſſet diſcriminis, dum Africa dicitur nusquam

Aſiae, et non totis Europae litoribus obtendi, primi editores receptam diu lectionem nobis dederunt, quam et nos ſervandam cenſemus. Sed minus accurate ſic loquitur Mela, quia vere ultima Africae verſus Orientem et Aſiae verſus Occidentem ſibi invicem aliquantum obtenduntur. Vide hic Vadianum ex Ptolemaeo potius, quam Schottum. At Africae initium ducit Mela a Cyrenaica, et Aegyptum adſcribit Aſiae; atque adeo tunc exigui ſpatii, quo Cyrenaicae extrema Cariae et Ioniae, in Aſia obtenduntur, nullam voluit habere rationem, quum Europa ab Aegaeo mari usque ad paludem Maeotin longe ultra Africae longitudinem re vera in Orientem excurreret et Aſiae litoribus obtenderetur. Voſſiana emendatio et explicatio nullius revera eſt momenti. PERIZONIVS. Verbum *obtenditur* non eo ſenſu accipiendum eſt, quo a nonnullis Melae interpretibus intellectum eſſe vidi, qui, quod Africam Arabiae litori oppoſitam eſſe ſciebant, Melam hac in re erraviſſe putabant. Loquitur vetus Geographus non de Africae litoribus, ſed de tota Africae ſuperficie, quae, ſi cum Europa ab occaſu ad orientem protenſa comparatur, Europae quidem obtenditur, ſed non toti, nusquam autem Aſiae oppoſita eſt, niſi Aſiae minoris exiguam aliquam partem, quam Mela in hac comparatione contemnit, attendere velis. KIRSCHIVS *in proluſione ſcholaſtica* (Hofae 1791.) *de vera Africae figura ſecundum Pomp. Melam contra Reinoldinum* p. 5. Quocunque vertas, loci explicationem, latius haec et laxius dicta eſſe a Mela adparebit. Neque tamen cauſa ſubeſt, cur librorum lectio deſeratur. Adiicit autem Aſiam, quod primo intuitu mirum videatur, cum brevitatem ex Europae obpoſitione metiatur, ut eo magis adpareat, ſi nec Aſiae, uti aliquatenus Europa, (v. cap. 5.) obtenditur, nec totis huius Europae, litoribus, quam brevis ſit Africa.

totis) Editiones quaedam, veluti 14. 21. 24. 25. 28. omninoque poſt Olivarianae cum Schotto dant

totius contra Codices, in quibus conſtanter legitur *totis*, quod volebat Schottus et poſt revocavit recte Voſſius, etſi iam antea poſuerat Vinetus, et ed. 29. Olivarianae alias plerumque lectionis, quam illa emendatiorem reddidit.

ad fluvium) Videtur praepoſitio ſuperfluere, ut non longe poſt [§. 5.] *peragratisque omnibus, quae mare attingunt;* et alibi [1, 5. in.] *dictum eſt Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab oriente contingeret.* PINTIANVS. Legendum forſan *quoad fluvium attingit. Quaad* veteres dixere pro *quoad.* Adfirmat Victorius [ad Varron. 1, 1, 2. de R. R.] ſe in antiquiſſimo Varronis Codice paſſim ita ſcriptum reperiſſe. Attamen hoc loco nihil mutandum videtur. Nam rectum eſt *attingere ad aliquid.* Paulo inferius [§. 5.] libri plerique habent, *peragratisque omnibus, quae in mare attingunt.* Sic *viſere ad aliquem, adire ad aliquem.* VOSSIVS. Cod. Pragenſ. certe omittit τὸ *ad,* quod et alibi facit noſter, uti 2, 3, 3. 2, 7, 15. et 18. 3, 3, 4. At retinent omnes alii Codices, nec inſolens plane eſt, et ab uſu remotum. Sic libri meliores apud Ovid. in A. A. 2, 701. ubi ex Plauto in Mercat. 1, 1, 52. ſimilem locum excitat Heinſius. Sic noſter infra, uti iam monuit Voſſius, etſi illa lectio laceſſitur. Sine Codicibus tamen nemo deſideret et ego lubens omiſerim. Mox pro attingit edd. 5. 8. *attingitur,* et omnino 15. 17. 20. 23. *et quae ad fluvium attingitur.* At Codices recte et apte *attingit.* Tantum Vatic. 3. *attigit.* Nempe temere ſic ſaepe activis paſſivorum terminatio adpenditur, uti apud noſtrum ſupra in praef. *abſolvatur,* poſt c. 3, 4. *dirimitur* et infra 1, 7, 3. edd. pleraeque et antiquae *cingitur;* et ſic paſſim alibi. Paullo inferius Cd. Vindob. ex vitio, uti plurima alia, *in iuga urgens faſtigatque;* Vindob. Gud. Prag. Pariſ. 2. 3. Perizoniani multi *faſtigiat;* Cibin. Rehdig. et Perizoniani alii *fatigat;* Lipſ. *caſtigat,* ut alibi. At

recte alii in iis Voff. 3. Oxon. Parif. 1. Vatican. 1. (ceteri cum ed. 23. *faſtigiat* habuiſſe videntur) *faſtigat*. Editiones antiquiſſimae et ſecutae *faſtigiat;* Vinetus *faſtigat;* Schottus *caſtigat*. Inde a Voſſio conſtanter ſervatum eſt *faſtigat*. TZSCHVCKE. Legendum *faſtigat*. Neque enim *faſtigiat* verbum Latinum eſt. PINTIANVS. Vt *veſtigium* dicitur a *veſtigo*, *contagium* a *contago*, ita *faſtigium* a *faſtigo*, non a *faſtigio*. Et in MSS. exemplaribus, quae prae ſe ferunt antiquitatem ſcripturae, ſemper *faſtigo* ſcriptum reperitur, itaque in antiquis Melae exemplaribus ſemper hoc verbum exaratum reperi; quare ſcribendum hic *faſtigatque* ſe molliter. CIACCONIVS. Cum omnes antiqui Codices [v. antea] legant *faſtigantque ſe molliter*, idque iam alii monuerint, neſcio quid mentis fuerit poſtremis Melae editoribus, ut hoc vocabulum mutarint. Nempe putarunt illi, hoc verbum eſſe a nomine *faſtigium*, ac proinde dicendum *faſtigiare*. Verum errant. Paſſim ubi iſtud verbum ſcriptum occurrit, ſi quis antiquiores conſulat Codices, *faſtigare* ſcriptum inveniet. Nempe ut a lite eſt litigo, atque inde litigium; a veſtigo veſtigium; a contago contagium, ita quoque a faſtus faſtigo atque inde faſtigium. Alterum vero non eſt Latinum. Atque haec ſemel dicta ſufficiant, quoniam vocabulum iſtud cum alibi, tum in hoc quoque auctore ſaepe ab interpretibus notatum. VOSSIVS. Verbum *faſtigare* librarii videntur ignoraſſe et reieciſſe quaſi minus Latinum, quum ſit vel maxime. Sic infra 2, 1. *Poſt ſpatioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigat;* 3, 1. *Quia lata ſede procurrens paulatim ſe ac ſua latera faſtigat; Cuneus ager dicitur;* et cap. ult. *In finem ſui faſtigantis ſe Africae.* Livius 37, 27. *Ipſe collis eſt in modum metae in acutum cacumen a fundo ſatis late faſtigatus;* 44, 9. *Faſtigatam, ſicuti tecta aedificiorum ſunt, teſtudinem faciebant.* Similiter in Caeſare ſaepius occurrentem hanc vocem ultimi editores recte reſtituerunt, nec debuiſſet illic vulgatum tueri Dionyſ. Voſſius.

Vid. omnino hic Ciacconium et If. Voffium, tum Gronovium, Patrem, ad Livium 1, 38. PERIZONIVS. De legitima huius verbi forma disputatum eft olim inter viros doctos, fueruntque qui *faftigio* unice probarent, uti Dionyf. Voffius ad Iul. Caef. de B. G. 2, 38. Barthius adeo in adverfar. 57, 11. fic pro eo pugnat, ut alterum plane reiiciat et foloecum pronuntiet. Daumius de caufis amiffarum radic. L. L. c. 11. utramque formam probat. Hodie tamen virorum doctorum ftudio certius conftat, *faftigo* praeferendum effe, de quo vid. Gronov. ad Liv. 1, 38, 6. Drakenb. ad 37, 27, 8. idemque ad Sil. Ital. 5, 50. Duker. ad 44, 9, 6. Davifius et Oudendorp. ad Iul. Caef. c. l. Munckerus ad Fulgentii Mythol. 1. praef. p. 619. in Myth. Lat. ed. Staver. ubi fimilia adferuntur. Monuit etiam infra ad 2, 1, 46. de hac forma Schottus, quam praeterea valide fuffulciunt poetarum loca, uti Silii Ital. 2, 50. ubi v. Drakenb. Sidonii Apollin. carm. 2, 5. Adiuvant denique corruptiones librorum, qui modo fubiiciunt *fatigo*, modo *caftigo*, non in Mela folum, fed et in aliis vid. Muncker. et Oudendorp. cc. ll. qui de *caftigare* multa dabit.

adductior) Lipf. *abductior*, ut edd. 9. 11. Ed. 6. *adductor;* 7. 8. *adducitur.* Diftinctionem maximam, quam poft *adductior* pofuerant antea, bene fuftulit I. Gronovius. TZSCHVCKE. Non intelligo cur ita [*adductior. Vbi*] placuerit auctorem hunc fecare in membra nimis tenuia. Nonne enim multo lenius cohaeret? *et ideo ex fpatio paulatim adductior, ubi finitur, ibi maxime angufta eft.* I. GRONOVIVS. Secuti funt pofteriores.

§. 2. *Fertilis)* Molefte adpendunt *eft* edd. 15. 17. 20. 23. invitis etiam Codicibus. Ab *incolitur* ad *inceditur* evagatus eft Prag. TZSCHVCKE. Lipf. *eximiae*, et fic tam edd. antiquiffimae, [ed. 2. *exime*] quam Hermolai duae et Vercellenfis. [Notavi equidem 7, 8.]

Vossian. 2. *eximiae fertilitatis*, cui concinit Voss. 3. Non male forsan. Vide, quae de elliptico genitivi usu notavimus ad Sanctii Minervam 4, 4, 27. Ipse auctor infra 3, 7. de India in initio periodi: *Tam pinguis alicubi et tam feracis soli.* PERIZONIVS. Vulgatam desere re dubitavi, cum minime offendat. In Lips. τὸ *ae* solet litera *e* subiecta angulari linea exprimi, quae tamen modo abundat, modo recte habet.

Verum quod) Τὸ *quod* omittit Vindob. *Verumque quod* edd. 30. 32. *Vel quod* Olivariana, (25) a qua tamen recte gentiles desciverunt. Τὸ *quod* a Vatic. 5. plane abesse notatum erat. Ceterum verba *quod* — *animalium* parenthesi inclusit Reinoldius.

arenis) Cibin. Vindob. Prag. Rehdiger. Gud. *harenis*, uti editiones antiquissimae, etiam ex posterioribus aliquae, uti 31. (Vineti) 36. 37. Recentiores cum Schotto, Vossio sine adspiratione, in qua et alibi non libri solum, sed et cum Grammaticis viri docti ambigunt; vid. ad 3, 10. in. Equidem vulgatam repetii.

sitim coeli) Vossiani tres, Lips. Venet. Havn. Rehdiger. Zalusc. Gud. Prag. et ex edd. 15. 17. 20. 23. (cum qua et Vaticani consensisse videntur) *situm coeli.* TZSCHVCKE. *Sitim* legendum ex melioribus libris, non *situm.* Sallust. [Iug. c. 13.] *coelo terraque penuria aquarum.* Sic et Curtius [4, 7, 6.] de Libya prope Ammonis oraculum: *terra coeloque aquarum penuria est.* VOSSIVS. Miror, secutos illud [in lectione *situm*] Aldum et Iuntam. *Sitientes Afri* vel ex prima ecloga Virgilii notissimi. PERIZONIVS. Poetica locutio, quae in Mela recte fertur. Ita enim solent poetae hoc verbo uti. Virgil. Aen. 4, 42. de tractu Africae: *deserta siti regio.* Ovid. Metam. 15, 269. *Quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.* Eumen. pro restaurandis scholis c. 21. in. *Libyae arva sitientia.* Lucan. 1, 368. *Libyae sitientis harenae.*

quam frequens) Rehdig. *quam quia frequens.* Pro *cingitur* Prag. *angitur*, nempe ſimilitudine literarum *a* et *ci* in ſcriptura Langobardica deceptus. Exempla dabit alia index Curtii in ed. Snakenb. In Olivarianis quibusdam ante *ſeptentrione* abeſt *a.* Tum Vindob. Rehdig. ed. 2. *libicum;* Cibin. ed. 13. *lybicum.* Sic Cibin. *ethyopicum;* Vindob. *ethiopicum;* Prag. *ethiopum.* Hinc Pariſ. 2. *at ab oriente;* Rehdiger. *ab oriente athlanticum.* Poſterioris vocis eandem formam praefert prima Vadiani editio (16) et ex ea 18. Cibin. Vindob. *athalanticum.*

§. 3. *In ea parte)* In ſolo Voſſ. 3. non optimae notae, teſte Perizonio, *ab ea parte;* reliqui, quos coſuluerat ipſe, et contulerat Goetzius (Vaticani ad ed. 23.) *in ea parte.* Quod conſciis oculis novi in ed. 23. adſcriptum erat *in ea parte proxima in illo ſita pr.* cum ſigno eo, quod Vaticanum tertium indicat, qui alias peioris notae eſt, et cum Pragenſi plerumque concinit. Tum vero etiam Vaticanus 1. isque optimus habuiſſe videtur *ab ea parte,* quod etiam diſerte notatum erat ex Vindob. et a Dukero ex Oxon. At reliqui ex meis, etiam conlati cum editionibus diverſae lectionis *in ea parte,* uti Venet. Havn. Zaluſc. Pariſ. 1. 2. (tertius *ab* — igitur habuit) *In ea parte* notat etiam ex ſuo Cd. Ciacconius. Editiones omnes a primis inde dant *ab ea parte,* ad I. Gronovium usque, qui repoſuit *in ea parte,* quod Voſſius dare voluit, nec tamen vere dedit. Ita enim in nota ſubiecta: *In ea parte,* inquit, repoſuimus ex libris melioribus, cum ante legeretur: *Ab ea parte.* Et recte monet Perizonius, nullam fuiſſe rationem, cur contra Codicum conſenſum olim maluerint: *Ab ea parte.*

proxima Nilo) duplex hic notatur maxime discrepantia lectionis. Primum multae editiones poſt *proxima* ſubiiciunt *eſt* duce Vadiano, quem cum ſuis

ſecuti etiam ſunt Vinetus et Schottus. At recte omiſerunt poſt Vadianum edd. 21. 28. Olivarianae et inde a Voſſio reliquae. Scilicet id Codices ignorant et Melae oratio negligit. Deinde pro *Nilo* varia, cum appendice etiam, ſubſtituunt. Perizoniani omnes *in illo provincia* praeter Voſſian. 3. qui habuit *Nilo*. Quod de Goetzii conlatione adfirmat Perizonius, quomodo intelligi debeat, in ſuperiori nota expoſui. Ex meis Pariſ. 1. 2. Rehdig. Lipſ. Gud. (hic etiam *provintie*) *in illo provincia;* Havn. Vatic. 3. Prag. *in illo ſita provincia;* Cibin. *nullo provincia.* Sic pro *Ilio* infra 1, 18, 3. edd. quaedam ſcribunt *illo*, omninoque libri nomina propria in adpellativa mutare lubenter ſolent, cuius moris exempla dabo plura ad 2, 3, 1. in voce *Peneus*. De *Nilo*, quod habent alii Codices, nemo haeſitet. Ante pro *adiacet* dat etiam Vindob. *adiacent.*

quam Cyrenas) Rehdig. *quas quam cyreneas;* Zaluſc. *Cirenes;* Vindob. *cirenas;* Venet. *Tyrenas.*

dein) Sic notat A. Gronov. et Mediol. Leid. Chiſ. Ciacconius ex ſuo, ex ſuis Voſſius, quibus addo Vatic. 1. Alii, quantum novi vel ſuſpicor, *deinde*, uti certe Rehdiger. Lipſ. Gud. cum edd. ante ed. 44. A. Gronovii. Parum utique refert, utro modo legas. Poteſt omiſſum eſſe compendii ſignum, poteſt eſſe additum. Sic enim Prag. *dein*, ut infra 1, 7, 2. idem, qui et hic ſubiicit deinceps *cum tocius.* Praetuli tamen illud, aut potius propagavi cum melioribus libris, Vaticano maxime, quod et fecerunt alibi interpretes docti, de quo vid. Drakenb. ad Liv. 3, 3, 6. et quos ibi laudat, Gronov. ad Liv. 4, 32, 5. et Cort. ad Salluſt. Iug. c. 20. 23. 25. Adde quae ſupra 1, 2, 2. infra 1, 8, 1. notavi; et alibi paſſim, cum utrumque promiſcue in libris feratur.

Africa) Abfuit a libro Ciacconii. Ante Rehdiger. *indictum* pro *inditum.* Poſt idem *Numidie.*

Mauri et) Tò *et* ſine Codd. addidit Voſſius, unde reliqui ſervarunt. Ignorant eam praeter edd. antiquas et mei Codices, et forte Zaluſc. ſolus habuit conlatus cum ed. Voſſii, ſi ex ſilentio conlatoris coniecturam facere licet, quod idem et in conlatione ed. 2. ſuſpenſum me tenet. Expellere tamen dubitavi, cum ſenſus diſtinctior eam exigere videatur, uti eodem in nexu ſupra 1, 2, 3. in libris adpoſita adparet haec particula. Sic paullo inferius hic: *Hi et reliqua huius* —

Nigritae) In huius nominis forma varie a vera ſcriptura aberrant Codices. Perizoniani omnes *Tigritae*, et ſic Vatic. Vindob. Havn. Gud. Oxon. tantum ex his aliqui *tigrite;* Rehdig. Cibin. Pariſ. 1. 2. *tygrite* vel *tygritae;* Lipſ. Oxon. inter verſus et Codex in ed. Schotti a Voſſio notatus, *Zigrite;* Pariſ. 3. *Cygritae;* Prag. *tygrites;* Venet. *trogoditae.* Solus Zaluſcianus *Nigritae*, uti edd. antiquae inde a 3. 4. 5. et ſic reliquae praeter 1. 2. 9. in quibus legitur *Cigritae. Nigritae* unice verum eſt, uti etiam adparet ex lib. 3. c. 10. §. 3. et 4.

Pharuſii) Etiam hoc nomen male adfectum eſt a librariis. Perizoniani, Vatic. 1. 3. Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Havn. Venet. Rehdig. Zaluſc. Lipſ. Gud. Prag. *Caruſii;* Vindobon. *taruſii.* Melius infra 3, 10. 3. habuerunt. Edd. recte *Pharuſii.* Tum Zaluſc. omiſſis vocibus mediis ita: *Càruſii, usque in Aſiae confinia procedunt.* Poſt Rehdiger. *Hi et reliqui.* Havn. Pariſ. 2. et Gud. *Aſiam confinia.* Prag. *poſſidetur.*

§. 4. *At ſuper)* Lipſ. *Atque ſuper;* confuſione non inſolita. V. Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 4, 25, 23. Hirt. de B. Afr. c. 18. in. Verheyk. ad Eutrop. 8, 4.

27) *abluuntur)* Sic omnes Cdd. quos adhibuit A. Gronovius et tantum non omnes mei. Nempe in Prag.

et Havn. eſt *alluuntur.* Editiones inde ab antiquiſſimis dant *abluuntur*, dum Kappius in altera edit. repoſuit *alluuntur.* TZSCHVCKE. Eadem ſcripturae varietas ab Avo obſervata fuit apud Senecam *Hercule furente* v. 886. *Quodcumque abluitur ſolum Longo Tethyos ambitu;* ubi ὁ πάνυ e MS. Florentino reſtituit *alluitur. Alluuntur* etiam hoc loco reponendum eſſe, recte animadvertit doctiſſimus Oudendorpius, cuius venuſta atque elegans commentatio de verbo *abluere* huiusmodi eſt. A. GRONOVIVS. Tuto pede hanc locutionem, quaſi nihil ſcabritiei habentem, tranſiliunt interpretes, cum ea tamen mihi videatur ne Latina quidem. Sine dubio intelligit Auctor terras, ad quas fluit mare Libycum. Eas vero tam ſordidas eſſe et ſqualidas, ut adſiduo aqua marina debeant *ablui* et abstergi eluvie, aut continuo exedi et abradi non credo, nec quisquam ſanus credit ab auctore Geographo innui. Haec tamen et non alia ſignificantur verbi compoſitione *abluere.* Lib. 2. c. 1. *Sic ut notae ablui nequeant;* c. 2. *non abluitur cinis.* Propert. 2, 15, 26. *Niveos abluit unda boves.* Pro exedere ſeu abradere Seneca lib. 4. Nat. Qu. c. 2. *Ceteri omnes abluant terras et eviſcerent.* Quodſi verum eſt, ſicut eſt, facile liquet, locum in mendo cubare et reſcribendum eſſe invitis etiam MSS. omnibus *alluuntur.* Eaque macula inſidet multis ſcriptoribus, qua illos *abluere* iam ſaepius tentavi. Vide me ad Lucan. 6, 810. *Quem tumulum Nili, quem Tibridis adluat unda;* ubi tamen ſcripſit Burmannus: *Abluere vel alluere de praeterlabente fluvio dici ſolet.* At prius de eo dici omnino nego. Adde me ad Frontinum 1, 4, 7. *Alterum latus eius mare adlueret;* ubi idem erat vitii. Recte editur 1, 18. f. *Nec iam adluit terras mare.* Et ſic primus et ſecundus Voſſ. In reliquis MSS. et edd. ibi quoque *abluit.* Item lib. 3. c. 1. *Radices eiusdem adluens Durius*, bene cum iisdem Voſſ. Ceteri et edd. veteres *abluens.* Eiusdem libri cap. ult. *Frons mari Atlantico adluitur*, ubi tamen, ut hic, conſtanter MSS.

et edd. *abluitur.* Non minus ergo, quam illis locis, hic quoque *ad* erat emendandum et pluribus locis id restituendum. Sic lib. 2. c. 1. *Boryſthenes gentem ſui nominis abluit.* At illic Voff. duo optimi Vatic. et Dorvill. *adluit* vel *alluit* exhibent, ut debent. Lib. 2. c. 2. *Praevectisque Maſtuſiam ſinus intrandus, qui alterum Cherſoneſi latus ablueus iugo facie vallis includitur.* Sic enim legendum e MSS. Prave Voſſius aliique edidere: *Praetervectisque Maſtuſiam tum.* Ceterum Voff. ſecundus ſolus hic *allueus.* Lib. 2. c. 3. *De locis atque urbibus, quae mare non abluit.* Idem error inſidet tum alios, tum vulgatos Avieni libros deſcr. orbis v. 887. *Caſpinam late terram ſuper abluit unda;* et v. 1105. *Abluit aeſtus Perſicus hanc.* Quo ultimo loco tamen récte *adluit* dedit iam editor Anglus. Et paſſim MSS. variant, uti etiam in Caeſ. B. C. 2, 1. Sed plus ſatis de his compoſitis *abluere* et *alluere.* OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Rectiſſime de his vocibus expoſuit terſiſſimi iudicii vir Oudendorpius. Commutationem crebram et paene vulgarem eſſe, docent multa ſcriptorum loca et interpretum monita. Sic Curt. 5, 4, 7. *Medus fl. — quidquid adluit floribus veſtiens,* ubi Cod. Palat. *abluens* contra rem ipſam aperte pugnans. Sic apud eum alibi Codices quidam corrumpunt, veluti 9, 4, 8. 4, 14, 9. 9, 6, 20. Sic *adluere* emendat in Iſidoro de natura rer. c. 47. Muncker ad Hygin. poet. aſtron. lib. 1. c. 8. At quis ſingula in primis poſt largam Oudendorpi disputationem hic et ad Lucan. c. l. vano ſtudio recenſeat? Vid. qui de hac mutatione monuerunt praeter Oudendorpium ad Lucanum etiam et Burmann. 3, 202. Staveren. ad Hygin. poet. aſtron. 3, 30. p. 532. et 2, 32. p. 483. Drakenb. ad Sil. Ital. 11, 14. et ad Liv. 26, 44, 10. ubi etiam de diſcrimine horum verborum ſimul expoſuit et Melae loca variata notavit; Heyne ad Virgil. Georg. 2, 158. — Cf. etiam infra hic ad 2, 1, 6. 2, 2, 8. 2, 3, 4. ubi *adluo* multi Cdd. uti 3, 1, 7. Cibin. 2, 1, 7. At

omnino notum eſt, quam ſaepe et facile in compoſitis *ab* et *ad* mutentur. Hic ex natura et vi vocis compoſitae legi debet, *adluuntur*, uti et melius ſcribitur. Probavit etiam hanc Oudendorpii in noſtro loco emendationem Garatonius ad Cicer. pro Roſcio Amer. c. 26.

Libyes Aegyptii) Sic plane legit Cibin. et teſte A. Gronov. Chiſ. nec aliter legiſſe videntur ex ſilentio Vaticani et Venet. et eadem terminatione Pariſ. 1. 2. 3. *lybies aegiptii.* Voluit etiam dare Rehdig. in quo eſt *libies egyptui.* Prag. item, qui habet *Libici et egipcii.* Perizonius ex ſuis adfert tantum *Libyes Aegypti* et idem in ſubiecta nota Dukerus ex Voſſ. 2. 3. 4. 5. Oxon. Perizon. et Lipſ. (*Egypti* hic) Accedunt ab A. Gronovio conſulti, e quibus Leidenſ. *Libiens Aegypti;* Gud. *Libyes Aegypti;* (immo accuratius *egipti*, ut ego legi) Mediol. et qui ipſius fuit *Libyes Aegypti.* Sic et ſimplici *i* ex meis Vindob. *libies egipti;* Zaluſc. *libies Egypti;* Havn. *Lybyes et Aegipti.* Edd. omnes diviſe et duplici *ii* in *Libyes Aegyptii* conveniunt ad Voſſium, qui poſuit *Libyaegyptii*, et ſic edd. 40. 41. 42. Hinc prior lectio revocata eſt. Reinoldianae tantum, etſi ſeparatim utrumque, exhibent tamen *Libyes Aegypti.* TZSCHVCKE. Legendum *Libyaegyptii ſunt*, et *Leucoaethiopes* ut alii. VOSSIVS. Voſſius, et qui eum ſequi ſolent, una voce ediderunt *Libyaegyptii*, quia ſic alii auctores eos vocent. Sed MSS. Melae et edd. priſcae legunt diviſis vocibus *Libyes Aegyptii* vel *Libyes Aegypti.* Prius adoptant edd. nec ulla eſt ratio, quae nos hic cogat, alios potius ſequi, quam ipſius Melae MStos, qui diſertius et explicatius hos populos voluit deſignare. PERIZONIVS. Nempe *Libyaegyptii* eſt etiam apud Plin. 5, 8. etſi et ibi Cod. MS. teſte A. Gronovio ad noſtrum locum *Libyes Aegyptii* exhibet. Λιβυαιγύπτιοι etiam Ptolem. 4, 5. uti eadem forma Liv. 21, 22, 3. *Libyphoenices*, qui Ptolemaeo 4, 3. diviſe ſcribuntur Λιβυκοὶ Φοίνικες. Sed et diviſe regio

gentis vocatur ab Orofio 1, 2. p. 18. Hav. *Libya Aegyptia.* Servetur igitur et hic librorum forma et ratio. Mox pro *Leucoaethiopes* Vindob. *lucoethiopes.*

Gaetuli) Vindob. Cibin. Rehdig. Prag. et forte alii *Getuli* cum edd. antiquis 1. 2. 3. 4. 5. 6. et plurimae aliae, etiam Vinetus. Sic in Hirtio de B. Afr. c. 32. ante Oudendorpium, in Havercampi Orofio 1, 2. p. 30. et Γετοῦλοι in Dione 43, 4. etiamnunc exhibetur. At alii Graeci et Latini diphthongum ponunt, inſcriptiones etiam, uti apud Reineſium in ſyntagm. inſcr. antiqu. claſſ. 8. n. 9.

perpetuo tractu) Vindobon. *tracctum;* Prag. *perpetuo tracha inhab.* Mox *primum* idem pro *primos.*

Garamantas —) Vindob. *gramantas;* Prag. *garamanthas.* Pro *Augilas* Cibin. Venet. Rehdiger. uti edd. 15. 17. 20. 25. *Angilas;* Prag. *Angillas.* Aliae corruptiones, lepidae etiam, commemorabuntur infra ad c. 8. §. 5. Ceteri libri, etiam editi, uſitatam formam cum litera *i* retinent, quae et verior certe probatior ſcriptura eſſe videtur. TZSCHUCKE. Voculae *poſt* diſtinctionem ſubieci vitandae ambiguitatis cauſa, ne quis ab ea regi putaret *Augilas.* PERIZONIUS. Itaque ego feci.

Trogodytas) Vindob. Cibin. Rehdiger. Lipſ. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Prag. Leid. A. Gronov. *Trogoditas* habent. Venet. Mediol. *Trogodytas.* Omnes hi omiſſo *l,* uti de ſuis etiam monent Ciacconius et Voſſius, quod inſerunt contra editiones etiam antiquiſſimae, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. et reliquae. Praeeunte Reinoldio expulit A. Gronov. in edd. 44. 45. quem ſecutus eſt Kappius. Videntur tamen etiam habuiſſe Cdd. Vaticani, Havn. et Zaluſc. ſi recte hic ſiluerunt conlatores. Atque *Troglodites* ex Voſſ. 2. refert

Perizonius ad Ciacconii notas h. l. Eadem variatio infra cap. 8. §. 5. TZSCHVCKE. *Troglodytas.*) Strabo ſine *l* *ſemper*, *Trogodytas.* PINTIANVS.. Vtrumque rectum eſt τρωγοδύται et τρωγλοδύται. Nam τρῶγας Heſychius interpretatur τρώγλας. Errat vero Salmaſius, [ad Solin. c. 56. ſ. 60. p. 894.] cum putat, illos dixiſſe τρώγη et τρώγλη. Prius enim illud non eſt Graecum. Sed credidit Heſychii τρῶγας eſſe a recto caſu τρώγη, cum ſit a τρὼξ, τρῶγος. Hinc ἀμφίτρωξ πέτρα Euripidi Cyclope [v. 702.] Ἄνω δ' ἐπ' ὄχθον εἶμι, καίπερ ὢν τυφλὸς. Δι' ἀμφιτρῶγος τῆςδε προςβαίνων ποδί. Ita vetus Codex Florentinus, non ut vulgo δι' ἀμφιτρίτης, quod ferri hoc loco non poteſt. Attamen neque manuſcripti lectio ſatis hoc loco placet. Omnino exiſtimo ſcripſiſſe Euripidem δι' ἀμφιτρῆτος. Non enim utrimque exeſam, ſed utrinque perforatam fuiſſe iſtam petram voluit dicere Euripides; neque enim alias perforata fuiſſet. VOSSIVS. Etſi lubenter largior Voſſio, τρῶγας Heſychii eſſe a caſu recto τρὼξ, uti hoc ſenſu ſolius Heſychii auctoritate nititur, ita potius per metaphoram ad hanc ſignificationem transvectam eſſe, forte a ſcriptore aliquo, arbitror, ita ut uſitatius verbum in hoc nexu minime negligi poſſit, cum et alii auctores eadem forma efferant, Graeci inprimis, quos ſectari ſolet noſter. Sic Herodot. 4, 158. Sic Strabo lib. 1. in. et alibi Ptolemaeus 5, 10. 4, 8. Homerus in Batrachom. v. 52. 205. Plin. 2, 106. ſ. 105. et alibi Oroſius 1, 2. p. 30. Haverc. Suidas ſ. v. τρώγλη et ipſe Heſychius et alii. Evincunt etiam cognata verba, quae huc refert Salmaſ. ad Solin. c. l. et Rhodius ad Scribon. Larg. p. 154. Quod enim adfirmat Pintianus, in Strabone ſemper ſine *l* efferri, aut erravit, aut ſuum aliquem Codicem reſpexit. Certe fides ſit penes illum, uti exiſtimat etiam Ortelius in theſ. h. v. Nam vetus interpres Latinus per *l* effert. Voſſii opinionem de promiſcua forma utraque iam ante expoſuerat Turnebus in adverſar. 24, 42. p. 856. Heſychii unius fide nixus, et de exclu-

dendo adeo *l* fert ſententiam. Accedit huc, quod hanc literam interponunt editiones primae. Quare revocavi exſulem.

Atlantas) Ita omnes libri et ſcripti et editi, tantum aliqui *athalantas*, uti Rehdiger. Vindob. *athlantes*, in quibus Cibin. et ſic per *th* quaedam editiones. Verior tamen lectio videtur eſſe *Atrantas* vel *Atarantas*, de qua vid. ad 1, 8, 5. Vulgatae tamen exturbatae eam ſubſtituere dubitavi.

Intra) Expende, an ſit commodior lectio: *Vltra, ſi credere libet*, hoc eſt, Oceanum verſus Aethiopicum. PINTIANVS. Dubitant quidam, legendumne ſit *ultra*. *Intra* tamen melius eſt. Sic enim cap. 6. *Interius et longe ſatis a litore*. CIACCONIVS. Ita [*intra*] lege, non *ultra* cum Pintiano. *Intra* hic eſt interius et remotius a litore, ut ſemper. VOSSIVS. Bene habet vulgaris lectio, quam et calculo ſuo probat Perizonius. Poſt pro *libet* ed. 28. *licet*. Peius Prag. *ſe credere libent iuxta iam*. Tum Gud. *magis quam ſemiferi;* Lipſ. *ſemifere*. Ceterum a voce *Intra* cap. 14. exorditur Vinetus.

Aegipañes) Sic Cd. Ciaccon. Venet. Gud. aliique. Cibin. *aegypanes*. Sic edd. antiquae inter utramque vocalem fluctuantur. Lipſ. Vindob. *egipanes;* Rehdig. *egypanes*. Longius abeunt Prag. Havn. in quibus *Argipanes*.

Blemyes) Diverſis formis hoc nomen ex libris egreſſum eſt. Codices A. Gronovii et mei haec effinxerunt. Gud. *Blennos;* Leid. *Blenpes;* Voſſ. 1. *Blemnos;* Abr. Gronov. Pariſ. 2. Venet. Havn. *Blemios;* Mediol. Chiſ. Oxon. et margo ed. Hermolai conlatae, Cibin. Vindob. Rehdig. Lipſ. Prag. ad veriorem ſcripturam propius *Blemies*, quod etiam in ed. 25. adſcriptum erat ſine ſigno tamen Codicis. Vaticanus et alii veteres teſte Voſſio

Blemyes, quod et ex ſuo MSto notat Ciacconius, et in margine edd. 27. 29. quae libri ſcripti lectiones exhibent; Pariſ. 3. *Blemmiae*. Nempe in Pariſ. 1. haec et proxima utrimque verba deſiderantur. Nec minus vitiant editiones. *Blemmiae* habet 1. et quae eam repetit fere 9. *Blemmiè* 11. *Blemyae* 13. *Blemmyae* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. et ſic pleraeque. Voſſius poſuit *Blemmyes* in textu quidem (nam in nota voluit *Blemyes* dare) et ſic ed. 40. 41. 42. Reinoldius *Blemyes*, quod inde ab A. Gronov. (44.) remanſit. TZSCHUCKE. Stephanus unico *m* et quinta apud Graecos inflexione *Blemyes*, cui ſubſcribunt Dionyſius Byzantius [v. 220.] et Theocritus [7, 114.] primam corripientes. Strabo [lib. 17. in. et poſt] duplici *m*, a quo ſtat Suidas. *Blemyae* Martianus Capella [lib. 6. p. 218. ed. Grot.] una tantum et prima inflexione. PINTIANUS. *Blemyes* reſcripſimus [at in textu legitur *Blemmyes*] ex Vaticano et aliis veteribus. Nunquam niſi vitioſe *Blemmyae* vel *Blemyae* vocantur. VOSSIUS. Miror in textu etiam nunc editum reperiri *Blemmyes*, quum MSSti praeferant *Blemies*, ut monuit iam Voſſius, et poetae primam corripiant docente Pintiano. PERIZONIUS. Si poetarum rationem intuearis, praeferendum utique videtur ſimplex *m*. Praeter loca, quae iam Pintianus excitavit, idem docent Nonnus Dionyſ. lib. 17. f. Claudianus in epigr. de Nilo v. 19. Priſcianus v. 209. et alii. Proſaici fere auctores librariis quidem ducibus geminant eam literam, uti praeter ſuperiores Plinius Harduini 5, 8. Solinus Salmaſii c. 55. ſ. 51. Ammianus 14, 4. (*Blemmyarum*) ex ed. Valeſii, Ptolem. 4, 8. Agathemer. 2, 5. Etymol. M. h. v. Zoſimus 1, 71. et alii quidam. Simplici tamen etiam in his paſſim effertur, uti in Procopio de B. Perſ. 1, 20. Mamertini Genethl. Maxim. c. 17, 4. Vopiſci Aureliano c. 33. 41. et in Probo c. 17. ubi tamen Salmaſius malit duplex *m*, ob Graecorum exemplum, in quo fallitur aliquatenus. Contra ex poetarum auctoritate ſimplex rectius tuetur Valeſius

ad Ammianum c. l. Cf. etiam Cellarius in Geogr. ant. 4, 8, 16. p. m. 984. et infra ad 1, 8. f. At magis in terminatione haesitavi retardatus loco 1, 8. f. ubi *Blemyis* in dativo legitur, uti apud Plinium 5, 8. qui quidem a *Blemyae* ductus est. Vt igitur Mela sibi constaret, reposui cum editionibus priscis *Blemyae*, etsi vitiosum hoc pronuntiat Vossius, quod nec plane repellunt Codices et Latini fere praeferunt. *Blemmyas* enim, quod est in Plinio et aliis, non necessario ex Graeca ratione accipi debet.

Gamphasantes) Sic Cod. Ciaccon. Mei fere corrupte efferunt. Cibin. et Paris. 2. *Gampasantes;* Vatic. 1. *Gampasamtes;* Havn. *Gampantes;* Vatic. 3. Paris. 3. Prag. *Gampanites;* Lips. *Gampasanites;* Venet. *Gannipanites;* Gud. *ganipasanites;* Vindob. *ganipasates;* Rehdiger. *Gapasanites.* Ex edd. 1. 9. *Gampasantes.* Post *Gamphasantes.* Similes corruptiones recurrunt infra 1, 8. f. Quae lectio proba sit, cum haec gens a Graecis auctoribus plane ignoretur, difficile est dictu, Praestat tamen sequi ex Codicibus optimos et primas editiones, quibus accedit auctoritas Plinii 5, 8. et, qui Plinium ex more reddit, Solini c. 34. f. 31. a quibus paullum deflectit Martianus Capella lib. 6. p. m. 218. (hic enim *Camphasantes* vel in libris *Campasantes.*) Iis igitur auctoribus retinui receptam hodie lectionem.

sine tectis ac sedibus passim) Hoc ordine verba exhibent omnes Codices ab aliis et a me consulti. Tantum A. Gron. Vatic. 3. Prag. *sine tecto*, et quem I. Gronovius consuluit: *Sine tectis sedibus ac passim vagi.* At editiones relicto illo ordine dederunt inde a primis 1. 2. 3. 4. 5. 6. — *sine tectis passim ac sedibus vagi;* praeter 15. 17. 20. 23. quae a Codicibus stant. Post primus cum Codicibus τὸ *passim* ad locum aptiorem iterum revocavit Reinoldius et hinc A. Gronov. in ed. 44. unde remansit. TZSCHVCKE. Ad Melae manum

ſi attendas, rectius abeſſet τὸ *ſedibus. Sine tectis paſſim ac vagi*, ut lib. 1. c. 8. *paſſim ac ſine lege diſperſi.* Et ibidem: *confuſo parentum coitu paſſim incertique.* Sed in ſcripto codice legi: *ſine tectis ſedibus ac paſſim vagi.* Mediol. *ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi;* Mediol. *ſine tectis ac ſedibus paſſim*, ut et Iuntina editio. I. GRONOVIVS. Ita Gronovius. Sed ſcire velim, quid iſtaec loca ad rem faciant, aut quomodo ex iis effici poſſit, ut τὸ *ſedibus* redundet? Si putat tecta et ſedes idem notare, fallitur, cum ſedes accipiantur pro fixa habitatione. Ita multi Indi, licet tectis careant, ſtatas tamen habent ſedes. Scythae vero Hamaxobii, licet tectis non careant, ſtatas tamen non habent ſedes. VOSSIVS *in appendice* ad h. l. At quot ſic, regulis ac definitionibus abundarent Latina vocabula, ſi fuiſſet Voſſius Romanus Grammaticus? Credimus autem et alia, et praeſertim iſta, Scythas Hamaxobios non carere tectis? Quid ergo illud Iuſtini? [2, 2, 3.] *Nec domus illis ulla aut tectum aut ſedes eſt.* Si Voſſii expoſitionem admittamus, furta ab coelo tantum et aere timuerunt Scythae, et furti tamen crimen apud eos graviſſimum. Quaſi vero tectum non ſumeretur, niſi ſuperne, neque *tegere latus* etiam diceretur. Certe Latina lingua negabit, eum, qui ſtatas ſedes habet, poſſe dici tectis carere; quum nunquam aut ſedes tales ſine tectis intelligantur, et tectum in illis gentibus dicatur non modo de operimento plauſtrorum ab aere et contra imbres hiememque, ſed et ſimul ab latere contra feras unde et Hippocrati [de aeribus, aquis — c. 10.] περιπεφραγμέναι dicuntur. Exempla poſita docere debent, voculae *paſſim* praemiſſae amare Melam ſubnectere adiectivum cum copula idem fere ſignificans, ut deſcriptionem rei clarius exponat, quod videtur in hoc loco etiam feciſſe. I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 77. Non eſt, quod propter verborum ordinem haec ſollicitemus, quum MSti omnes, quos vidi, ſeptem numero, tum Vaticanus aliique, denique Aldina et Iuntina, ut iam tradidit Voſſius

in appendice, legant hoc ordine *ſine tectis ac ſedibus paſſim vagi*, quod et ego recepi. PERIZONIVS. Apto loco poſitum eſt in Codicibus, quia ſic utrumque adficit; certe, ſi vel idem editorum librorum ratione intelligi poſſit, ſcripti tamen certe non deſeri debent. Totius loci ſenſum ſatis explicat Iuſtini locus, ab ipſo Gronovio productus. Vagorum hominum deſcriptionem cumulatis his vocibus noſter efficacius declaravit.

terras quam habitant) Prag. *potiri terras quam poſſident;* Venet. *terram.* Pro habitant Codd. quidam, uti Gud. et antiquae edd. omnes, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. cum Camertinis, Vadianis, Olivarianis. Vinetus *habitant* cum Schotto, Voſſio, et hinc ceteri. Nempe voluerunt priores ſimilitudinem ſoni conficere ab utraque verborum extrema parte.

§. 5. *Haec —*) Ante haec verba in Cd. Veneto maiusculis literis haec leguntur: *Deinde Pomponii Melae Summaria orbis deſcriptio finit. Incipit particularis orbis deſcriptio, et primo ingreſſus noſtri maris in terras ex oceano et deſcriptio Africae.* Ita fere faciunt etiam alii. Zaluſc. haec: *Praenotati Epilogi commendatio exactaque dicendorum Intentio.* Pariſ. 2. *Incipit particularis pars orbis deſcripti praelibati autoris, et primum ingreſſus noſtri maris in terras ex oceano ac affricae diſcurſus.* Lipſ. rubro colore: *Horbis deſcriptio particularis.* Gud. rubro etiam colore: *Incipit deſcriptio particularis orbis.* Prag. eodem colore: *Finitur ſumma orbis noſtri. Nunc exactius ora et littora ſtrinxit.* Rehdiger. literam *H* coeruleo colore diſtinxit. Segmentum reiicit Cibin. poſt *Partium.*

maximae) Cibin. Lipſ. Gud. Prag. — *maxime,* uti in praefatione variatum vidimus. At *e* pro *ae* promiſcue codices ſaepe, uti quidam poſt *he.* Verum eſt ex

ſenſu et conſilio auctoris *maximae.* Dixit enim non tam partes, quam *partium maximas.* Ante Havn. *Summa noſtri maris, orbis hac.* In ſequentibus poſt *inde* Prag. omiſit τὸ *eſt*, et Vindob. legit: *commodiſſimum dicere incipere*, languido ſubplemento. Pro *oras ſitusque* Ciacconius ad praef. 2. inde et hic legi forte poſſe ſuſpicabatur: *Oras litusque.* Absque cauſa iuſta; melius certe *litoraque;* ſed procul a libris recedit.

ab iis) Sic et antiquae edd. At 1. 9. *ab his*, uti Codd. Cibin. Rehdiger. Vatic. 1. Lipſ. Gud. Prag. Ita ſaepe in his pronominibus accidit. Aptius eſt *iis*, quia ſuperiora reſpicit. Vinetus pro *et ab iis* dedit *at ab iis*, minus bene. Pro *dextra* Vindob. *dicta.*

quae in mare attingunt) Ita omnes veteres libri etiam Vaticanus teſte Voſſio et Perizonio praeter Voſſ. 5. qui τὸ *in* omittit. Sic, quem Dukerus Voſſiano 3. addit, Oxon. Ex meis omittunt etiam Vindob. Rehdig. Pariſ. 3. Prag. et ex ſilentio conlatoris in edit. 23. Vatic. 3. uti edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. omninoque omnes ad ed. 40. Hinc in ed. 41. inſeruit ex MSS. uti dicit, I. Gronovius et reliqui ſervarunt. TZSCHVCKE. Iungitur ſane aliquando verbis compoſitis in conſtructione etiam alia praepoſitio, quam cum qua ſunt compoſita, ut oſtendi ad Sanctii Minervam 3, 3, 9. Sed tamen neſcio quid duri et inſoliti praefert illud *attingere in mare*, quum et ipſe auctor paſſim, etiam hoc ipſo in capite, aliter loquatur. Secutus ſum itaque hic priſcas edd. quae vulgatam lectionem [absque *in*] nobis reliquerunt. PERIZONIVS. Vereor ut Latinum ſit *attingere in mare* pro *ad mare*, ut aliquoties noſter cum aliis. Quid ſi legamus *intus mare*, ut clarius deſignet, quale intelligat mare, et diſtinguat ab Oceano, nempe *interius.* Quomodo vocat cap. 8. mediterraneum. OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Phraſis

attingere in mare Latina non eſt, ideoque vel cum Perizonio *in* delendum, quod propter ſequens *m* vocis mare facile irrepere potuit; vel, quod malim, pro *in* legendum eſt *noſtrum*. Nam 1) Mela de locis ad mare mediterraneum ſitis loquitur, quod nemo in dubium vocaverit. 2) Mela ſaepiſſime mare mediterraneum appellat *noſtrum*, ut ex locis in indice ſub *Noſtrum* allegatis apparet. 3) Nihil eſt frequentius apud ſcriptores Latinos hac appellatione v. c. Caeſar de B. G. 5, 1, 2. *in noſtro mari*. Tacit. vit. Agricol. c. 24. *noſtri maris inſulas*. Ampel. c. 6. *in noſtro mari* etc. ſicut Graeci τὴν ἔσω θάλασσαν appellare conſueverunt. Gellius 10, 7. 4) *Noſtrum* facile potuit in *in* corrumpi; nam compendioſe in MSS. ſcribitur vel *n* vel *nr*. Coniectura Oudendorpii *intus mare* minus placet. KAPPIVS. Aliam coniecturam in proluſione ſcholaſtica (1790) propoſuit I. Aug. Muellerus, Rector Electoralis ſcholae Misnenſis, quae Specimen tertium animadverſionum in Melam exhibet. Dubitat enim, an *noſtrum mare*, quod tamen hic intelligitur, uspiam ſimpliciter, mare appelletur; cap. 6. §. 1. mare opponi continenti et locis interius et longe ſatis a litore ſitis, ut 3, 1, 4 et 5. ubi primam et generalem habeat ſignificationem, cum in hoc loco obponatur Oceano; quare, ſi Codices addixerint, malle ſe, *quae id mare attingunt*, ut remittat Mela ad ſuperiora. Placidam utique habet haec coniectura ſpeciem ex ipſo loci nexu et ſenſu conlectam. Non enim hic mare omnino indicatur, ſed mare certum paullo antea nominatum, ſic ut aegre deſideretur vocula, quae ad illud revocet. Attamen lenius remedium, ſi libros verearis, eſſe videtur, cum aliquibus τὸ *in* plane omittere, quam cum Kappio τὸ *noſtrum* durius repetere, aut *intus* inſolenti uſu pro *interius* obtrudere, cum uſitato nihil habeat, quo referatur. Omiſi igitur, quod volebat Perizonius, et codices quidam fecerunt, τὸ *in* natum ex augmento lineae *m* pro *n*, uti Lipſ. habet *īmare*. Praepoſitio enim *in* ab uſu linguae removetur, nec, ſi reti-

nueris, ad maris propiorem ſignificationem confert. Tum uti antea *litora* dixit, ſic nunc variationis cauſa *mare* de pelago interno, et ex nexu intelligi voluit.

curſus) Rehdiger. Vatic. 3. Prag. *rurſus;* Vindob. *curſu.* Tum Rehdiger. Gud. *ceperit;* Prag. *coepit.* Edd. 1. 2. 9. 13. *coeperat;* reliquae 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. — ut hodie praefertur *coeperit.* Denique Lipſ. *reddat.* TZSCHVCKE. Legendum exiſtimo *coeperat*, licet 3, 5. *curſu, unde coeperit, ſubinde repetito.* CIACCONIVS. Adparet ex ſuperioribus, id iam praeiviſſe editiones primas, ex quibus forte revocari poſſit, cum nulla hic cauſa adpareat, cur coniunctivus ponatur; niſi quis velit, temere traductam lineam per caudam literae *p*, qua omiſſa vel neglecta plura verba commutantur, uti docet praeter alios Drakenb. ad Liv. 39, 31, 4. Sic infra Prag. *operum* pro *opum* 1, 8, 44. Tum cum Pragenſi Cd. legendum ſit *coepit*, uti forte in loco, quem protulit Ciacconius; quo modo etiam ſoni ſimilitudo in exitu vicinarum vocum evitetur, cuius variatione ſuaviter Mela auribus conſulere ſolet. Et ſic in fine libri: *et unde initium fecimus.* At ibi de re facta et praeterita, hic de re, quam facturus erat. Tum lineola illa magis omitti, quam obtrudi ſolet. Denique unum Codicem nec eum optimae notae habet auctorem, et ſimilis ſonus non totam ſyllabam adficit, ut taceam, plura eiusmodi exempla in optimis inveniri. Aurium tamen etiam cauſa retinui *coeperit*, ita ut non coniunctivum habeam, ſed futurum ſecundum, quod exactum vulgo vocant.

CAP. V.

Inſcriptio capitis varia in libris ſcriptis et editis. Plerique Codices aut continua ſerie haec et ſuperiora connectunt, ut Cibin. aut intervallo disiungunt, veluti Pariſ. 1. 3. Alii titulo diſtinguunt. Pariſ. 2. *Particularis*

affricae descriptio; Gud. inverso ordine, *Africae descriptio particularis;* Zalusc. *Principium ab Ampelusia per oras Africae primo.* Post parvum intervallum edd. 3. 4. habent *Africa* literis distinctum maioribus; ed. 1. *Africae descriptio* praeponit. Pleraeque inscribunt Particularis Africae descriptio, uti recentissimae, subiiciuntque partim *Mauritania,* vel *Mauretania,* addito, a quibusdam in margine, etiam capitulum 4. uti 7. 8. 9. 13. et cap. 4. uti Ald. Iunt. vel capitulum et caput 5. Illud 11. hoc recentiores, in quibus capita numerantur. Vinetus adponit simpliciter c. 15.

§. 1. *contingeret)* Voss. 2. 5. Paris. 2. Gud. Prag. Rehdig. *contingit;* Voss. 3. *continget;* Voss. 4 *contingere.* Editiones omnes *contingeret.* TZSCHVCKE. Dubito, si satis recte ista vox [*contingeret*] se habeat, quum magna sit Codicum varietas. — An scripsit auctor, in quo saepius peccarunt librarii addendo, quae putabant sensum clariorem redditura, quam detrahendo quid: *Dictum est Atlanticum Oceanum terras ab Occidente contingere.* Sed non multum in his situm est, et idcirco facile ea relinquo cuiusque arbitrio. PERIZONIVS. Equidem nihil mutandum censeo, cum plerique legant *contingeret* iidemque meliores, omnes retineant τὸ *esse* et *qui.* Si quid mutandum sit, posuerim *contingat,* vel etiam simpliciter et ex auctoris ipsius mente *contingit,* atque hoc quidem cum libris. Sic, ut unum exemplum adferam apud Ciceron. de provinc. consul. c. 4. extr. vulgo legitur *hortaretur — clamaret,* ubi tamen MSS. tantum non omnes *hortetur — clamet,* probante Graevio. Antea Vindob. *athalanticum esse occeanum* post *leva* Cibin. Vind. edd. 21. 28. notis erroribus. Cibin. etiam *hyspanio,* qualia ferunt librarii.

Mauretania) Ita Voss. 4. Mediol. et Lips. Vindob. *Mauritanea.* Ceteri *Mauritania,* ut omnes edd.

ante A. Gronov. in ed. 44. quem ſecutus poſtea etiam eſt Kappius. De veriori forma disputatur. A. Gronovius, quo eam ſcripturam tueretur, nihil adtulit, praeter Cod. Mediceum, qui in Ptolemaeo 4, 6. pro vulgato Μαυριτανίαις habet Μαυρητανίαις. Cellarius in orthogr. Lat. T. 1. p. 236. (ed. Harleſ.) per *e* in numis et lapidibus ſcribi adfirmat, certe rarius in his per *i*, idem in Geogr. ant. lib. 4. c. 7. §. 1. De numis recte, uti docent, qui in Hadriani, Antonini Pii, et Commodi honorem cuſi exſtant; vid. Raſche in Lex. numar. T. 3. P. 1. p. 381 ſqq. et accuratiſſimus Eckhel in doctrina numor. P. 2. Vol. 6. p. 498. qui et ita ideo ſcribit conſtanter P. 1. Vol. 4. p. 155 ſqq. At in lapidibus utraque forma conſpicitur. Sic apud Gruterum p. 561. 482. in Muſeo Veronenſ. p. 241. et ſq. per *e* ſcribitur, in aliis et forte pluribus per *i*, uti apud ipſum Gruterum p. 495. n. 7. Reineſium 7, 31. 5. 58. Donium p. 201. n. 154. Gorium P. 2. p. 347. Muratorium 512, 2. 790, 1. Atque in hanc partem inclinant fere etiam Codices, uti docent conlationes a viris doctis factae. Ex quibus omnibus difficillimum iudicat Corte ad Salluſt. de B. C. 21, 3. ex illa librorum lapidum et numorum confuſione ſe expedire. Ipſe tamen dedit per *e*, ut alibi alii, veluti in Plinio Harduinus 18, 30. ſ. 12. 31, 43. ſ. 8. etſi parum ſibi in pluribus locis conſtitit, Weſſeling. in Antonini itiner. p. 2. Erneſti aliique in Tacito, Hiſtor. 1, 11. 2, 58. Iaegerus in Panegyr. vett. 5, 8, 6. p. 344. et alii. Vetuſtiorem ſcripturam per *e* cenſet Pierius ad Aen. 4, 206. Cf. etiam, quae adferunt Ryckius ad Taciti Hiſt. 1, 11. Voſſius ad Caeſar. de B. C. 3, 79. Dukerus ad Flor. 4, 2, 65. Cellarius c. l. cum Harleſii adnotationibus. At in eo falli videntur, quod in Graecis ι ſtatuunt, unde in *e* transierit, uti *Britannia*, Graecis Βρεττανία, aut etiam per ε, in quibus Pierius, cum potius η habuerit, uti docet Cod. Mediceus ſupra notatus et in primis locus Manilii 4, 729. ubi *Mauritania* antepenultimam producit, et rectius etiam

a Bentleio per *e* cum Cd. Lipf. fcribi poterat. Nempe ex pronuntiandi diverfa ratione per temporum intervalla η ι et ε in Graecis fic mutari folent, quod multis exemplis conlectis probavit Munckerus ad Hygin. 51. p. 89. et 225. p. 541. ed. Staveren. et notum eft hodie.

illa — haec) Ita, inquit Voffius, optimus nofter Codex aliique nonnulli. Perizonius haec: „Egregie fe nobis hic praeftat Voff. 1. qui fic diferte exhibet. Sed et in margine Schotti notavit Voffius ex vet. cod. *haec*, quod et Torinus in fua editione [9. at vid. poft] adfert. Denique in fuis Codd. veram lectionem inveniffe videtur, qui certe iam ante Voffium fic edidit." *Illa — haec* plane et aperte dat Cibin. Ceteri ex meis *illae — hac*, vel *ille — he*, tantum Parifienfes *illae — haec*. Editiones inde ab antiquiffimis fervant *illae — hae*, f. *ille — he*, ut 11. quod idem valet; 14. *ille — hae*. Quod de Toriniana fecus adfirmat Perizonius, fallitur. At *illa — haec* plane ed. 13. quod poft pofuit primus Vinetus, excepit Voffius, retinuerunt alii. Atque ita legendum cenfuerunt olim Pintianus, Ciacconius, etfi hic etiam addit: *primae partes Europae et Africae*. Prius praeferendum, quod concinniorem facit nexum fenfus: Hifpania et Mauretania primae partes, quarum illa ad Europam, haec ad Africam pertinet.

orae finis) Pofterior vox abeft in Cd. Florentino, ut ad edit. Voff. notaverat Fabricius. Vindob. *hore finis*; Cibin. *ore*.

Mulucha) In varias formas vertunt librarii. Vind. *Meluca*; Gud. *moluca*; Lipf. *mulaca*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *muluca*; 10. *Malucha*; pleraeque *Mulucha*, uti iam 6. 7. 8. Vid. etiam infra in fine capitis, et quae ex libris adpofuit Oudendorp. ad Frontin. 3, 9, 3. TZSCHVCKE. *Muluca.)* Scribendum *Mulucha*. [fic recte

ed. 1495. Gronovius dedit *Molucha.*] Nam Strabo [lib. 17. p. m. 569. f. 827.] vocat eum *Molochath.* [fic editio prima, non ut vulgo poft *melochath.*] Plinius [5, 1. f. 2.] tamen et Salluftius [Iug. 92, 5.] *Mulucha.* Phocas Grammaticus [in Putfchii Grammat. p. 1091.] *Neutro,* inquit, *genere barbara duo lecta funt apud Salluftium nomina fluminum, hoc Mulucha, et hoc Turia.* HERMOLAVS BARBARVS.

atque exordium) Cum in Voff. 1. [addo Cibin.] defit *atque,* in Dorvilliano *τὸ exordium,* videri poteft illud ex gloffa vocis caput effe natum. OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Videri utique nec temere poteft. At fervant omnes reliqui Codices, et in magno licet brevitatis ftudio talia tamen non fpernit Mela, veluti 1, 12, 4. *permutat ac mifcet;* 2, 2, 1. *ad ferociam et numerum, ut multi immitesque fint, maxime ferax;* et fic quaedam alia, quae amputatione facta tollere malint quidam. Cf. in disfert. de Mela c. 7. Hoc autem nexu optimi fcriptores, poetae etiam, metaphorico verbo proprium fubiiciunt et contra.

promontorium) Prag. Rehdig. *promuntorium,* atque fic omnino codices praeferre, adfirmat certe Schottus ad 1, 7, 1. optimos adeo Drakenb. ad Liv. 10, 2, 1. Sic infra 1, 7. in. Cibin. *promunctorio,* fed et Pragenfis. Cf. 1, 15, 1. et alibi paffim. Alii hic tamen vulgarem fcripturam retinent, illam pofuit Vinetus, a quo exceptam Voffius transtulit ad edd. 40. 41. unde A. Gronov. folitam et veterem reduxit. *Promuntorium* tamen fcribi maluerunt et alii, qui a *promineo* derivant, nefcio quo formae eius quidem praefidio nixi. Vid. Turneb. adverfar. 15, 18. Voffius in Etymol. L. L. h. v. Vulgarem formam tuetur Dausqueius in orthogr. P. 2. h. v. Cf. etiam Cellarius in orthogr. Lat. T. 1. p. 527. ed. Harlef. et ibi Heumannus.

Quod) Deest in Vindob. *Greci* dant idem et Rehdiger. Pro *Ampelusian* Prag. *Ampelusina;* ed. 8. *ampleusiam* inverso literarum ordine pro *ampelusiam*, quod habet Vindob. qui et addit *vocant*, et post omittit *appellant*. *Ampelusiam* etiam Rehdiger. et edd. quaedam, uti 1. 9. 13. 55. Alii codices et edd. servant terminationem Graecam; recte et ex usu Melae, utpote in verbo Graeco, quod et Graecis literis producunt 15. 17. 20. 23.

§. 2. *facer)* Vatic. 5. et Prag. *facrum*, quo genere *specus* positum videtur 2, 1, 3. Alias effert genere masculino. Cf. etiam ad 1, 19, 7. Sic utrumque genus obiiciunt libri in Valerio Max. 1, 2. ext. 1.

Tinge) Sic Cd. Ciacconii, septem illi quibus usus est Perizonius, itemque mei. Tantum Rehdig. *Truge*. *Tinge* etiam habent antiquae edd. in quibus prima et Vadianus, qui in altera editione mutavit in *Tingi;* et sic eius sectatores reddiderunt etiam 28. quae alias repetit 21, in qua *Tinge*, cum Olivario et Olivarianis, quibus accesserunt Vinetus et Schottus. Priscam formam restituit Vossius ab aliis post probatam. Attamen, invitis licet Codicibus, praetulerim posterius Vadiani iudicium, cum plus valere videatur aliorum auctoritas, quae et vetustioribus MSStis est munita. Sic nempe *Tingi* Plin. 5, 1. Antonin. in itiner. p. 8. ed. Wess. Τίγγις Ptolem. 4, 1. et Stephanus h. v. et hinc Τίγγιν Strabo 3. p. m. 96. s. 140. *Tingin* Sil. Ital. 3, 258. Τίγγι Marcianus in periplo p. 7. (Vol. 1. Geogr. min. Huds.) Post etiam ex mutatione hanc literam servavit, Τίγισις dicta ut narrat Procop. de B. Vand. 2, 10. Hinc etiam *Mauretania Tingitana* adpellatur. Inveterata tamen videtur esse haec in nostro forma et Codicum nostrorum aetatem superare, quia Boccatius in Genealog. Deorum 1, 13. ubi totum hunc Melae locum repetit, etsi prava accessione facta, ex-

hibet *Tingem.* Reveritus igitur Codicum constantem consensum, formam hanc, quam aliunde adsumere Mela potuit, reliqui.

pervetus) Vindob. *pervectus.* Edd. 7. 8. *pervertus.* Post Codices *Anthea*, *Anteo;* hoc etiam edd. 15. 17. 20. 23. Vera scriptura ex Graecis est exploratae veritatis. Tum multi inserunt *et* post *pervetus: et ab A.* in iis Voss 1. Vatic. 3. Paris. 1. Vatic. et Florent. Fabricii ad ed. Voss. Venet. Lips. Gud. Prag. quod reddiderunt edd. 30. 32. 34. 37. Melius abest, nec posuit Boccatius c. l. qui sic: *opp. pervetustum ab Antheo, ut ferunt, conditum.* Vindob. ordine verborum mutato: *ut ferunt ab Antheo.* Post idem *parina*, cuius causa latet in scripturae ambiguitate. Tum Lips. *Estat;* Paris. 2. *Extra rei.*

tergori exsecta) Magna hic obiicitur varietas in libris aeque atque in iudiciis interpretum. De prioribus haec: *tergore exsecta* adfert Vossius ex melioribus codicibus. At si Perizonium audias Vossianus 1. legit *tergori exsecta*, cum quo et hic concinit Cibin. ut nunc non solus sit Vossian. 1. qui, ut tunc recte iudicabat Dukerus, *exsecta* adferat. Reliqui Vossiani, Perizon. Oxon. Paris. 1. Vatican. 1. Mediol. Chis. Gud. Venet. Rehdig. Florentin. et Vatican. Fabricii, Vindob. habent *tergori exsecto* vel *execto.* Reliqui *tergore exerto*, in quibus Lips. Paris. 2. 3. pro quo dedit Prag. *trigore expto;* (sic) tantum ex Leid. praeterea notatur *tergori exserto.* Ex edd. antiquissimis sola Mediolan. *tergore execto*, reliquae cum sequentibus *tergore execto* ad Vinetum usque et hinc ad Vossium, quorum ille dedit *tergori execta*, hic *tergore exsecta* cum edd. 40. 41. 42. ed. 44. *tergori exsecto;* inde Reinoldio praeeunte A. Gronov. recepit in ed. 45. *tergori exsecta*, quod propagavit etiam Kappius. TZSCHUCKE. Legendum puto, *parma elephantini tergoris excedra.*

Eſt *excedra* ſive *excetra* durities ferro invicta, telis impenetrabilis, quaſi ſine caede, quod caedi nequeat, unde et per *ae* diphthongum magis ex etymologia ſcriberetur. Niſi mavis deductam a *cedo*, quod non cedat, etſi hoc genus etymologiae parum Quintiliano [1, 6, 54.] placeat. Hydra itaque Lernaea, multiceps malum, *excedra* vocata eſt a Plauto [Perſ. 1, 1, 3.] et a Cicerone ſecunda Tuſculana [c. 9.] Plinius 11, 37. [lib. 11. c. 93. ſ. 39.] *Elephantorum*, inquit, *tergora impenetrabiles ſetas habent.* Plinii vetuſtus Codex, qui in publica Salmanticenſis Academiae bibliotheca aſſervatur, non *ſetas* habet, ſed *eſcaſedras*, ut legendum videatur *excedras*. Hoc enim melius, quam quod Hermolaus emendat *quaſi ſetas*, inſipida nimis caſtigatione. Hinc et *cetra* genus ſcuti, ex corio praeduro facti, quod non cedat. PINTIANVS. Emendavi: *Exſtat rei ſignum parma elephantini tergoris excetra*, ex auctoritate Plinii. — Nunc illud addo, in antiquiſſimo Toletano apographo, quo in Plinio emendando uſus ſum, non *eſcaſedras* haberi, ſed *cetras* propalam, quod adhuc emendationem noſtram adiuvat. Et forte apud Pomponium aptius legeretur diviſa dictione: *parma elephantino tergore, ex cetra*, unde et *cetram*, ſcuti genus denominatum crediderim. Sed quia hoc commentum multis non ſatis placet, in aliam coniecturam, poſt longam in hac ſalebra volutationem, deveni, an hic non *execto*, ſed *exucto* ſcribendum ſit: hoc eſt, nullo prius humore madefacto. Plinius de Hippopotamo lib. 8. c. 25. [ſ. 39.] *tergoris*, inquit, *ad ſcuta galeasque impenetrabilis, praeterquam ſi humore madeat.* IDEM. Torſit hic locus eruditos viros, dum vocem *execto* emendare nituntur. Sed aut ea vox prorſus abundat, ut *ſit parma elephantino tergore; ingens et nulli nunc uſui habilis*, aut legendum *extento*. Paullus Diaconus lib. 4. de Mauris: *Scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia et tuta geſtabant;* ut ab eodem Mela Paullus ſua accepiſſe videatur. Strabo etiam lib. 17.

[p. m. 569. f. 828.] *οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς, ὡς ἀσπίδας, προβάλλονται, τὰς δὲ τῶν λεόντων, καὶ παρδάλεων καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται.* CIACCONIVS. Τὸ *exſecto* aliis delendum videtur; ego *tecto* tentabam, et e literis accreviſſe, ut ſolet, videtur a priore voce. Salluſtius lib. 4. Hiſtor. [p. 991. ed. Cort.] *De pecore coria recens detracta quaſi glutino adoleſcebant;* vel, *Cetera ex excetra,* quod in MS. eſt faciendum, ut *Cetera Graius.* SCHOTTVS. Et hic quoque locus mirifice viros doctos exercuit. Salmaſius in Plinianis [ad Solin. c. 25. p. m. 217.] legit: *elephantino tergore texta.* Sed profecto, quis unquam elephantorum terga texi audivit? Aliter quoque tentat hunc locum legere: *elephantino tergore tecta.* Et hoc male. Parma Antaei non erat elephantino tergore tecta, ſed ipſum tergus erat parma. Proba eſt itaque lectio meliorum huius auctoris codicum: *Parma elephantino tergore exſecta, ingens* etc. [Vid. ſupra.] Cui nota eſt duritia tergoris elephantini, et hoc quoque novit, illud non egere aut ligno aut alio quopiam firmamento, cui inducatur. Verum id eſſe manifeſte adparet ex Iſidoro, qui lib. 18. c. 12. Cetram interpretatur, *ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri et Mauri.* VOSSIVS. Hic haeſito, utrum eundem Codicem, Voſſ. 1. nunc quoque ſequar, an reiiciam. Certe legit ille *tergori exſecta.* Poſterius hoc adripuit Voſſius, neglecto priore *tergori,* quod tamen iſti emendationi ſuffragari videtur, et in quinque Voſſianis ac meo reperitur, niſi hoc quoque vir glorioſus *Magiſtellis,* ut mox loquitur, reliquerit. Sed tamen etiam vulgata lectio reliquorum Cdd. et Edd. defendi ſic ſatis poteſt. Nam *parma* haec dicitur *ingens,* quod confecta ſit ex elephantino tergore exſecto ex tota elephanti pelle. Frequens hic eſt uſus ablativi cum ellipſi praepoſitionis *ex.* Virgil. Georg. 3, 26. *In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto Gangaridum faciam — ac navali ſurgentes aere columnas.* Aen. 5, 259. *auroque trilicem loricam.* Et mox ibidem

v. 266. *Tertia dona facit geminos ex aere lebetas Cymbiaque argento perfecta.* Vide quae notavi ad Sanctii Minervam 4, 4, 5. Neque vero obſtat, quod, ut paullo ante diximus, in plerisque MSStis legatur *tergori*, quum promiſcue in *e* vel *i* deſinat ablativus tertiae declinationis. Vide ad Sanctii Minerv. 1, 6, 4. et ipſum Sanctium 2, 7. Denique quod palmarium eſt, parma non ſolebat exſecari ex tergore animantium, ſed tergus in uſum formari parmae ex tota animantium pelle, quae in elephantorum ventre mollis erat, at in tergo duriſſima. Plinius Hiſt. Nat. 6, 10. [8, 10.] *Duriſſimum dorſo tergus, ventri molle.* Et 11, 39. [ſ. 93.] *Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habent.* Vnde vides ex ipſis tergoribus dorſi reliquae pelli exſectis fieri cetras ſive parmas. Haec autem Antaei, Herois antiquiſſimi et validiſſimi, quae *ingens et ob magnitudinem nulli nunc habilis* dicitur, toto tergore pelli exſecta conſtabat haud dubie; ſicuti Hercules totam pellem leonis Nemei pro ſcuto ſimul et victoriae monumento geſtabat. Praeſero itaque vulgatam lectionem, [*elephantino tergore exſecta*] quum inſuper in Voſſiana valde inutiliter langueat τὸ *ingens.* Perperam haec quoque tentavit Pintianus. PERIZONIVS. Eandem omnino lectionem, quam hic tuetur Perizonius, retulit ad Aelian. V. H. 3, 24. ſic ut *exſectum tergus elephanti* fuerit *parma Antaei.* Pugnavit ante eum pro eadem lectione Vrſinus in disput. Witteb. 1668. 4. quae exercitatt. philologicas continet, cap. 1. nempe ut ſic totum tergus exſectum, non tergoris pars, parma eſſet Antaei. Priorum emendationes tamquam nimis remotas aut ineptas recte reiiciunt Voſſius et Perizonius, cum aut levi aut nulla mutatione facta locus, qualem libri ſtatuunt, ferri poſſit. Placet tamen ſic in primis lectio hodie recepta *tergori exſecta* ſive ablativum τὸ *tergori* putes, ſive dativum. Nam in ablativo ſic etiam dici poſſe docuerunt Sanctius et Perizonius cc. ll. quibus adde Drakenb. ad Sil. Ital. 7, 568. et quos ibi

laudat, unde nec opus ſit invitis codicibus legere cum Voſſio *tergore exſecta*, quod ipſum etiam probavit eius frater ad Iul. Caeſ. iii. Rariorem tamen in horum neutrorum ablativis eam formam in primis eſſe concedo. Quas nectit Perizonius difficultates, disſolvi poſſe puto. Si enim *ingens* in hac lectione languet, quidni etiam langueat in ipſius lectione, cum nec parma elephantino tergore exſecto aliter, niſi *ingens* cogitari poſſit. At omnino ſequentia potius haec vox adficit, uti et infra Boccatius explicat. Friget adeo *exſecto*. Quis enim parmam geſtare poſſit ex elephantino tergore, quod non antea fuerit exſectum, cum contra in altera lectione materies parmae indicetur. Quod addit parmam non ſolere exſecari ex tergore animantium, ſed tergus ex tota animantium pelle, nihil moratur, ſi parmae formam aliquam, uti debet, agnoſcas, ad quam efficiendam non totum tergus aptum erat, ſed tergoris pars ex toto tergore exſecta. Quibus motus vulgatam retinui, quam et teſte A. Gronovio probaverat Oudendorpius. Nec aliter legit et locum intellexit Boccatius de montibus ſ. v. *Ampeluſia,* ubi haec: *Oſtendebant incolae parmam elephantino tergori exectam* (unde et elegantior orationis forma prodit) *adeo ingentis magnitudinis, ut nulli hominum aevo Neronis principis uſui eſſe potuiſſet, eamque incolae ab Antheo geſtatam aſſerebant, et ob hoc praecipuo honore celebrem conſervabant.* In priori loco de Genealog. Deor. 1, 15. omnino ſenſum loci reddit ſic: *parma ingens ex elephante et ob magnitudinem nulli nunc habilis, quam ab eo geſtatam aſſerunt, et ſumme colunt.* Quam autem facile in aliis libris *a* in *o* transire potuerit in hoc maxime nexu, facile adparet.

uſuro) Omittere hanc vocem aliquot manu exaratos libros ſcribit Voſſius. Certe nihil contra monet Perizonius, ſed tantum pro eo ex Voſſ. 2. adfert *viro.* Abeſt tamen a Vatic. 3. Dorvill. Pariſ. 2. Havn. et Prag.

Rehdig. legit: *uſuro utili habilis*, cum augmento parum utili, aut forte ex gloſſa τοῦ *habilis* pro *utilis*. Servant reliqui libri etiam editi; ſolus Voſſius non tulit. Ciacconius ſimpliciter legit *uſui;* vid. nota ſuperior. TZSCHVCKE. Neſcio, quinam illi manu exarati libri ſint, quorum fiducia Voſſius vocem *uſuro* eiecit, ſi quidem id ſponte eius contigit. Nam in nota eſt citatio ſatis dubia, unde reſtituere debui. Quippe Pomponius ſuum vindicat lib. 5. c. 7. *ut elephantis etiam, ſicut nos equis, ſacile atque habiliter utantur.* Iſidorus apud Lipſium lib. 2. Saturnal. c. 12. *omnes cum aureis galeis minoribus et habilioribus armis.* Habent omnes ab Livio 7, 10. *Hiſpano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.* I. GRONOVIVS. Non quaeritur hic, utrum *uti parma* recte dicatur, ſed utrum vox *uſuro* hic retineri debeat, quum, ut ait Voſſius, manu exarati libri aliquot eam reiiciant. — Videntur haec orta ex gloſſa, nec certe deſiderari. Quocirca et ego abeſſe eam malim. PERIZONIVS. De nota I. Gronovii recte monuit Perizonius, cui et lubens largior, τὸ *uſuro*, ſi abſit, minime deſiderari, et teſte A. Gronov. delendum cenſebat Oudendorpius. Nec videtur inveniſſe in ſuo exemplari Boccatius, ut certe ex uno loco effici poſſe videtur; vid. ſupra. Neque tamen certi aliquid inde conſtat, cum Melae verba ab eo in brevem ſummam redacta eſſe adpareat. Tum levioris pretii Codices omittunt, nec omnia recte eiiciantur, quae quis non anxie deſideret. Sic paullo poſt *ex adverſo*, quod et ſalvo ſenſu omittit Cd. Cibin. et ſimilia. Forte ſic oratio ſit numeroſior et minus abrupta, et vel ſic Melam decet.

geſtatam) Gud. *geſtam*. Poſt Cibin. *ut inde — colant.* Forte poſtremum pro *colunt*, uti ex aliquot libris totum hunc locum refert Voſſius, nec ſic damnat.

§. 5. *ei quem)* Vindob. *eo quem.* Cibin. verba *ex adverso* omittit, quae etsi nemo valde desideret, nemo tamen ideo exigat. Pro *praealtus* ex inversione Paris. 2. *praelatus;* Boccatius de Genealog. Deor. 13, 1. *peraltus,* commutatione nota.

attollit) Prag. *accolit.* Ed. 38. et antea ed. Lugdun. 1558. 1605. *attulit,* ex vitiis.

Abylam) Lips. Prag. *abilam,* ut edd. 1. 2. Vindob. *abilem;* Gud. *habiliam;* Rehdig. *habilam.* Ed. 8. *abyllam.* Libri alii recte. Pro *obiectus* Cibin. *abiectus.* Edd. 7. 15. 17. 20. 25. *obiectum.* Pro *Calpen* Vindobon. Havn. Lips. Prag. Rehdig. *Calpem.* Illud in Mela praestat. Tum Cibin. *calumpnas;* Vindob. *utronque.*

Addit —) Vindob. Venet. Gud. Vatic. 3. 4. *adit.* Tum Venet. Vatic. 5. Prag. *fama nominis. Fabula est;* Paris. 1. 2. *Fabula;* Rehdiger. *nomine* forte pro *nomini,* quod ex suo MSto excitavit Ciacconius et ex quibusdam Vossius. Editiones omnes *nominis* praeter Schottum, qui dedit *nomini.* TZSCHVCKE. Scribe *nomini,* non *nominis.* PINTIANVS. Rectius *nomini.* Forte: *Addit famae nominis fabula.* SCHOTTVS. Aliquot libri manu exarati *nomini;* alia exemplaria legunt *nominis.* Apta haec est materia, de qua inter se disceptent *magistelli.* VOSSIVS. MSS. et priscae edd. legunt sane *nominis.* At Pintianus maluit *nomini,* quod Schottus recepit, Vossius vero reiicit, et qui eum sequi solent. Mihi, ut vere dicam, valde arridet Pintiani coniectura. Etenim auctor *nomen,* quod erat *Herculis columnae,* iam memoraverat: huic *nomini,* ait, *fama addit* quoque Historicam *fabulam,* seu factum fabulosum, quod causam nominis declaret. Sed renitentibus MSS. mutare nihil in textu sum ausus. PERIZONIVS. *Nominis fabulam,* ex nomine ortam, ut lib. 3. c. 7. f. *ex vocabulo est.* OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Aptius utique ad vim narrationis

ſuſtinendam facit ratio Perizonii. Quod enim Oudendorpius adfert, discrepat, cum ibi non alia ſolum verborum connexorum forma inveniatur, ſed et nomen ante notatum eiusque cauſa explicetur. Diverſo enim ſenſu valent haec: fabula nominis alicunde eſt ſ. originem traxit; et, fabula addita eſt vel acceſſit. Prius explicat cauſam eius, quod adfuit, poſterius novi aliquid adfert. Nec ex uſu linguae *nominis fabula* aliud valet, quam fabula de nomine, quod hic ſit, de nomine columnarum, quod hiſtoricae narrationes ſatis explicant. At longe alia ſequuntur et nova, quae poſt officioſa mythologorum ſedulitas Herculis nomine excitata effinxit. Igitur, cum nec Codices renuant et τὸ *nomine* in Cd. Rehdig. ſic melius intelligatur, τὸ *s* autem facile adhaerere potuerit, dedi *nomini*, quod in ſuo codice invenerat Ciacconius. Poſſit quidem *nominis* ad *fama* referri; ſed propter *addit* praeſtat prius. Sic Suetonius in Nerone c. 6. *additum fabulae.* — Vulgatam lectionem in hoc loco referendo adtulit etiam Boccatius de Genealog. Deor. 13, 1. Cuius quidem discrepantia haec eſt: Deinde eſt mons *peraltus, quem — abilam — calpem — nominis — ipſum multos olim — Anthea mole.* — Ita quidem in ed. Veneta 1472. Alibi, 7, 13. totam hanc narrationem Melae, praelato eius nomine, ſed mutatis verbis reddit, ut nihil inde ad κρίσιν redundet. Pro *iunctos* mox Havn. legit, *vinctos*, de qua commutatione plura ad 2, 1, 9.

antea) Abeſt ab edd. 1. 2. 9. 13. Gud. *anthea* (uti Boccat. c. l.) *molle;* Prag. *inde montium;* Vindob. ſolemni more *Occeanum* et ante *dirimiſſe.* Poſt Pariſ. 1. et edd. 2. 9. *ad quem,* et inutili ſubplemento edd. 30. 32. *ad ea quae,* a quibus recte hic discedit ed. 37. Disputatur de ſimili forma ad 1, 19, 3.

Hic) Sic Perizoniani omnes praeter unum Voſſ. 3. Sic Chiſ. Gud. A. Gronov. Pariſ. 2. Vatic. 1. 3. Cibin.

Rehdig. Lipſ. Prag. Vatic. et Florentin. Fabricii. At Voſſ. 3. Vindob. et ex ſilentio Pariſ. 1. 3. Venet. Havn. Zaluſc. *Hinc*, quod occupat etiam edd. veteres et poſteriores. Illud primus, ſuadente Perizonio, qui in nota ſic voluerat, intulit A. Gronov. in ed. 45. et retinuit Kappius. Vtriusque particulae commiſtio eſt nota lapſusque ex lineola, aut malè impoſita, aut male neglecta, facilis. Cf. Grotius ad Germanic. in Arat. v. 420. Drakenb. ad Liv. 26, 13, 15. et ad Melam 1, 18, 3. 2, 2, 7. 2, 3, 2. 2, 5, 1. notata. Sic pro *Hic* 2, 6, 7. Pintianus volebat *Hinc*, ubi par eſt nexus ratio. Cf. 1, 19, 6. Vtrumque hoc loco commode poteſt intelligi, ſive initium ponat, ſive progreſſionem ſimul ſpectet. Videtur prius; quare hanc lectionem retinui, etſi alteram non prorſus damnem. Ceterum hinc capitis 16. initium conſtituit Vinetus.

latius) Vaticanus codex, inquit Voſſius, legit hoc loco *latius*, non *vaſtius*, verum illud ſupra ſcriptum à ſciolo, ut opinor, quem offendebat alterius iſtius vocabuli repetitio." Haec Voſſius. *Latius* etiam ad ed. Voſſ. ex Florent. Cod. adſcripſerat Fabricius. *Iuſtius* eſt vitium ed. Lugd. 1538. Poſt *ſubmotas* pro *ſummotas* in tribus MSStis repererat Perizonius. Ego idem in Cib. Lipſ. Rehdiger. quae quidem forma antiquior eſt et verior; quare eam reduxi multa virorum doctorum in aliis auctoribus exempla ſecutus.

§. 4. *Ceterum)* Cibin. *iterum*. Poſt Cibin. Prag. *quitquam*, uti contra alibi *adque*, pro *quidquam*, *atque*. Vulgo *quicquam* et hic. Tum lepide Vindobon. *fulmina* pro *flumina*, ut c. 6. in. ex frequente literarum inverſione. Pro *emittit* Lipſ. *emictit*, uti facit et alibi.

ſegnitia) Sic MSS. A. Gronovii, Vatican. 1. 3. Vatican. Fabricii, Venet. Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Editiones *ſegnicie*, uti antiquiſſimae, aut *ſegnitie*.

Illud *a* primus recepit A. Gronov. in ed. 45. servavit Kappius, a quibus ad priorem lectionem redire ob tot MSS. consensum nolui, cum alias perinde sit, etsi hic propter *obscura* suavior inde exsistat soni variatio, et Mela antiquiora amet, qualem hanc formam in *e* facit Servius ad Virg. Aen. 2, 374. At et habet noster *materia*, et in *segnitie* τὸ *e* alterum *e* statim subsequitur. Ceterum in his variatio frequens, uti docent Drakenb. ad Liv. 31, 6, 5. et quos laudat; item Oudend. ad Iul. Caes. B. G. 7, 77. B. C. 1, 45. ad Sueton. Galb. c. 9. Heins. ad Ovid. Trist. 3, 10, 4. 4, 1, 22. Heyne ad Virgil. Georg. 1, 191. et de eadem voce Havercamp. ad Oros. praef. lib. 4. p. 213. Sic *barbaria* et *barbaries* in Cicer. Catil. 3, 10. et alia plura.

§. 5. *Ex his)* Sic 3 MSS. A. Gronovii, Vatic. 1. Lips. *hiis* in Gudiano, pro *iis*, ut alibi. *Ex iis* Vindob. et alii cum suis etiam editionibus. Ed. 1. habet *Ex his*, reliquae *ex iis*. Prius repetiit Reinoldius et hinc A. Gronov. cum sequentibus inde ab ed. 44. Commistio horum pronomium crebra est, ut docent a viris doctis notata; vid. Heusing. ad Nepotem praef. §. 2. Epamin. 7, 3. Staveren. ad priorem locum et alibi, uti passim Fischerus in Varr. lectt. Schwartz ad Plinii Panegyr. 39, 2. 58, 1. et alibi, Corte ad Sallust. Catil. 13. m. — Sic *his* et *iis* variantur 3, 2, 2. 3, 6, 4. 3, 8, 4. Difficile in his saepe est iudicium. *Hic* tamen vi propria et usitata solet ad praesentia referri, et quae statim subsequuntur, ex quo praeferendum videatur *his*.

piget) Lego *pigeat*. Sic 3, 6. in. *Sed earum, quas praeterire non libeat.* Plin. 3, 23. [5, 29.] *reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat;* 6, 17. [s. 21.] *Gentes, quas memorare non pigeat.* CIACCONIVS. Sic in eodem nexu Plinius 5, 25. s. 21. 4, 18. s. 11. et alibi *pigeat;* 3, 23. s. 19. *attineat.* Et sic utique poterat et

hic Mela, uti loco citato et ibidem §. 8. *auctores, quos ſequi non pigeat.* At cum id pendeat a mente et cogitatione dicentis, mutatio ſine Codicum auctoritate vana eſt et iniqua.

alti) Schottus, et repetita eius ed. *alii*, niſi ex vitio irrepſit, quia nihil de eo monuit. Verba ſubiecta: *continenter et quaſi* deſunt in Cd. Rehdig. At Vindob. *continent;* Cibin. Prag. ut edd. 15. 20. 25. *continentur.*

in ordinem) Forte *ordine expoſiti*, Lib. 2. c. 7. *Et quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expoſitae.* Et mox cap. 6. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.* CIACCONIVS. Vtraque lectio proba et ad variationem expoſita. Poſt inſerto *et* Venet. *et ob ſimilitudinem.*

nuncupantur) Sic omnes Codices. Tantum Rehdiger. *nuncuparentur.* At editiones omnes ante Vinetum *vocantur*, qui, uti ex ſilentio diligentiſſimi conlatoris adfirmare licet, repoſuit *nuncupantur*, etſi ita ſe ex libris repoſuiſſe in notis ſcribit, ignaro textu ipſo, Voſſius. At poſt Vinetum in textu produxerunt Gronovii et inde reliqui. TZSCHVCKE. Non poſſum equidem ſatis mirari, quid moverit editores ante Voſſium omnes, [at vid. paullo antea] ut ederent *vocantur*, quum utique hoc verbum paullulo ante praeceſſerit, atque adeo ſtyli elegantia, quae varietate quadam delectatur, eam minime neceſſariam repetitionem hic reſpuat; et, quod maximi eſt in his momenti, quum MSSti mei omnes legant diſerte *nuncupantur;* quod recte idcirco revocavit Voſſius. PERIZONIVS. Alterutrum ex gloſſa ortum eſt, ex qua ſaepe cognata et ſynonyma confunduntur. Sic *vocare* et *nominare* apud Oroſ. 1, 2. p. 22. Haverc. *cognominare* Cod. Gothanus Rufi c. 11. (cuius conlationem ſervo) *referuntur* et *dicuntur* apud Oroſ. 6, 16.

dimicare et *decernere* 6, 19. *agere* et *habitare* in Mela 3, 10. f. *flumen* et *fluvius* 5, 1, 3. Contra 1, 1, 2. ubi alii Codices habent *nominantur* Cd. Prag. adfert *nuncupantur*. Boccatius de montibus f. v. *Septem fratres*, ubi hunc Melae locum paene integrum dedit, habet *appellantur*. At ſuo hic arbitrio verſatur. Ita enim: *ex ordine ſuppoſiti et a numero ſeptem et a ſimilitudine Fratres appellantur.* At audiendi hic ſunt ſimpliciter Codices. Ceterum notat hic Kappius Gronovium et Reinoldium, qui minus recte poſt *nuncupantur* punctum, poſt *fluvius* comma habent, uti iidem cap. proximo poſt *opulentiſſima* diſtinctionem maximam.

Tamuda) *Tumuada* teſte Voſſio omnes libri veteres, teſte Perizonio omnes et plerique diviſis vocibus *tum vada*, uti etiam Oxon. Pariſienſes tres, Vindob. Cibin. Lipſ. (hic in margine *Vada flu.*) Gud. Rehdig. Prag. atque ex ſilentio Havn. et Venet. Ita etiam adſcriptum erat in edit. 23. ſine nota quidem adpoſita, puto tamen, ex Vaticanis. Et ſic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 15. 17. 20. 23. Quaedam antiquae, uti 6. 7. 8. *Tam vada*; reliquae, 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. — *Tamuada.* Voſſius poſuit *Tamuda*, quod inhaeſit ceteris. TZSCHVCKE. *Tum vada.*) Scribendum iunctim *Tamuada* ſive *Tamuda fluvius* ex Plinio. [5, 1. ſ. 2.] HERM. BARBARVS. Voſſius ex Plinio repoſuit *Tamudă* et *Ruſădir.* Audax ſane factum. Debuiſſet ſaltem MSStorum Melae codicum lectionem exhibuiſſe, ut cum aliis auctoribus conferri poſſet. Nam quis nobis aſſeverabit, ipſos auctores peregrina haec et barbara vocabula non diverſis ſcripſiſſe modis, ut paſſim faciunt? Sic, ne longe abeam, in verbis Strabonis [lib. 17. p. m. 568. ſ. 825.] videmus, unam urbem a Barbaris *Tinga*, ab Artemidoro *Linga*, ab Eratoſthene *Lixon* appellari. Quid ergo? Habent hic MSSti omnes et plerique diviſis vocibus *tum vada*, qui tamen certiſſimus eſt error ex

uno barbaro vocabulo duo Latina facientium. PERIZONIVS. *Tamuda* ex Plinio c. l. fulfulcit contra codices Vossius, ubi et sic habere MSStos adfirmat Harduinus. Pintianus tamen ad nostrum locum ex Plinio adfert *Tamuada.* Cum Ptolemaei 4, 1. Θαλοῦδα ex situ esse videatur, et in eo emendat Vossius Θαμοῦδα. Errat Cellarius in Geogr. ant. 4, 7, 12. qui ex Mela adfert *Taluda.* Sic et male editiones quaedam 30. 32. 37. in margine huc ex Ptolemaeo 4, 1. referunt, *Tamusida* urbem, pro Ταμούσιγα, certe in Ptolemaeo Bertii, quippe quae in mediterraneis et ab altero Mauretaniae latere sita fuit, uti praeterea adparet ex Geogr. Ravennate 3, 11. (hic *Tamusida*) et ex Antonini itiner. p. 7. ed. Wesseling. ubi vocatur *Thamusida,* qua forma etiam ibi Wesselingius ex Ptolemaeo adfert, in quo etiam inveni Ταμούσια, ut in ed. Argentorat. 1520. Si Boccatium audias, divisas et ille vocibus legit: *Tum vada.* Ita enim de fluminibus s. v. *Vada,* aperte ex nostro: *Vada fl. Mauritaniae — cui rusigada et Siga parvae urbes propinquae, et portus, cui ab amplitudine magnus cognomen est.* At et idem s. v. *Tamuda* Plinium vulgata hodie forma reddit. Vter igitur recte? Si non melior, at certe potior est causa nostrorum Codicum, quam ita sum reveritus, ut darem Plinio et Ptolemaeo *Tamuada.* Nempe *tam* transiit in *tum,* quia crediderunt esse particulam, progressionis indicem.

Rusadir) Vaticanus Vossii *Rusica;* Florentin. Fabricii, Lips. *Rusiga;* Voss. 3. Vindob. Oxon. *Rusicada,* Vaticanus Fabricii, Zalusc. Cibin. Gud. Prag. Ciaccon. Paris. ς 2. 3. (2. et 3. non male τὸ *et* omittunt) Voss. 1. 4. 5. Rehdiger. et ex silentio conlatorum Vaticani in ed. 23. Havn. Venet. *Rusigada;* uti et notatum in varr. ed. 27. Perizon. *Risigada;* Voss. 2. *Sisigada.* Ed. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Rusicada;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. omninoque, quae Vadianum et Olivarium red-

dunt et reliquae ad Vossium *Rusicada*. Hic posuit *Rusadir*, ceteris sequentibus. TZSCHVCKE. Rectius per c *Rusicada* scribitur. Nam et Plinius [5, 2. s. 3.] *Rusicaden* nominat in Numidia, fortassis ab hac aliam, quam infra quoque Mela ponit. Porro in Africa cognomines frequenter civitates fuisse, nemo ignorat. VADIANVS. Lego *Rusadir* ex Plinio lib. 5. [c. 2. s. 1.] Ptolemaeus [4, 1.] *Rhyssidiron* [Ῥυσσάδιρον] vocat. Nam *Rusicada* infra dicetur in Africa proprie dicta, ubi et a Ptolemaeo [4, 3.] locatur. Plinius [lib. 5. c. 2. s. 3.] in Numidia constituit. PINTIANVS. Verum huius loci nomen est *Rusadir*, Ptolemaeo Ῥυσσάδιρον. Et ita quoque Plinius in antiquis Reginae membranis. VOSSIVS. Vide, an verum nomen fuerit *Ruscadir* vel *Rusgadir*, quod nec a Mela, nec Plinii, nec Ptolemaei scriptura longe abscedit; immo quam proxime accedit. Vid. Antonini itinerarium, [p. 4. et 11. Wessel.] ubi *Russadder* nominatur. Possit tamen apud Melam scripta lectio retineri. Solebant enim Graeci et Romani peregrinis et barbaris nominibus mutare terminationes, ut ex Historiis Asiaticis constat. Sed et sic in Africa Carthaginis terminatio longe alia fuit sua in lingua, et, qui a Latinis *Bocchus* dicitur, verum nomen habuit *Bocchar*. Vide Livium 29, 30. Denique sic *Mulucha* fecerunt Latini ex *Molochath*, ut mox videbimus. Similiter ergo Mela scripsisse potuit *Ruscada*, vel *Rusgada* pro *Ruscadir*. PERIZONIVS. Boccatius in loco antea adposito habet etiam *rusigada*, in qua voce recte mota videtur dubitatio, cum infra commemoretur a Mela et aliis, nisi quis cum Simlero ad Antonini itiner. p. 19. ed. Wessel. duas inde huius nominis urbes velit conficere, unam in Mauretania, alteram in Africa propria. In quo tamen remoratur, quod in hoc situ alio nomine ab aliis haec urbs commemoratur, *Rusadir*, quod Vossius sublato priori nomine et hic recepit et probat Wesseling. ad Antonin. c. l. Ex Peutingeriana tabula nihil proficias, cum hunc tractum

non adtingat; nec ex locorum recensu, quem fecit Geographus Ravennas. At quantum *Rusadir* a Codicum vestigiis recedit, etsi satis et hic obscurata ea esse largior! Subsistendum tamen videtur in *Rusadir* sic, ut eius formam a Mela mutatam cum Perizonio contendamus. Prima syllaba multis locis Africae praeposita bene habet; at in fine *τὸ adir* aliorum in *ada* transiit, etsi aptius erat *adirum* vel *adira*. Volunt tamen Codices *ada*. Tum *Russ* suis numeris explendum mutato *i* in *ſ*, quod non alienum est, nec inusitatum. Hinc enascitur *Russgada* vel si simplex *ſ* malis cum Perizonio *Rusgada* aut *Ruscada*. Post ante cognomen Prag. omittit *est*, quod commode absit, dummodo plures et meliores omittant.

Mulucha) Sic Vatic. Fabricii, Cibin. Rehdig. et alii. Vindob. *Meluca;* Florentin. Lips. Gud. Prag. *Muluca*, uti, opinor, Venet. et Havn. Ed. 1. *malaca;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Muluca;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. et reliquae recte *Mulucha*, quod probant alii auctores. Et sic legi etiam in Cd. Polantino Sallustii de B. I. c. 20. 110. qui nunc in Dresdensi bibliotheca servatur. Similes depravationes nominis dabit ad Sallust. c. l. Corte.

nunc gentium) Sic Codices Vossiani omnes, mei, duo, quos inspexit Ciacconius, unus item, quem adhibuit Stephanus, uti in praefatione scribit. Cibin. ex vitio *non gentium*. Cf. 1, 7, 2. Edd. pleraeque inde ab antiquissimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et porro pleraeque *ingentium*. At ipsis Codicibus adhaeserunt 15. 17. 20. 23. Vinetus, Schottus, Vossius et inde sequentes. TZSCHVCKE. Antiqua lectio: *nunc gentium, olim regnorum quoque terminus*. Plinius lib. 5. c. 2. [s. 1.] *Amnis Mulucha Bocchi Massaesylorumque finis*. SCHOTTVS. Inepti quidam homines Codicum lectionem mutarunt. Mulucha flumen olim terminus erat regum Bocchi Iugurthaeque, nunc vero gentium tantum, Maurorum nempe

et Numidarum. Nam Pomponii aevo iam Iuba obierat. Itaque per equites Romanos utraque illa Provincia adminiſtrabatur. VOSSIVS. Non dimitti debet illa Codicum lectio, quae et ex hiſtoria ſatis probatur.

quoque) Abeſt a Cd. Vindob. et a ſuo abfuiſſe monuit etiam Ciacconius. At habent alii etiam is, quo Stephanus uſus eſt, uti ex eius praefatione diſcitur. Exſulat eadem particula ab edd. inde a primis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. — Revocavit Vinetus, excepit Voſſius, nam Schottus et quidam poſt Vinetum repudiarunt etiam, tum inde a Voſſio locum tenuit ſtabilem. Pro *Bochi* lepide Prag. *Bachi.*

CAP. VI.

Codices nullo ſpatio interpoſito continuant, uti fere antiquae editiones, quarum aliquae paragraphi nota ſeparant paullum, aut etiam in margine adponunt Numidia, uti 10. Aliae tamen, ex antiquioribus 10. 12. 14. 19. et poſt plures inſcribunt *Numidia*, in quibus Vadianae, Olivarianae. Et ſic hodie adiecto capitis numero 6. In ed. Vineti cap. 17.

§. 1. *Numidia)* Codex ſcriptus: *Ab eo Numidia a Graecis appellata* Μεταγονίτις *ad ripas expoſita fluminis.* Ceterum neſcio, an ex Plinio id ſit additum, qui lib. 5. c. 3. ſcribit, *ab Ampſage Numidia eſt, Maſiniſſae clara nomine, Metagonitis a Graecis appellata.* CIACCONIVS. Praetermittendum hic non eſt, locum hunc Melae ſic concipi in nonnullis codicibus: *Ab eo Numidia, a Graecis appellata* Μεταγωνῖτις, *ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.* Verum ex Plinio haec ſunt addita, qui ait Numidiam a Graecis Metagonitin vocatam. Perperam tamen. — VOSSIVS. Vnde Voſſius haec hauſerit, quae in nonnullis codicibus ait reperiri inſerta,

a Graecis appellata Μεταγωῖτις, nesciebam. Nam in nullis nec eius, nec aliis, inveni, ut neque in priscis edd. sed tandem illum ex notis Ciacconii in editis ea sumsisse vidi. PERIZONIVS. Nec quisquam meorum codicum illa verba agnoscit. In subsequ. ut cap. 5. §. 4. *fulminis* dat Vindob. ut supra.

Ampsaci) Ita ferunt omnes Perizonii Codices (at vid. deinceps) Mediol. Chis. Leid. Vatic. 1. 3. Paris. 1. 2. 3. Florent. et Vatic. Fabricii. Alii mire, modo magis, modo minus, invertunt. Voss. 1. (notante A. Gronovio) *Anpsamcy;* Cibin. *an ampsacy;* Voss. 3. (notante Dukero) *Amsaci;* Oxon. Rehdig. *Ampsati;* A. Gronov. Prag. *Ampsanci;* Lips. *Ampsagi;* Gud. *Arcipsasi;* Zalusc. *Arapsaci; Ampsaci* exhibent etiam antiquissimae edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Ampsagae* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et ceterae, retinuitque etiam ex recentioribus Reinoldius. Primus revocavit *Ampsaci* A. Gronov. in ed. 44. unde constanter mansit. TZSCHVCKE. *Ampsacis.)* Scribendum *Ampsagae.* HERMOLAVS BARBARVS. Ego vero retinendum censui *Ampsaci*, ut sic liqueat, quomodo Mela, vel eius Cdd. hunc fluvium nominarint, quum apud diversos scriptores saepe aliter atque aliter talia nomina occurrant scripta. PERIZONIVS. Vtique auctores pauci illi, qui huius fluminis meminerunt, eius nomen terminant in *a*, etiam posteriores Plinio c. l. et Ptolemaeo 4, 2. in quibus Victor Vitensis in historia persecutionis Vandalicae lib. 2. c. 5. p. 73. (ed. Ruinarti) Geographus Ravennas 3, 6. ubi tamen prava primae syllabae inversione legitur *Masaga.* Attamen minime omnium codicum consensum hic negligendum esse, certe tutius, et ego existimo. Τὸ *p* quod in prima syllaba quidam negligunt, tuetur Ruinartus in notis ad Victorem Vitensem c. l. in quo etiam omiserat bibl. Patrum maxima T. 8. p. 680. (ed. 1677.) *Ampsaci* habet etiam Boccatius de fluminibus h. v.

habet) Venet. *habent*, Ed. 9. *maxime*, uti ſolent antiqui libri, de quo etiam ad praef. §. 2. De ſcriptura nominis *Mauretania* ſupra ſatis eſt dictum. Ita vere habet Gud. ita tamen, ut ſupra *e* poſitum ſit *i*. *Mauritanea* forte ex inverſione Cibin. Vindob. Edd. cum aliis Cdd. ut ſupra.

Cirta) Vatic. 3. Havn. *Cirra;* Prag. *Circa;* Vindob. Gud. Rehdig. *Cirtha;* Lipſ. *cyrta*, in margine *cyrtha*. Et ſic alii cum edd. conlatis conſenſiſſe videntur. Nam ed. 1. 2. *cirtha*, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et aliae, ut Vadiana prima, et, quae eam ſequitur 18. *cyrtha*, quod et retinuerunt 24. 25. et omnino Olivarianae. Poſt Vadianus repoſuit *Cirta*, quod praeter Vinetum, qui dedit *Cirtha*, reliqui exceperunt. Similis varietas notatur in Livio 29, 32. extr. 30, 12, 5. At alibi conſtantiore Codicum conſenſu *Cirta* apud Salluſt. Iug. c. 21, 2. ubi etiam ſic Cd. Polantinus in bibliotheca Dresdenſi, Hirtium de B. Afr. c. 25, 3. Plinium 5, 2. ſ. 3. et plures alios. Sic etiam tabula Peuting. 3. D. At ſcripturam hanc in primis evincunt Graeci, in iis Strabo 17. p. m. 572. ſ. 832. Appian. in Pun. c. 27. et alibi, Ptolem. 4, 3. quos iam teſtes huius ſcripturae omnino produxerat hic Schottus. Poſt omiſſo *a* primus dedit Vadianus *procul mari*, et ſic poſtea Olivarius, uterque cum ſuis ſectatoribus, quibus ſe adiunxit Schottus, item edd. 21. 24. 28. revocavit Vinetus et inde a Voſſio manſit. Tuentur Codd. omnes cum edd. antiquiſſimis, etſi omitti poſſe et paſſim omitti, nemo negaverit. Vid. Corte ad Salluſt. in Iug. c. 89, 7. Noſter addit et alibi, ut 1, 9, 9. 2, 4, 2.

nunc Sittianorum —) Tò *nunc* omiſſum in Cd. Vind. et ed. 35. de quo mox. Proximum nomen variatur, vel *Sittianorum* vel *Siccianorum*, uti ex ſuis MSStis refert Perizonius. Ex meis Vatic. 1. Rehdiger.

Sicianorum; Oxon. (teste Dukero) Vindob. *Sitianorum;* Gud. *Sithianorum;* Zalusc. *Suthianorum;* Havn. *Sirtianorum;* Prag. *Sircianorum;* Cibin. *Sittianorum.* Reliqui cum edd. conlatis. Sed notatur praeterea ex MSStis Ciacconii, Lipf. Voff. 2. et 5. quibus accedit Venet. *Romanorum.* In Lipf. tamen supra scriptum erat *Sittianorum.* Edd. 1. 2. 9. *Sicianorum;* 3. 4. 11. (non *Siccianorum,* ut refert Dukerus) *Sucianorum;* 20. *Sitianorum;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. et reliquae *Sittianorum.* De loci huius forma in ed. Schotti vid. post. TZSCHVCKE. *Sucianorum.*) Plinius [5, 2. f. 5.], Appianus [de B. Civ. 4, 45.] *Sittianorum.* HERM. BARBARVS. Fuit aliquando haec mea sententia, ut *Saitanorum,* non *Sittianorum* legendum esse contenderem Herodoto motus, qui libro secundo [c. 165.] praefecturam in Aegypto Saitanam, et Saitanos reges potentissimos facit, ut inde coloniam ductam esse divinaverim. Sed ut minus quidquam afferam, Plinii facit auctoritas. [c. l.] Non me praeterit, esse quosdam, qui per *Sittici* [Σίτιφι] coloniam apud Ptolemaeum libro quarto [c. 2. extr.] Cirtam intelligant, et Sitticos Ptolemaeo illos esse, quos Sittianos Pomponius et Plinius nominet. VADIANVS. Ordo verborum vitiatus est, et verba ipsa mendosa. Legendum videtur *Cirta colonia procul a mari, cognomine Sittianorum.* Neque enim *Cirta* deducta fuit a Sittianis, sed ab illis cognomen accepit, dictaque est *Sittianorum.* Plinius lib. 5. *In mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine.* Marcianus [Martianus lib. 6. p. 216. ut Antoninus in itin. p. 28. ed. Wess.] quoque *Cirtae coloniae* mentionem faciens, non addit *Sittianorum.* PINTIANVS. Malim Plinii auctoritate, qui hinc exscripsit, minori, quam Pintianus, audacia, oblitteratis tantum duabus vocibus, legere: *Cirta procul mari Sittianorum quondam regia domus Iubae et Siphacis cum foret opulentissima.* SCHOTTVS. Errat Pintianus. Deducti sunt eo illi, qui cum P. Sittio

in bello contra Iubam Caesari adiumento fuerunt. Meliorem enim portionem regni Masinissae dono a Caesare accepit Sittius. Is vero eam inter milites divisit, ut constat ex Appiano lib. 4. de B. Civ. [c. 54.] Vide quoque Dionem lib. 43. [cap. 3 sqq.] VOSSIVS. *Sittianorum* praefero, quia et Plinius, qui Melam sequi solet, 5, 3. dicat, *Colonia Cirta, Sittianorum cognomine.* PERIZONIVS. *Sitius* per *t* simplex dedit Oudendorp. in Hirtio de B. Afr. c. 25. et 36. etsi alterum non reiicit. Cf. tamen Corte ad Sallust. Catil. 21, 3. ubi *Sittius*, uti et Graeci efferunt, probat maxime ex inscriptione apud Reinesium 10, 1. *Sittianorum* igitur hic unice valet, nec locus immutatione aut emendatione attrectandus. Sapienter autem Vadianus suae ipse emendationi non amplius inhaesit.

regum domus) Post *domus* inserit Voss. 5. chartaceus infimae notae *Iubae*, atque ex silentio collatorum etiam Venet. et Havn. Idem faciunt inde ab edd. 3. 4. multae aliae, ut 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. omninoque Vadianae et Olivarianae. Ignorant illud nomen Codices alii omnes, et edd. 1. 2. 9. quas recte reddiderunt post Vinetus et Vossius (nam *Iubae* recepit etiam Schottus) et reliqui. Post Vatic. 1. Voss. 1. Paris. 1. *et cum*, s. *quum Syphacis foret*, uti in MSto se reperisse adfirmat H. Stephanus in praefatione, etsi eius fidem penes auctorem esse iubet Schottus. Cibin. *et cum Simphacis foret.* Et sic A. Gronov. ex Voss. 1. refert, tantum *Simphacis.* Reliqui *et Syphacis* s. *Siphacis cum foret.* Nempe multi Codices, editiones etiam, nec illae quidem ex vetustioribus, veluti Vineti, Schotti, Vossii *Siphacis* scribunt. Hic praeterea dedit: *sed cum Siphacis* (in nota *Syphacis*) *foret* et sic 40. 41. 42. unde rediit praeeunte etiam Reinoldio antiqua lectio: *et Syphacis cum foret;* Prag. *forent.* TZSCHVCKE. In libro Latini Latinii deest vox

Iubae. Fortaſſe recte, quod Syphacis regio fuit. Refert Livius 30. [c. 12. in.] *Cirta caput regni Syphacis erat.* De qua opulentia Strabo lib. 17. [p. m. 572. ſ. 832.] Fuit igitur antiquorum regum domus et Syphacis. CIACCONIVS. Vaticanus aliique omnes notae melioris libri ita legunt: *Quondam regum domus, et cum Syphacis foret opulentiſſima.* Offendit nonnullos, quod, cum Cirtam regum vocarit domum, unum tantum nominarit Syphacem, itaque etiam Iubae nomen hic inferendum eſſe arbitrati ſunt. Quamvis non indoctus fuit iſtius gloſſematis auctor, erravit tamen. Ita enim ſcripſerat Mela: *Quondam Regum domus: ſed cum Syphacis foret opulentiſſima.* Vrbs enim haec ſub Syphace maxime opulenta et illuſtris fuit. Poſtea crebris bellis vaſtata multum de ſplendore ſuo amiſit. Non recte vero locum hunc emendat vir eximius, Salmaſius in ſuis ad Solinum [c. 25. ſ. 28. p. m. 218.] commentariis. Sic enim legit: *Quondam regum domus. Siga cum Syphacis foret opulentiſſima.* Nam nec Iubae, nec Syphacis, unquam hic inquit fuiſſe regiam, ſed Maſiniſſae et ſucceſſorum. Sed profecto quot hic verba, totidem quoque hic committit errores. Siga enim nullum hic locum habere poteſt. Illam enim iam ſuperius recenſuit in Mauritania, abeſtque a Cirta, quam longiſſime. Deinde quod ait, Cirtam non fuiſſe regiam Iubae, et in hoc quoque errat. Appianus lib. 2. [c. 96.] bellorum civilium: Κίρτα, ἣ βασίλειον ἦν Ἰόβα. Nec tantum huius Iubae, verum etiam alterius hanc fuiſſe regiam, teſtantur hiſtorici. Fallitur etiam, cum negat, eam Syphacis fuiſſe regiam. Livius lib. 30. [c. 12. in.] *Cirtha caput regni Syphacis erat.* Vel ſola Sophonisba vix patitur, ut quisquam ignoret, regiam Syphacis Cirtae fuiſſe. Verum exiſtimat Salmaſius, unam tantum habuiſſe regiam urbem ſingulos Numidiae et Mauritaniae reges. Cum itaque legiſſet, Syphacis regiam eſſe, Sigam oppidum, fieri non poſſe credidit, ut et Cirta eius eſſet *βασίλειον.* Perperam tamen, Syphacis urbs regia in Mauritania,

cuius erat rex, fuit Siga oppidum. In illa vero Numidiae parte, quam occuparat, aliud habebat βασίλειον, et quidem altero illo Sigenſi multo illuſtrius, nempe Cirtam. Vnumquodque enim regnum ſuam habet urbem regiam. Ita Iuba tres memoratur habuiſſe urbes regias Cirtam, Caeſaream et Sigam. VOSSIVS. Inſigne nobis documentum praebet hic locus, quid, et quantum in recta diſtinctione ſit ſitum, et quantos ea non animadverſa moveat fluctus. Ediderunt *Iubae et Syphacis* iam priſci Editores, qui crediderunt, quum *regum domus* dicatur, debere ergo duos minimum nominari, atque ideo immiſerunt *Iubae* nomen, quod tamen in nullis occurrit MSS. praeterquam in Voſſ. 2. chartaceo infimae notae, neque editiones agnoſcunt illud, Anonyma, tum Torini et Vineti. Quae, et quanta porro hic Salmaſius tentaverit ad Solinum, vide hic in notis Voſſii, qui vere et docte eum refutavit. Ciacconius veram MStorum lectionem, ſed male diſtinctam, explicatione voluit iuvare, ut *regum* de antiquiſſimis regibus in univerſum accipiatur, ac *Syphacis* nomen, tamquam omnium celeberrimi, nominatim fuerit additum. Arripuit poſt eximium Vinetum et Voſſius Vaticani et Voſſ. lectionem, ſed ſua fide dixit, *Vaticanum aliosque omnes notae melioris* ita legere, quum in nullis eius hunc ordinem, niſi in Voſſ. 1. ut dixi, invenerim. Neque opus hic ulla mutatione, quam facit contra Codices legendo *ſed* pro *et*. Optimus enim et planiſſimus eſt ſenſus, ſi recte diſtinguas, *quondam Regum domus, et, Syphacis cum foret, opulentiſſima*, hoc eſt, quondam fuit Regum domus, et quidem opulentiſſima tunc, quum Syphacis foret. Sic in ſeqq. *aliquando ignobilis, nunc quia — illuſtris*. Solet ita paſſim Mela praemittere, vel interponere rationem rei ante adiectiva. Vid. Henrici Stephani Prolegomena ad Melam et Solinum. PERIZONIVS. *Iubae* invitis non ſolum Codicibus obtruſum eſt, ſed et invita re, quae ſatis tuta erat, ut oſtende-

runt Vossius et Perizonius. Quod loco *Syphacis* libri multi habent *Siphacis*, id et alibi obſervatum eſt. Vid. Drakenb. ad Liv. 24, 48, 2. 30, 12. in. Ex Graecorum certiori ratione unice valere poteſt et debet *Syphacis*. Vulgatam ſine emendationis mentione repetit Salmaſius ad Solin. c. 32. ſ. 35. p. m. 337. tantum: *et cum foret Syphacis*. Voſſiana lectio: *ſed cum Siphacis foret*, videtur confirmari, cum Codicum auctoritate non nitatur, ex ipſo Mela 1, 8, 2. de Syria: *olim ac diu potens, ſed cum eam regno Semiramis tenuit. longe potentiſſima*. At ibi eſt obpoſitio ex eiusdem rei diverſa ratione, quam per gradus perſequitur, cum hic ſimpliciter et ſine obpoſitione diverſa commemoret.

Iol) Omnes ſcripti, etiam Vaticani, teſte Perizonio *Iola* habent. In ed. 25. notatum idem erat ex Vatic. 1. et 3. Et ſic Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. (in quo tamen *a* inductum) Gud. Prag. Rehdig. Cibin. Zaluſc. Florentin. et Vatic. Fabricii. *Yola* Vindob. Cum edd. conlatis etiam in eo conſenſiſſe videntur Venet. et Havn. Nam antiquiſſimae etiam hac terminatione efferunt, uti 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. 19. At *Iol* habent 6. 7. 8. 10. et reliquae. Tum verba *ad mare* omittit Vadianus in ed. 16. et 22. cum ſuis. Habent tamen cum Codd. et aliis edd. 21. 28. TZSCHVCKE. Scribendum *Iol* ad mare Plinius [5, 1. ſ. 2.] Ptolemaeusque. [4, 2.] HERM. BARBARVS. Forte *a* adhaeſit huic nomini ex ſequenti voce *ad*. PERIZONIVS. Ita videtur, cum ab omnibus aliis auctoribus Ἰὼλ, *Iol* vocetur, neque terminationes barbaras, etiamſi cultiorum linguarum forma efferantur, Mela reſpuat, uti *Barbeſul*, *Iader*. Boccatius tamen etiam habet *Iola*, quod nec ſimpliciter ſperni poteſt, ut cap. 5. pro aliorum *Ruſadir* terminationem Latinam praetuliſſe videtur, et mox *Sardabale*, ubi Plinius 5, 1. ſ. 2. *Sardabal*. Poſt pro *quia* ed. 2. legit *quare*. Cd. Prag. *urbe regia*, idem et *Ceſaria*. Rehdiger. omiſit *quod*.

Cartinna) Sic Vatic. 1. 3. Mediol. Leid. Parif. 1. Bonon. fcribunt. Gud. habet *Cartinnam;* Venet. Parif. 2. A. Gronov. *Cartina;* Vindob. *Cartinam;* Zalufc. *Carttina;* Voff. 1. *Carynna;* Cibin. *Carrymna;* Chif. *Cartmia;* Vatic. Fabricii *Cartiana;* Rehdig. *Cartinia;* Prag. Oxon. uti Boccatius c. l. *Eratina.* Perizonius ex iis, quibus ufus eft, refert *Cartinna,* quod ex recenfitis lectionibus iudicari poteft. Ex edd. antiquiffimae praeferunt *Cartinna,* ut 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. Tum 6. 7. 8. 10. 12. 13. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. omnino Vadianus et Olivarius cum familiis, quibus acceflerunt Vinetus, Schottus, Voffius, Gronovii ante ed. 44. Reinoldius *Cartenna;* tantum ed. 14. *Carcenna;* 36. *Cartena.* Primus A. Gronovius in ed. 44. repofuit *Cartinna,* quod remanfit. TZSCHVCKE. Plinius [5, 1. f. 2.] *Carcenna,* [fic olim, nunc *Cartenna*] Ptolemaeus [4, 2. at Καρτένναι in Graecis] tamen et Antoninus [p. 14. ed. Weffel.] *Cartenna.* HERMOLAVS BARBARVS. Codices veteres omnes, quotquot vidi, legunt *Cartinna.* Κάρτιννα quoque in antiquiffimo Ptolemaei Codice haec urbs vocatur eique adiacens flumen Κάρτιννος. Aliis tamen omnibus *Cartenna,* qui et Arfennam Arfenariam vocant. Forfan nihil apud Pomponium mutandum. VOSSIVS. Mutavit Hermolaus, ut ex notis eius liquet. Nec opus eft in edendo Mela, Codices eius faftidire. PERIZONIVS. Mediolanenfis et Leidenfis codicis fcripturae fidem praeftat MS. Mediceus Ptolemaei 4, 2. Καρτίννα exhibens pro vulg. Καρτένναι, ubi etiam in MSto Coisliniano Κάρτινα legitur. A. GRONOVIVS. Sic, *Cartina,* habet in Ptolemaeo lib. 8. Africae tab. 1. ed. Romana 1508. f. ubi vulgo in Graecis Κόρτινα. Cum ambigua fit penultimae literae fcriptura, malui aufcultare Codicum et editionum vetuftarum lectionibus, etfi *Cartenna* fere alii fcribunt, in iis etiam Antonini itiner. p. 14. ubi vid. docti viri, et Geographus Ravennas 5, 3. et 5, 4.

Arſinna) Sic MSS. Perizonii, non tamen conſtanter, quod monet Dukerus, qui in Varr. lectt. ſe ex uno adnotatum inveniſſe dicit *Arſina*, et ex alio *Cartimia et Arſimia*, quod etiam habeat Oxon. *Arſinna* ex ſuis adſert Voſſius, et ſic Cibin. habet. Vindob. Pariſ. 2. 3. Prag. Venet. Vatic. 1. 3. *Arſina;* Gud. *Arſinam;* Rehdig. uti Boccat. c. l. *Arſimia;* Florentin. Fabricii *Arſuma;* Lipſ. *Arſenaria*, pro quo tamen videtur fuiſſe *Arſina;* certe in margine *Arſinia*. Editiones priores 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Arſinna;* 13. *Arſenna;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. (in cuius margine ſine nota tamen Codicis adſcriptum erat *Arſimia*, quod et habet Boccatius c. l.) poſt et omnes ad Voſſium *Arſenaria*, qui repoſuit *Arſinna* cum reliquis, praeter Reinoldium, qui praetulit *Arſinnaria*. TZSCHVCKE. Plinius [5, 1. ſ. 2.] et Ptolemaeus [4, 2.] et Antoninus [p. 14. ed. Weſſel.] *Arſenaria*. HERMOL. BARBARVS. Alii omnes *Arſennam* Arſenariam vocant. Forſan nihil mutandum. VOSSIVS. Vere adfirmat Voſſius, aliis eſſe Arſenariam, de quo Vol. 2. Praeſtat tamen, Codicum veſtigia preſſius, aut proxime, ſequi. Forſan huc aliquatenus faciat *Philo Arſinnaritanus*, quem Notitia inter Mauretaniae Caeſarienſis epiſcopos refert.

Quiza) MSSti plerique *Aviſa*, ut teſtatur Perizonius, praeter unum Voſſ. 2. qui *Aniſia*, et alium, qui *Anſaſa* habet. Ex meis Vatic. 1. Vatican. Fabricii, Cibin. Zaluſc. Lipſ. Gud. Vindob. *Aviſa;* Rehdiger. *Aviſia;* Pariſ. 1. *Aruſa;* Pariſ. 2. *Anſa;* Venet. Bonon. *Anſaſa;* Pariſ. 3. *Ampſa*, uti exhibent edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et ſequentes (32. *Amſa*), donec in *Quiza* tranſire iuſſit Voſſius. TZSCHVCKE. *Ampſae, Laturi ſinus*, et *Anci* amnis, quod equidem ſciam, unice inter Geographos Pomponius meminit. Nec mirum. Nam ut nemo unus omnia amplectitur, in illa praeſertim locorum multitudine, ita nec omnes quidem eadem refe-

runt, et obſcura ſatis eſſe haec oppida Pomponius teſtatur. VADIANVS. Nusquam terrarum hoc nomen [*Ampſa*] reperias. Vaticanus aliique Codices legunt: *et Aviſa caſtellum.* Ordo ipſe docet legendum hic eſſe *Quiza*, ut repoſuimus. Κουΐζα κολωνία Ptolemaeo [4, 2.] et aliis. VOSSIVS. Recte Voſſius emendavit *Quiza caſtellum*, prout Plinius [5, 1. ſ. 2.] et Ptolemaeus [c. l.] id nominant, et hic loci collocant. PERIZONIVS. Equidem cum melioribus Codicibus praetulerim *Aviſa*, quod et habet, ex Mela, puto Boccatius de maribus ſ. v. *Laturus ſinus*, ſive id ex *Quiza* ortum, ſive molliori hoc ſono a Mela ad hanc formam inflexum. Forte tamen olim expreſſum fuit *Cuiſa*, uti in Ptolemaei editione Latina, Vlmae 1486. legitur, pro Graeco Κουΐζα, quod eſt in Cd. Palatino, cum vulgo ſcribatur Βουΐζα. Cf. et ad Antonini itiner. p. 15 ſq. *C* transiit in *A*, atque hinc facile fluxerunt aliae corruptiones. Parui igitur tamen Ptolemaei et Plinii exemplis. In proximis nominibus concinunt libri, tantum Prag. *Pardapale* et *Sardaballe* ed. 8.

Monimentum) Sic Mediol. et quidam alii. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vindob. *monumentum*, ut edd. multae ex antiquis, et ſic Vadianae et Olivarianae. Alii, uti 15. 17. 20. 23. *monimentum*, quod poſuit etiam A. Gronovius, cum antea prior forma ſtaret, in ed. 44. idque ſervatum eſt. Solus Voſſius, transpoſitis etiam quibusdam vocibus, dedit *munimentum*, de quo infra. TZSCHVCKE. Non exprimitur his verbis, quis locus urbsve fuerit monumentum commune regiae gentis. Proinde legendum puto permutatis verbis: *Vltra monumentum commune regiae gentis Icoſium; Deinde Vthiſia urbes.* PINTIANVS. *Monumentum — Deinde Icoſium.*) Ita omnes Codices. Vana eſt transpoſitio Pintiani et aliorum. Nam quis unquam monumenta regum Numidicorum Icoſii eſſe prodidit. Si vulgata lectio vera eſt, multo commodius et veriſimilius haec aliquis interpretari

poſſit de Iol inſula, quae orientem verſus adiacet Caeſareae. Ptolemaeus [4, 2. extr.] Νῆσος δὲ παράκειται τῇ Ἰὼλ Καισαρείᾳ τῇ ἐπισήμῳ πόλει, ἥτις καὶ αὐτὴ καλεῖται Ἰὼλ Καισάρεια νῆσος, ἐν ᾗ πόλις ὁμώνυμος. Ita ſupplendus hic locus ex optimo et antiquiſſimo Codice Arundelliano. [Ita et ſupplet Cd. Palat. tantum Ἰουλία Κ.] Huius inſulae meminit quoque Strabo. [17. p. m. 571. f. 831.] Notum vero regum principumque ſepulcra ſaepe in inſulis eſſe. Sic ipſe infra monumentum Caepionis dicit eſſe inſulam. Attamen vix mihi poſſum perſuadere, locum hunc eſſe ſanum. Ipſa veritas ipſeque Geographiae ordo cogit, ut duo iſta vocabula *ultra* et *deinde* transponantur. Id ſi feceris, habebis veriſſimam et optimam huius loci emendationem. Ita ergo legas: *Citra hanc, nam in medio ferme litore ſita eſt, Cartenna et Arſinna ſunt oppida et Quiza caſtellum, et Laturus ſinus et Sardabale fluvius. Dein* [in ipſo textu *Deinde*] *munimentum commune regiae gentis. Ultra Icoſium* — Munimentum commune regiae gentis vocat flumen Mulucham. Nihil clarius. VOSSIVS. Sic [*monumentum*] repoſui vulgatam lectionem ab omnibus MSS. confirmatam, quos ita fervide contemnere, ut pro ea ſubſtituas: *Deinde munimentum commune regiae gentis, ultra Icoſium*, mera impotentia eſt. Explicatur tamen et dicitur Mulucha vocari munimentum commune regiae gentis, et nihil eſſe clarius. Quod mirari ſatis nequeo. Nam cur hanc notabilem deſcriptionem non adiunxit capiti praecedenti et ipſi mentioni amnis Muluchae, quod profecto fieri decuit? Deinde Mulucha non eſt magis munimentum Numidiae, quam Mauritaniae, ſi modo hic ſenſus erit, et ipſos Numidas Maurosque intelligemus regiam gentem. In hoc autem ſenſu ita loqui profecto non eſt eruditi Latini, qui tunc nunquam aliter, quam munimentum regnorum regnive dicturus fuit. Sic memini Curtium [4, 5, 4. et 4, 14, 10.] ſcribere de fluviis extremis imperii Perſici, etſi Perſae aeque ac Numidae fue-

rint regia gens. Et eiusmodi regia gens potius dilata paulum a Pomponio fuiſſet, et ad Baſilidas inferius relata. Praeterea hic ipſe ſenſus iam éditus eſt a Mela in prioribus, ubi hunc amnem dixit *ingentium regnorum terminum;* ut ita prorſus idem nunc recoxerit. Sed videlicet poteſt *munimentum regiae gentis* non de ipſis populis accipi, verum de familia regia, et ſic debere intelligi putamus; in quo ſenſu equidem non video, qui intelligere et percipere debeam Mulucham amnem munimentum commune regiae gentis? Sic noſtri nec rure loquuntur. Quare omnino retinemus vulgatum, et monumentum commune regiae gentis interpretamur locum ſepulcro omnium e regia Numidarum familia deſtinatum, ut lib. 3. c. 9. *Erythrae regis monumentum.* Neque vero hic nobis imaginamur inſulam, neque, quia vel non ab aliis indicatur, vel non exprimitur locus urbsve fuerit, an quid aliud, ideo ſcrupuli hic quidquam videmus. Satis eſt, quod unus Mela ex reſiduis ſcriptoribus id nobis dicat, et illi credimus fuiſſe locum ſecretum et immunitum, qui Numidico ſermone tale quid ſignificaverit, quod nomen Latino ore concepit Auctor. Icoſium id eſſe nequit, ſi credimus Solino [c. 28. ſ. 25.] ex Graeca lingua deducenti, quaſi ab XX Herculis comitibus appellatum. Sed ſine haeſitatione ſtatuimus, nunc facere Auctorem, quod facit lib. 1. c. 13. ubi ſcribit, in parvo tumulo Arati poetae monumentum, nec tamen indicat, quod iſtius tumuli aut loci poſtea notabilis nomen fuerit. Sed Latine ſcripſit *monumentum regiae gentis*, ſic interpretans vocem Africanam, ut non modo facit in his barbaris vocabulis, ſed et in aliis. Sic lib. 2. c. 3. in Argolide maluit dicere praeter Argos et Mycenas eſſe, *templum Iunonis vetuſtate et religione percelebre.* An cauſa fuit, cur non dixerit Heraeum? nulla, niſi ipſius genius, cui ſua fuit cauſa et iuſta. Sic lib. 2. c. 4. maluit *Petrae, quas Sirenes habitavere*, quum tamen lib. 2. c. 3. non tantum dicat *Scironia ſaxa*, ſed et cauſam appel-

lationis explicet. Id autem regiae Numidarum gentis monumentum, ubi melius ſtatueretur, quam circa Iol, regiam ſedem fere in medio litoris et regni ab ea parte? Sed neque magis mirum eſt, id fuiſſe ad litus. Nam et ſic a Plinio ſcribitur lib. 7. c. 2. *Similis et in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatarchides ſcribit, a Pſyllo rege dicta, cuius ſepulcrum in parte Syrtium maiorum eſt.* Sic apud Pauſaniam in Atticis [c. 44.] Μνῆμά ἐστι πρὸς θάλασσαν Λέλεγος, et paſſim alia principum virorum, maxime circa Troiam. Immo ipſum Cadmi et Harmoniae monumentum: Nonne ait Dionyſius [v. 390.] Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικύδεα τύμβον; Ravennas Anonymus [5, 4.] inter Ruſicade et Hipponem ſic notavit: *Monumentum Annibal.* I. GRONOVIVS. Quibus vel aliquid ſit iudicii, libenter, ut puto, iſtam admittent medicinam. — In libris ſcriptis quibusdam vox *ultra* legitur poſt *monimentum*, quod, quamvis leve videri poſſit, ſufficit tamen, ut cognoſcamus, in ordine verborum non ſibi conſtare vetera exemplaria. Sed excutiamus ſingula. Quaerit Gronovius, cur hunc notabilem deſcriptionem non adiunxit capiti praecedenti et ipſi mentioni amnis Muluchae? Atqui huius rei cauſam dedimus manifeſtam. Poſtquam ſummatim perſtrinxit oram Tingitanae provinciae a freto ad Mulucham amnem, aggreditur Numidiam, incipiens a medio eius, nempe a Caeſarea, et contrario iam ordine ab ortu in occaſum procedens recenſet omnia loca intermedia, donec ad eundem, quo digreſſus erat, revertatur terminum, Mulucham ſcilicet amnem, aliis quidem verbis, ſed idem ſignificantibus illum deſignans. Pergit deinde, *Mulucham non magis eſſe munimentum Numidiae, quam Mauritaniae.* Ecquis dubitet, cum non Mela tantum, ſed et plerique alii id ipſum confirment? Sed quorſum haec, aut quomodo cum ſequentibus cohaerent, cum dicit, „non eſſe eruditi Latini munimentum regiae gentis pro munimento regnorum.“ Si dixiſſet, non eſſe Romani moris ſic loqui,

aliquid dixiſſet. Notum, nullos pro regibus agnitos fuiſſe, niſi quos populus Romanus reges appellaviſſet. Itaque poſt mortem Iubae deſierunt Numidia et Mauritania regna vocari, ideo ſcribit Mela hunc amnem nunc gentium, olim regnorum quoque fuiſſe terminum. Si ſimpliciter dixiſſet, Mulucham eſſe terminum regnorum, non recte locutus fuiſſet, ſiquidem, cum iſta ſcriberet Mela, nulla amplius in hoc tractu erant regna. Quod attinet locum Curtii, ubi Tigrim et Euphratem vocat munimentum regni Perſici, in eo omnia bene ſe habent, cum et Graeci et Romani Perſarum et Parthorum ſemper agnoverint reges. At vero in Mauritania et Numidia poſt mortem Iubae, ceſſaverunt omnia regna et regalia, non ſervi, non equites et exercitus regii, non domus et familiae, et ne urbes quidem ullae fuere regiae; omnia facta fuere Caeſariana. Clare Plinius lib. 5. c. 2. poſtquam recenſuit Sigam urbem Syphacis regiam, addit: *Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi, quae nunc Caeſarienſis.* Minime vero opus ad Scythas peregrinari, ut habeamus regiam gentem, cum ipſe ſe ipſum ſatis interpretetur Mela. Regia gens ſunt ipſi reges, *οἱ περὶ τοὺς βασιλέας*. Idem itaque dicit, quod prius, et, ut ſolet, ad priorem, a quo digreſſus fuerat, revertitur terminum, quem ſi non iterum ſignaſſet, utique vitioſa eius fuiſſet oratio. Gronovius tamen regiam gentem hic interpretatur familiam regiam Numidarum, et commune monumentum affirmat fuiſſe commune iſtorum regum ſepulcrum. Haec vero ut adſtruat, primo adfert Erythrae regis monumentum, cuius Mela mentionem facit in ſinu Perſico. Verum ex eo nihil aliud, quod ad rem faciat, poteſt effici, niſi id tantum, etiam reges olim humari ſolitos, quod ſane libenter credimus. Debuiſſet oſtendere, cum regibus ſingulis ſingula olim conſtruerentur Mauſolea, qui fieri potuerit, ut omnes Numidarum et Maurorum reges uno communi contenti fuerint ſepulcro, et quomodo,

qui in vita tantis inter se flagrarint odiis, passi sint cineres suos post fata cum inimicorum misceri cineribus. Cum nihil horum probet, pergit tamen in descriptione imaginarii sepulcri, et rebus non existentibus tribuit qualitates. Affirmat enim locum hunc secretum fuisse et immunitum, ac habuisse Numidicas inscriptiones tale quid significantes, ac sint ea, quae posuit Mela. Sine haesitatione itaque dicit se statuere, idem in hoc communi omnium regum Numidarum sepulcro facere Melam, quod fecit in describendo Arati poetae monumento. Quemadmodum enim istoc loco refert, situm id fuisse in parvo tumulo, ita quoque hic describens tot regum sepulcrum, non addere, ubinam situm fuerit istud monumentum. Si quis quaerat, quo pacto haec similitudo subsistat, promte et acute respondet, Melam quidem facere mentionem Aratei sepulcri in parvo tumulo siti iuxta Solos, non tamen addidisse, quodnam istius parvi tumuli fuerit nomen, quod tantundem est, ac si nullam fecisset mentionem. Demum concludit, istud tot regum monumentum fuisse in litore, ut aliorum heroum. — Sed singuli isti heroes singula etiam obtinuere templa seu heroa; ut vero monumentum habeamus, quo omnes Numidarum et Maurorum reges eorumque gentiles et agnati, componantur, opus fuit molem erigere parem Pyramidibus, aut etiam Labyrintho. — Struit quid in loco secreto et cuius situm ipse se nescire fatetur, et tamen dicit fuisse in litore circa Iol sive Caesaream, sed litoralem tractum non in Numidarum, sed Carthaginensium fuisse ditione, ex iis, quae iam dicentur, clarum fiet. VOSSIUS *in appendice observationum ad h. l.* Quum antea fassus sit: *Ita omnes Codices*, nunc in libris scriptis quibusdam vocem *ultra* scribit legi post *monimentum*. — Speravi me visurum citationem vel unius loci, in quo vel urbem vel amnem citans, et tum sic ab eo digrediens, ut longinquius inde sita prius recenseat, tum rursus ad eam revertens, eam ipsam urbem vel amnem, ut nunc Vossius statuit de Mulucha, aliis tantum verbis,

ſed idem ſignificantibus deſignet. Tale quid nunquam facit Mela, ſed ſemper repetit ipſam illam propriam appellationem. Sic in Caria [1, 17, 2.] *Inde ad Halicarnaſſon haec adiacent*, interponit deſcriptionem Cherſoneſi, et tandem rediens ad nominatam ſemel urbem pergit *Halicarnaſſos Argivorum* etc. — Sed ut videas falſiſſime pariter ſupponi talem repetitionem in hoc loco, an non perinde, ut de Numidia et urbe Iol nunc egit, agit quoque in cap. 19. de Paphlagonibus. *Quorum in litoribus pene mediis promontorium eſt Carambis. Citra Parthenius amnis, urbesque Seſamus et Cromna et a Cytiſoro Phryxi filio poſita Cytoros. Tum Cinolis* etc. Quae utique plane ſunt ſimillima noſtris. Enumeravit huc usque, quae citra Carambin erant. An iam non ſequi debebat deſignatio ſive iisdem verbis ſive aliis idem ſignificantibus loci eius, quem poſtremum ante Paphlagonas nominavit, ut hic ſupponitur repetitio amnis, quem ante Numidiam poſtremum nominavit? Sed nihil minus, quam hoc, facit Mela, qui rediens ad Carambin, progreditur et addit *Vltra monumentum* etc. Accedit, quod nunquam Mela rediens ad locum, unde diverterat, et media recenſens incipiendo ab longinquioribus, et maxime iam proximus illi factus, ipſum locum repetiturus dicat *dein* vel *deinde.* — Tum munimentum commune regiae gentis politus Pomponius aut alius eruditus Latinus non poſſet dicere. — Porro tunc non erat regia gens. Vtrum Cicero, Livius, Plinius vocant libera oppida, quae olim fuerunt libera? — Vbi Veientes audimus dictos regiam gentem poſt Lartem Tolumnium exciſum? — Sed tota res pendet e ſignificatione τῶν *regiae gentis.* Hanc ego dixi notare familiam regiam. At illi explicatur ipſi reges. — Sed nullum affert locum, qui hanc interpretationem confirmet. Sed ut palam pateat, meam ſententiam eſſe veriſſimam, en verba Iuſtini 27, 3. *Cum ex gente regia ſola Nereis virgo ſupereſſet.* — De monumento attuli Erythrae regis monu-

mentum, cuius tamen Mela non facit mentionem in ſinu Perſico, ſed in medio frontis Arabiae, quae eſt inter oſtia duorum ſinuum. — Neque ex eo nihil aliud poteſt effici, niſi tantum, etiam reges olim humari ſolitos; ſed primum ab Mela ſolere haec ſepulcra nobilia notari; ſecundo ſemper illic uti iſta voce, ut facit quoque de Mauſolo, Arato etc. et propterea eam non mutari poſſe. — Vnde vero probabit, etſi quibusdam id factum ſit, ut Sardanapalo, Cyro, Alexandro, regibus olim omnino ſingulis ſingula conſtrui ſolita Mauſolea? De Perſarum regibus aliter docet ex Diodoro [17, 71.] *βασιλικὸν ὄρος, ἐν ᾧ τῶν βασιλέων ὑπῆρχον τάφοι.* Sic Mauſoleum Florus [4, 11, 10.] ait vocari ſepulcra regum, de Ptolemaeis, et in Suetonii Auguſto [c. 18. in.] Ptolemaeum commemoratur. — De odiis et cineribus — at locus hic a Mela ac me ſtatuitur circa mediam Numidiae oram, ut ſola regia gens Numidiae illata fuerit. Nam quae nunc numerat Mela, ultra vel verſus orientem urbis Iol iacent. — Item dixi nihil aliud, quam locum eum ita appellatum Numidico ſermone et ſignificaſſe tale quid, quod nomen Latino ore concepit auctor. Ita fecit in Ampeluſia Mauretaniae, et ſic facit alibi, uti alii etiam auctores. — I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 78 ſqq. [Haec quidem nimis prolixe, etſi vere diſputata in ſummam hic contracta exhibui alio tempore ſic ea etiam daturus, quibus de litorali Carthaginenſium in his terris tractu a Voſſio prolata refutat.] Magnam hic contra omnes Codices, ut ipſe fatetur, ſuo unius arbitratu fecit Voſſius, mutationem, de qua licet iactet „*libenter iſtam admiſſuros medicinam, quibus vel aliquid ſit indicii*" nullus tamen dubito, quin omnes eam ſint reiecturi. Certe ego, ſi pari Codicum auctoritate utraque probaretur lectio, vulgatam longe praeferrem. Flumina, quod tamen hic nullum memoratur, *munimenta* recte poſſunt dici *communia* terrae, gentis, regni, non ita abſolute *communia* ſolius *regiae gentis*. *Monumenta* vero

communia, hoc eſt ſepulcra, ſolent regiae familiae homines habere. Neque vero hic intelligendi omnes Numidarum reges, ſed ſoli iſtius regni aut terrae. Sic Auguſtus ſibi et Caeſaribus condidit ac reliquit commune Mauſoleum. Sed ſatis refutatam hanc Voſſii medicinam iam dedit Gronovius, cui, quae ille, repoſuit in appendice, inania plane ſunt. Neque ſatis recte Pintianus et ex eo Schottus τὸ *deinde* transpoſuit, ut Icoſium ita faceret illud monumentum. *Monumentum* hoc fuit haud dubie locus inter Iol et Icoſium, in quo intervallo Ptolemaeus ponit Tipaſam et Oviam ſeu Viam. PERIZONIVS. Boccatius de fluminibus ſ. v. *Sardabale* plane hunc locum etiam, uti in aliis libris exſtat, repetit. Graevius tamen in notis MSStis Voſſii lectionem et explicationem propoſuit. Eadem vero eſt, ſed frequentior in libris editis variatio et inter utrumque vocabulum fluctuatio 3, 1, 4. ubi vid. notata. Lapſus eſt facilis, etſi, in utram partem hic tulerit, facile res ipſa oſtendit. Sic pro *monimentum* etiam exſtat *munimentum* apud Gruterum p. 677. n. 6. et p. 604. n. 6. et 3, 1, 4. item *munimentum* poſuit Voſſius pro *monumentum*, quod et probarunt Gronovii. Dedi autem *monumentum*, uti ſcribi ſolent *documentum*, *nocumentum*, (etſi hoc incerta ſide) *emolumentum*, etſi in iis ſibi minime conſtant libri, de quo plura dabit Cellarius in orthogr. Lat. T. 1. p. 291. ed. Harleſ. et infra ad 1, 15, 2. Ceterum in ſq. omiſit Cd. Rehdiger. *regiae*.

Icoſium) Cibin. Gud. *Ycoſium*; Prag. Pariſ. 2. *Ioeſium*; Havn. *Iocſium*; Vindob. Pariſ. 1. *iocoſium*. Edd. 7. 8. *Iſcoſium*; 25. *Icoſum*. Particulam *deinde* poſt *Icoſium* reiecit Schottus, de quo paullo ante monuit etiam Perizonius.

et Vthiſia) Primum τὸ *et* abiiciunt Voſſ. 2. 3. 4. Lipſ. Oxon. Vatic. Pariſ. 1. 3. Vindob. edd. 1. 9. 13. Deinde pro *Vtiſia* Perizonii Codices legunt magna varie-

tate *Ruthiſia*, *Ruthiſcia*, *Xuthiſcia*, *Ruthyſia*, *Ruzhizia*. Singulatim, adſcitis iis, quae Dukerus in nota recenſuit, Voſſ. 2. 3. Venet. Pariſ. 2. *Vtiſia;* Lipſ. (in quo τὸ *R* inductum erat) Prag. Bonon. *Vthiſia*, quod et in Havn. fuiſſe videtur; Cibin. *Ruthyſia;* Pariſ. 3. Vindob. *Ruthiſia;* Boccatius de fluminibus ſ. v. *Nabar* habet *rutiſia;* Rehdiger. *Ruſtica;* Oxon. *Rutixia;* Pariſ. 1. Gud. *Xuthiſia;* Zaluſc. *Xutiſia*. Edd. 1. 2. (absque *et*) 9. 11. 13. *Ruthiſia;* 3. 4. 5. 6. (in meo exemplari antiqua manus praepoſuerat *R*) 7. 8. 10. 12. 14. et reliquae ad Voſſium *Vthiſia*, qui priorem lectionem revocavit et aliis probavit. TZSCHVCKE. *Ruthiſia* legunt veteres libri. Nec *Ruſconia*, nec *Ruſuccorum* eſſe poteſt. Nemo alius, quod ſciam, huius loci meminit. Non longe tamen ab Ampſaga abeſſe potuit, uti adparet ex ſequentibus fluminibus. VOSSIVS. Satis liquet ex librorum variatione, hoc vocabulum eſſe corruptum, tanto magis, quia nusquam ita apud alios reperitur auctores. Quum vero apud Plinium 5, 2. ſ. 1. et Ptolemaeum [4, 2.] inter Icoſium et Ampſagam ſeu Ampſacum, huius regionis terminum, occurrat nobis *Ruſazus*, *colonia Auguſti*, atque adeo Melae ſatis haud dubie nota, putem illud nomen, quod in itinerario Antonini ſcribitur *Ruſaxis* [*Ruſazis* Weſſeling. p. 17.] huic loco convenire et corrupto *Ruthiſiae* vel *Ruthiſciae* ſubſtituendum. Accedit, quod inter Icoſium et hoc controverſi nominis oppidum reperiantur fluvii, qui inter eas in mare quoquo modo effluunt. PERIZONIVS. De corruptione nominis nemo dubitet. Vera eius ſcriptura, ſi quis ad eam accedere velit, unice quaeri et erui debet ex aliorum Geographorum narrationibus; qui quidem haec ſubminiſtrant. Plinius 5, 1. ſ. 2. poſt Icoſium ponit: *Ruſconia*, *Ruſucurium*, *Ruſazus*, quae huc transferri aliquo modo poſſint. Plinium cum ſcripturae aliqua varietate ſequitur Martianus Capella lib. 6. p. 216. ed. Grot. Plura oppida poſt Icoſium enumerat Ptolemaeus 4, 2. uti Antoninus in itiner. p. 16.

et Geographus Ravennas 3, 8. 5, 4. Quo autem usque procedi poſſit et debeat, ipſe Mela fluviorum duorum commemoratione conſtituit, in quo optime ſuccurrit Ptolemaeus, quippe qui ſingula ſuo loco et ſerie indicavit, cum reliqui flumina aut plane omittant, aut inferius ſubiecta ſimul ponant. Hic cum ſuccurrat in Ptolemaeo *Naſava*, qui Melae *Nabar* eſſe videtur, *Ruſazus* illam progreſſionem terminare debet. Hinc igitur et ex lectione noſtrorum Codicum, quod ex recenſitis oppidis huc conveniat, diſpiciendum eſt. In quo certe propius adiuvat prima nominis ſyllaba *Ruth*, quae ex depravato *Ruſſ* exiit, quippe quod uſitatum eſt iis oppidis praeponi, h. *Ras*, ut multis exemplis conſtat. De eius uſu et vi Vol. 2. Igitur primum hinc in Mela exſiſtet *Ruſſiſia*, aut *Ruſiſia*. Iam nomina, ſi ab hoc initio orta perſequaris, obiiciuntur *Ruſconia*, (Ῥουστόνιον Ptol. *Ruſgunia* Anton. et Geogr. Raven.) Ῥουσίκιβαρ (Ptolem. *Ruſubbicari* Anton.), *Ruſucurium* (Plin. Ῥουσουκκόραι Ptol. *Ruſuccuro* Anton. *Ruſicuron* Geogr. Raven.), Ῥουσουβησὴρ (Ptolem.), *Ruſazus* (Plin. Ptolem. *Ruſazis* Anton. *Ruſarus* Martian. *Ruſazu* tab. Peuting. 1. E. *Ruſerus* Geogr. Raven.). Iam, ſi reliquam noſtri nominis formam adhibeas, proxime ad id accedere videatur Ptolemaei *Ruſicibar*. At nimis hoc Icoſio vicinum eſt, quam ut duo flumina inter utramque urbem effluere poſſint, nec quae effluant, commemorantur. In remotiori igitur tractu ſimile nomen aliquod quaerendum eſt, unde non procul alter fluvius ſe effundat, et tum prodit *Ruſubeſer* (*Ruſippiſir* in tab. Peuting. 1. E. in Geogr. Rav. 5, 4. *Ruſwiſir*) aut *Ruſazus*, et nunc inter ea oſtenduntur *Savus* et *Serbes*, at paullo remotius *Naſava*, qui tamen *Nabar* Melae eſſe videtur et habetur. Tum vero aut Mela erravit, aut Ptolemaeus in notando fluviorum illorum, certe poſterioris, ſitu. Pro Ptolemaeo tamen etiam propugnat tab. Peutinger. 1. E. Vltra coniectando vix progredi licet; ſed cum in incertis verſetur coniecturae

veritas, praestat hoc notasse et vulgarem lectionem intactam relinquere. Emendationem huius loci a Perizonio propositam proxime repetam.

et fluentes) Paris. 1. 2. 3. Voss. 1. 4. Cibin. Lips. Gud. Vindob. Prag. *effluentes;* Rehdiger. Voss. 2. Perizon. *affluentes;* Oxon. Voss. 3. *fluentes;* Voss. 5. Venet. *et effluentes*, quod et in Vaticanis fuisse videtur. Reliqui ex silentio conlatorum cum suis edd. consenserunt. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. et reliquae, quae Vadiani et Olivarii textum reddunt, Schottus etiam *effluentes;* 13. *affluentes; et effluentes* 15. 17. 20. 23. Vinetus *et fluentes,* post Vossius cum ceteris. Nempe τὸ *et fluentes,* quod probat res ipsa, coaluit in *effluentes*, cui mederi interposita particula quidam studuerunt. *Et fluentes* etiam emendaverat Ciacconius, Perizonius tamen malit *et effluentes.*

Aveus) Lips. Vindob. Rehdiger. Paris. 2. 3. Florent. Fabricii *Ancus;* Zalusc. Gud. *Anchus;* Vatic. 1. Cibin. Vatic. Fabricii, Paris. 1. *Aucus;* Oxon. *Aneus;* Venet. Bonon. *Antus;* Havn. *Ancris;* Vatic. 3. Prag. *Anchris.* A. Gronovius ex suis omnino refert *Aucus, Ancus, Anchus, Anchris.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. et reliquae habent *Ancus,* tantum 32. 34. in qua tamen ad calcem emendatur, *Aneus.* Vossius dedit *Aves* et post 40. 41. 42. Cum Reinoldio 43. et ceterae posuerunt *Aveus.* TZSCHVCKE. At *Audus* et *Nasaba* fluvii referuntur a Ptolemaeo [4, 2. sed. v. post] in hoc litore; sed alterum Plinius [5, 1. s. 2.] *Nabar* vocat, ut Mela. CIACCONIVS. Apud Plinium in omnibus, quos vidimus, Codicibus *Aves* et *Nabar* haec flumina appellantur. Sic enim legunt: *Flumina Sardaval, Aves, Nabar, gens Machurebi.* Pomponii veteres libri legunt *Aucus* vel *Aveus.* Omnino legendum:

Vltra Icosium et Ruthisia, et fluentes inter eas Aves et Vabar. *Aves* flumen a Ptolemaeo Σαύης vocatur. Notum vero τὸ Σ innumeris vocabulis aut addi aut demi. Οὐάβαρ autem oppidum est Ptolemaeo prope Saldas. nec dubito, quin etiam amnis eiusdem hic fuerit nominis. Omnino itaque *Vabar* Melam et Plinium scripsisse existimo. VOSSIVS. Crediderim, hunc esse fluvium, quem Ptolemaeus proxime post Icosium ponit, et nominat *Savum*, in quo nomine litera *S* forsan aliunde est adscita; vel potius, quod malim certe ego, ex Mela excidit, quia etiam est ultima vocabuli proximi superioris *eas;* et quia Ptolemaeus d. l. bis eodem modo, in litore et in mediterraneis, hunc fluvium nuncupat. *Aves* unde Vossius probet, viderit ipse. *Nabar* etiam apud Plinium d. l. iisdem plane literis scribitur, sed tribuitur interiori Numidiae cum *Sardabale*, quae forte causa, quare eorum ἐκβολαὶ, *ostia*, a Ptolemaeo in ora litorali non memorentur, quum in alium delabantur fluvium, et in eo suum nomen amittant. Plane ut apud nos Mosa et Vahalis possunt dici inter Hollandiam et Brabantiam ferme effluere, licet *Vahalis* nomen in interiore tantum tractu maneat, et ipse fluvius cum Mosa coniunctus infra Gorcumum suum nomen plane perdat, et una cum Mosa in mare effluat. Sic ergo et *Savus*, qui iam in mediterraneis accepit fluvium Trimphaebium, [Ptolemaeo 4, 2. Τριμφίμβιος] potuit prope litus etiam recepisse Nabarem, et ita illi duo pariter inter dictas urbes dici in mare effluxisse. Forsan quis huc trahat Ptolemaei Νασαύα, ut fecisse videntur Bertius [ad Ptolemaeum] et Ciacconius. Et sane facilis est mutatio inter Νασαύα, quem ignotum amnem Cellarius in Africa cap. 6. dicit et Νάβαρα. Sed obstabit forsan, quod post Rusazuntem collocetur, quamvis haec discrepantia non adeo magni sit Geographis momenti, quum saepe illi non satis iustam ordinis rationem habuerint, aut saepe in eo aberraverint. Vtut sit, totum hunc locum sic emendaverim: *Deinde Icosium et Ru-*

taſcia (vel *Ruſazus*) *urbes*, et *effluentes inter eas Saucus* (vel *Savus*) et *Nabar aliaque.* PERIZONIVS. Vt tueatur τὸ *effluentes*, multa ponere Perizonius debet, quibus id ſuperſtrui poſſit, etſi parum ſolidum fundamendum ſiſtant. Ciacconii *Audus* nimis hinc diſtat. Probabilior eſt Perizonii ſententia de Savo, qui proxime abeſt ab Icoſio. *Aves* ex Plinio c. l. adſtruere tamen, nec fruſtra forſan, niſus eſt, in quo etiam Harduinus Ptolemaei *Savum* deprehendit. Ita enim, Σαῦος, non Σαύης ab obliquo Σαύου ducendum, docet poſt ipſe Ptolemaeus. Et ſic recte Cellarius in Geogr. ant. 4, 6, 14. Ortelius in theſauro Geogr. ſub. h. v. et olim ed. Ptolemaei Romana 1508. Pintianus maluit mutare adeo in *Ancus.* Si tamen Plinii *Aves*, quod utique videtur, Ptolemaei eſt *Savus*, cum Graeca minorem omnino corruptionem experta ſint, et in Mela ex proxima voce τὸ *S* adhaerere potuerit, atque in Ptolemaeo temere addi, ad verum proxime accedit, aut ipſa vera eſt emendatio Perizonii, et praeferenda recentiorum lectioni *Aveus*, quae ex diverſis conflata exſtitit, etſi Reinoldium hic probat A. Gronovius, quod *Aveus* facili librariorum errore transire potuerit in *Aucus* vel *Ancus*, quod tamen eſt ambiguum. Auſus igitur ſum recipere *Savus.* De *Nabar* fluvio, etſi et hoc forte nomen corruptum eſt, nihil decerno, cum ſic legatur etiam in Plinio, nec aliter referat Boccatius de fluminibus h. v. Codices tamen leviter disſentiunt. Lipſ. *Anabar;* (ſed τὸ *A* erat inductum) Zaluſc. *Nabar;* Rehdig. *Nabare.* Qui quidem ad *Nabar* ducunt, quod ſedet in reliquis et in editionibus. Tantum Voſſius, quod huc Ptolemaei oppidum traheret, uti ſupra eſt expoſitum, mutavit in *Vabar*, quod exceperunt edd. 40. 41. 42. poſtea Reinoldio duce priſca lectio revocata eſt in ſedem ſuam.

quae taceri) Cibin. omnino *aliaque taceri;* Rehdig. *tacere.*

§. 2. *ſatis a litore)* Rehdig. *ſatis altiorem;* Vatic. 1. *ſatis altiore.* Ita etiam Voſſ. 4. et 5. TZSCHVCKE. Mirum mihi accidit, nec temere prorſus factum, quod in quibusdam Codicibus legatur *altiore* pro *a litore.* Miraculum enim in eo ſitum eſt, quod in locis non tantum a litore remotis, ſed et in editis atque ipſis montibus haec reperiantur. Oroſius 1, 3. *Fuiſſe tamen* (ante diluvium) *etiam illi conteſtati ſunt, qui praeterita quidem tempora, ipſumque auctorem temporum neſcientes, tamen ex indicio et collectura lapidum, quos in remotis montibus conchis et oſtreis ſcabros, ſaepe etiam cavatos aquis viſere ſolemus, coniiciendo didicerunt.* PERIZONIVS. Equidem ex inverſione literarum hoc accidiſſe putem, uti mox Lipſ. habet *ſpicium.*

mirum ad modum) Prag. *in modum.* Edd. aliae diviſe, aliae coniunctim ſcribunt poſteriora verba. TZSCHVCKE. Haec verba quidam aliena putant. CIACCONIVS. Gloſſema in inſulam deportetur. SCHOTTVS. Male aliena haberi monet ad Ciacconium Perizonius. Si ſunt ſincera, voluit Noſter augere inſolitae rei notionem, cum rem inſolitam et praecedentia verba et ipſa narratio alias declarent. Libri retinent omnes.

muricum) Vindob. *muriſicum;* Lipſ. *muricium.*

oſtrearumque) Sic Perizoniani omnes, Oxon. Mediolan. Leidenſ. Gud. A. Gronov. Vindob. Lipſ. (in quo τὸ *a* mutatum in *o* erat) Prag. Cibin. Rehdiger. inque iis Vaticani ex ſilentio conlatoris, ex quo tamen etiam *oſtreorum* habuiſſe videntur Pariſienſis et Havn. quod et ex Chiſiano notat A. Gronovius. Prius agnoſcunt etiam edd. 1. 2. 9. 13. 15. 17. 20. 23. plures aliquanto poſterius, (*oſtreorumque*) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. et quae Vadianum et Olivarium referunt. Adhaeſerunt Sanctius, Vinetus, Schottus, Voſſius, I. et A. Gronovii, hic in editione

tantum prima. (42.) Poſt cum Reinoldio revocavit prius, quod manſit. TZSCHVCKE. Ita, [*oſtreorum*] neſcio quare, maluerunt pleraeque editiones etiam ultimae, quum MSSti omnes habeant *oſtrearumque*, idque ſequantur ex edd. optima Anonyma, Toriniana, Aldina et Iuntina. Quid ergo? An reliqui crediderunt, minus hoc eſſe Latinum? Ego vero id Latinius et antiquius eſſe crediderim. Sic Plautus Rud. 2, 1, 8. *echinos, lepadas, oſtreas — captamus.* PERIZONIVS. Iam olim de huius vocis terminatione et forma quaeſitum fuiſſe inter Grammaticos, docet locus Chariſii in inſtit. Grammat. lib. 1. p. 52. (ed. Putſch.) qui quidem vult dici feminine ſingulari numero *haec oſtrea*, quomodo fere efferunt poetae, uti Lexica docent. Eo certe minus hic tot Codicum voces ſperni poſſunt, quibus et Boccatii auctoritas accedit, qui ſub v. *Numidicum mare* ita hinc repetit. Poſt *fragmenta* deeſt in Cd. Vind.

ſaxa attrita) Voſſ. 2. 5. et Arundelianus, notante Perizonio, *ſciſſa et attrita.* Ex meis ſic Venet. et Bonon. itemque, absque *et* tamen, duo Ciacconii, Prag. Vatic. 3. Ex edd. ſolae 15. 17. 20. 23. unde adparet Cod. Venetum in plerisque expreſſiſſe. TZSCHVCKE. *Sciſſa* gloſſema eſſe ad *attrita* exiſtimo, et delendum cenſeo, ut ſit: *oſtreorumque fragmenta, attrita, uti ſolent, fluctibus.* CIACCONIVS. Perperam viri docti hunc locum corrigunt. Nihil hic eſt aut mutandum, aut demendum. Attrita ſaxa ſunt exeſa et excavata a mari, quemadmodum ſcopuli. Graeci χηραμοὺς et χηραμίδας vocant. VOSSIVS. Perizonius rem aliis expendendam reliquit. Equidem τὸ *ſaxa*, quod habent plerique codices et hinc refert etiam Boccatius c. l. minime eiiciendum puto, cum et ad rem ipſam augendam apte faciat. Quod ſi gloſſema eſt vocis *attrita*, effecit, ut propter literarum ſimilitudinem *ſaxa* poſt omitteretur. Denique fragmenta oſtrearum ſciſſa et attrita attenuare potius, quam intendere

rei insolentiam videntur. Prag. post *uti solent in fluctibus;* Vatic. 3. *ut solent.* Boccatius de maribus s. v. Numidicum in reddendo hoc loco ita subplet: *uti fieri solent*, quod non est necesse. Sic codices multi addunt in Sallustio de B. C. 29, 2. Sed de hoc V. 2. Ante Vind. *attricta.*

non differentia marinis) Irrepsit ex ora. Lege igitur: *et infixae cautibus anchorae aliaque huiusmodi signa.* SCHOTTVS. Varia hic expellit Schottus et Ciacconius, sed sine ulla ratione. PERIZONIVS. Vide et antea.

et alia eiusmodi) Dissentiunt libri. Primum *et alia* habent Vatic. Venet. Voss. 1. 2. 3. 4. 5. Oxon. Periz. Cibin. Lips. Mediol. A. Gronov. Venet. aliique, in quibus Parisienses cum ed. Vossii. Tò *et* omittunt Havn. Prag. At subiiciunt τὸ *et* post *alia* (*alia et*) edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 28. 35. omninoque Olivarianae; *aliaque* dederunt editt. 11. 16. 18. 22. 35. et quae Vadiano adhaerent. Vinetus posuit *et alia*, post Vossius et hinc ceteri. Altera varietas est in voce *eiusmodi*, pro qua in aliis legitur *huiusmodi.* Prius dant Lips. Prag. Havn. Voss. 4. 5. Perizon. Mediol. A. Gronov. Rehdiger. et cum ed. Voss. opinor, Parisienses. Adscriptum idem erat in ed. 23. sed sine nota Cod. Vaticani; posterius est in Voss. 1. 2. 3. Oxon. Vindob. Gud. Venet. et in edd. antiquissimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et sequentibus ad Vinetum usque, qui praetulit *eiusmodi*. Hic interposita mora successit Vossius et reliqui. Quod enim A. Gronovius ex Reinoldiana editione adfert *huiusmodi*, in meis diversorum temporum exemplaribus non legi. Perizonius tamen malebat reponere *huiusmodi.* Nota est utriusque pronominis in libris ambiguitas ex iis, quae disputata sunt supra ad 1, 5, 5. Equidem ex meo

ſenſu receptam nunc letionem retinui. Pro *ancorae* Codices quidam, ut Rehdiger. Prag. dant *anchorae* cum edd. multis non ſolum antiquioribus, ſed et recentioribus, quod et Vinetus, Schottus, Voſſius, I. et A. Gronovii reliquerunt. Hic in ultima editione tantum (45.) in *ancorae* mutavit, ut ante Reinoldius, et poſt Kappius. Adſpirationem melius abeſſe cenſent viri docti, cum nec eius cauſa adſit iuſta et boni Codices omittant; vid. Drakenb. ad Liv. 37, 30. f. Grammatici invicem disſentiunt. Probat Iſidorus Orig. 19, 2. reiicit Marius Victorinus lib. 1. artis Grammat. p. 2466. (in Putſchii Grammatic.) Nec conſtant ſibi ſemper auctorum editores. Poſteriori demum aetate invaluiſſe docent ea, quae notavit Iſidorus c. l. et Servius ad Virgil. Aen. 1, 169. Probat et fons Graecus, unde manavit.

effuſi) Deeſt in Cd. Rehdiger. Mox Vindob. Havn. Prag. *narratur.* Ed. Lugd. 1538. item ed. 56. *ſperantur.* Mirum ad modum Cd. Gud. pro *narrantur* dat *n̄ occāt̄*, quod explico *nunc occaratur* pro *occantur;* pannus hic adſutus.

CAP. VII.

Cd. Zaluſc. haec praemittit: *De ea Africae parte, quae Africa totius nomine dicitur, et de reſiduo totius Africae et de Afrorum moribus.* Gudian. *Africa prima* inſcribit. Plerique una ſerie haec nectunt ſuperioribus, uti Pariſ. 2. 3. Cibin. Prag. Rehdig. (tantum τὸ *R.* hic ſiſtit maiori forma) uti edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 15. 17. 20. 23. Quidam intervallo brevi diſtinguunt, uti Lipſ. Pariſ. 1. et edd. 9. 10. quae contra verbum *uſurpat* in margine habet *Aphrica*, quam vocem praeponunt edd. 12. 14. 19. Aliae *Africa minor*, uti 16. 18. 21. 22. 24. 25. omninoque Vadianae, Olivarianae cum ſuis, etiam Schottus, Voſſius, et primum I. Gronovius,

deinde *Africa proprie dicta*, quod ceteri retinuerunt omnes vel cum, vel ſine capitis novi numero. Vinetus hinc cap. 18. ſimpliciter orditur. TZSCHVCKE. Hic quum Mela ſe ipſum ſatis oſtendat in ipſo mox principio putavi titulum concipiendum, non *Africa minor*, ut paſſim in editionibus, quas ſecutus eſt Voſſius, ſed *Africa proprie dicta*. Certe Pintianus iſti capiti *Caſtigationum* ſuarum praeſcripſit: *Ex Africa proprie vocata*, et in MS. vidi praenotatum *Africa prima*, incertum unde et quì. Ipſe Mela ſe ſervat lib. 2. c. 3. *quos proprie Illyricos vocant*. Et lib. 3. c. 5. *in eum, quem proprie et totius nomine Caſpium appellant*. I. GRONOVIVS.

§. 1. *promontorio)* Cibin. Prag. hic et poſt *promunctorio;* Voſſius a Vineto mutuatus a Voſſio I. et A. Gronovii in edd. 40. 41. 42. *promuntorio*, unde rediit forma uſitatior *promontorio*. Vide quae ſupra de ea monui ad 1, 6, 1. TZSCHVCKE. *Promuntorium* fere MSS. codd. per *u* praeferunt, quaſi a *prominendo*. SCHOTTVS.

Metagonio) Venet. et quae ex eo fluxiſſe videntur edd. 15. 17. 20. 23. dant *Metagonis*. At reliqui libri omnes *Metagonium*, uti et alii auctores efferunt. Vitioſe Gud. Prag. *Mcthagonio*. Boccatius de maribus ſ. v. Numidicum refert: *Metagonum*.

Philaenorum) Lipſ. Rehdig. *phylenorum;* Cib. *filenorum;* Gud. Prag. *philenorum;* Vindob. *ad aris philinorum*. Edd. pleraeque, antiquiores maximae, habent *Philenorum*, in iis Camertinae, Vadianae, Olivarianae, etſi hac inter ſe diſcrepant. Recte alia exemplaria primae editionis *Philaenorum*, cum in aliis ſit *Philoenorum*, in repetitis *e* et *ae*. Vinetus, Schottus, Voſſius, aliique *Philaenorum*. Eadem variatio occurrit infra, ſed et alibi. Sic in tab. Peuting. 7. *are philenorum*, apud Salluſt. in Iug. c. 19, 3. *Philenon arae*, etiam per *e* recen-

tiores editiones, uti in Orofio 1, 2. p. 50. Havercampus. In Salluftio minus fibi conftant, et per *ae* fcribunt in Iug. c. 79, (f. 75.) 5. Tò *ac* tamen probant auctores Graeci plures, in quibus Strabo 1. p. m. 118. (171.) et 17. p. m. 575. (836.) Probat etiam infcriptio apud Gruter. p. 940. n. 2. Cf. Drakenb. ad Sil. Ital. 15, 794. Quod Cd. Cib. per *f*. fcribit, factum eft ex pronuntiationis eodem fono, atque hinc plures eiusmodi depravationes ortas effe praeter alios docere poteft Cuperus in obferv. 3, 8. p. 290. ed. Lipf. et Spanhem. de ufu — num. diff. 2. p. 123. ed. Lond. 1706.

Oppida) Vindob. *opida*, uti folet, etiam ed. 13. TZSCHVCKE. *Opidum* fimplici *p* Codd. fere praeferunt; ab *Ope* Varro de L. L. lib. 4. [c. 52. in.] et Cicero de *Gloria* apud Feftum [h. v.] derivant. SCHOTTVS.

Hippo —) Cib. Lipf. Rehdiger. *Hyppo;* Prag. *ipo;* Vindob. *hipo;* Gud. *iporegitus.* Edd. 6. 7. 8. *Hipporeius.* Sic *Ypone regio* in Geogr. Ravenn. 5, 4. In unam vocem contrahunt pofterioris aetatis auctores, uti Procop. de B. Vand. 2, 4. in prifcis quidem edd. Victor Vitenfis de Perfecut. Vandal. 1, 3. Vera fcriptura patet ex Graecis Ἵππων Βασιλικός. TZSCHVCKE. Edidi *Regius*, non ut Voffius et alii *regius*, quum mox a maiufcula litera incipiant voces *Hippone Diarrhyto.* I. GRONOVIVS. Non tamen in libris. At poteft melius, quia eft epitheton folemne.

Rufìcade) Vatic. 3. *Ruficande;* Prag. Parif. 2. *Ruficaude;* Venet. *Ruficadae*, uti ed. 25. fed variante exemplarium fcriptura; Cibin. *Ryfichade;* Lipf. *Ruffucade.* Alii, in iis Gud. Rehdig. uti editur, *Ruficade*, etfi ex iis, quae fupra dixi, *Rufficade* praeferendum videatur. Invaluit tamen prius, et fic etiam tab. Peuting. 2. E.

Thabraca) Cibin. Lipf. Gud. (hic in margine: *de trabaca Iuvenalis*) Voff. 1. 4. Mediol. *Thabraca;* Voff. 2. 3. 5. Oxon. aliique cum edd. fuis *Tabraca;* Perizon. *Tabracha;* Vindob. *tabarca;* Prag. *Tabruca;* Bonon. *Trabaca.* Edd. pleraeque, etiam antiquiffimae, *Tabraca,* quod et retinuit Schottus, et qui poft eum Vadianum repetunt; item Voffius et Gronovii ad edit. 42. Poft cum Reinoldio inferta eft adfpiratio. Prior fyllaba in ambiguo haeret, quod alii adpofita, alii demta adfpiratione, fcribunt, uti ex Graecis maxime et monumentis prifcis intelligitur. Adponit Ptolemaeus 4, 3. Θάβϱακα, demit Polybius apud Stephanum, ubi invito literarum ordine vulgo editur Τάβαϑϱα, quod Holftenius p. 310. ex Τὰ et Βάϑϱα coaluiffe et male obtrufum putat, melius ex depravatione natum cenfet et ad hanc noftram urbem refert Bochartus in Chanaan 1, 24. cui adfentitur recte Schweighaeufer, ad Polyb. Vol. 7. p. 72. Atque fic voluit dare defcriptor tabulae Peuting. 4. ubi nunc legitur *Cabraca,* Sic variatur in auctoribus aliis et in uno Antonino, cuius itinerarium p. 23. habet *Th,* at p. 495. fimplex *T.* Plura Vol. 2. Interim confuli poffunt Schweighaeufer. c. l. et viri docti ad Antonin. priori loco. Cum hic meliores Codices pro adfpiratione ftent, nolui receptam iterum expellere, etfi alterutrum damnari minime poteft.

§. 2. *Dein)* Sic Cod. Ciacc. Gud. *Deīn* Prag. ex compendio pro *deinde,* quod habent reliqui cum edd. ad 41. ex qua propagatum eft *Dein.* Ex Prag. adparet lineola neglecta *Dein* exortum effe, unde melius alterum revocetur. At leve eft, nec immutatione receptae lectionis dignum.

promontoria) Lipf. Gud. Vindob. *promuntoria,* ut fupra et alibi. Tum Cibin. *appollinis,* ut ed. 23. Vindobon. *apolinis.* Poft Cibin. *Mercurey vaftae;* cod.

Ciacc. Venet. ut edd. 15. 17. 20. 23. *et Mercurii.* At reliqui τὸ *et*, uti ex Vatic. 1. diſerte etiam in edit. 25. notatum erat, omittunt, forte ut ſic diſtinctior ſit enumeratio.

Hipponenſem) Prag. *Iponenſem;* Cibin. Rehdiger. *hypponenſem;* Lipſ. *hypomenenſem;* Vindob. *hipomenenſem.* — Poſt *et proximum* Pariſ. 2. 3. edd. 1. 2. 9. 11. 13.

Hippone D—) Cibin. Gud. Prag. *ippone;* Lipſ. *hypone;* Rehdig. *kyppone;* Vindob. Venet. *hipone.* Tam parum ſibi iidem etiam Codices conſtant, ut recte alia ſaepe ſubſidia circumſpici debeant. Maior corruptio in ſequenti voce: Vatic. 3. Venet. *Dyarico;* Pariſ. 2. 3. *Diarico;* Bonon. *Diarrhyco;* Vindob. Cibin. *diarrito;* Rehdig. *dyarito;* Lipſ. *dyarrito;* Gud. *diarito;* Prag. *Eliarico.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *diarico;* 6. 7. 8. 10. Poſt *Diarrhyto.* Quaedam ex antiquiſſimis coniuncte, ut ſupra, *Hippo Regius*, ſcribunt. TZSCHVCKE. Pro *Hippone Diarico* [ſic ed. 1493. non *Diarito*, uti refert A. Gronovius] ſcribendum ab *Hippone Diarrhyto*, ex Plinio [5, 3. ſ. 4.] Antonino [p. 21. ed. Weſſel. ubi tamen *Zarito* nunc] ceteris. HERMOLAVS BARBARVS. Notum ex Ptolemaeo 4, 3. Ἵππων Διάῤῥυτος.

quod litori—) Prag. Vatic. 3. *qui litori — appoſitus eſt.* Reliqui omnes *quod — appoſitum eſt*, uti edd. ante Voſſium, qui, quod vulgato melius cenſet, dedit, *qui — appoſitus eſt*, et ſic edd. 40. 41. 42. Poſt rediit prior lectio. TZSCHVCKE. Sic omnes, quos ego vidi, Codd. et priſcae edd. Voſſius tamen edidit, *qui appoſitus eſt*, praefatus ſic nonnulla vetera exemplaria habere, quod tamen in eius Codicibus aut collationibus non reperi. Sed Goetzius invenit in uno [tertio] ex Vaticanis, verum non illo optimo. Quo circa receptam lectionem retinui, ut plurium et meliorum Codicum

auctoritate firmatam, cum utrumque bene et Latine dicatur. Intelligitur enim *oppidum*. Vide Sanctii Minervam. [4, 10.] PERIZONIVS. Ob confenfum librorum et quod fert linguae ufus, nihil mutandum eft. Revocari huc debet *oppidum* ex fuperioribus.

Dellia) Libri omnes antiqui tefte Voffio, confirmante Perizonio, *Delia.* Accedunt Codd. alii, Ciaccon. (hic omiffa voce *caftra*) Oxon. Vindob. Havn. Venet. Cib. Lipf. Prag. (qui fubiicit *et caftra C.*) Rehdiger. Vatic. Parif. 1. 2. Gud. Ex Parif. 3. adnotatum erat *Laelia*, quod ante Voffium occupabat omnes editiones. Hic primus Codicum lectionem fecutus pofuit *Dellia*, ceteris fuffragantibus praeter Reinoldium, qui *Laelia* retinuit. TZSCHVCKE. *Caftra Laelia*, quorum nullus Geographorum meminit, abundare exiftimo. CIACCONIVS. *Laelia* eft a correctoribus. Puto Melam fcripfiffe *caftra Dellia.* Ab aliquo Dellio procul dubio nomen accepere haec caftra. Delliorum familia quia minus nota, ideo *Laelia* hic fuppofuerunt. VOSSIVS. Recte reftituit Voffius. De gente *Dellia* vide Torrentium ad Horatium Od. 2, 3. Qui *Laelia* fubftituerunt, videntur refpexiffe *C. Laelium*, primum P. Cornelii Scipionis Magni in Africa legatum. Vid. Liv. 30. tanto magis, quia proxime fequuntur *caftra Cornelia*, quae ab illo ipfo P. Cornelio Scipione nomen hoc habere creduntur, et defcribuntur a Livio 29, 35. Adde Lucanum 4, 658. PERIZONIVS. Si Codicibus aufcultandum eft, praeferri debet *Delia*, fi hiftoriae indiciis, eminet *Laelia.* Delii enim nomen in bellis Africanis plane incognitum eft, omninoque obfcurum, etfi ex auctoribus Graecis, Plutarcho in Antonio c. 25. — Dione 49, 39. et alibi *Dellia* pro *Delia* rectius fcribitur. Equidem iis ponderatis, cum nota fit Codicum noftrorum in efferendis nominibus ambiguitas, praefertim cum et ex Codicibus unus ita legat et editiones primae, malim cum Reinoldio *Laelia* in fedem fuam reponere. Laelii enim

nomen in Africae rebus inclaruit et recte cum Cornelio Scipione iungitur, uti ex Livio 29, 1. et 5. 30, 9. et 11. difcitur. *D.* autem et *l* quam faepe in libris mifceantur, docebit Drakenb. ad Liv. 1, 4, 7. 3, 31, 8. et alibi.

Bagrada) Vindob. Prag. Bonon. Rehdiger. et plerique ex Perizonianis *Bragada;* Lipf. *Bragrada;* Zalufc. *Bagua;* alii etiam ex Perizonianis *Bagrada*, et fic ex Codice etiam notatur in ed. 27. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. omninoque Vadianae et Olivarianae *Bragada*, uti et adfert Boccatius de fluminibus h. v. Vinetus, Schottus, Voffius et hinc reliqui *Bagrada.* Veram, ufitatiorem certe, fcripturam probant Graeca. Βαγράδας enim Ptolemaeo 4, 3. Agathemero 2, 10. unde et in Appiano de B. Civ. 2, 45. in. fic repofuit Schweighaeuferus. Praeferunt etiam hanc formam in Latinis auctoribus libri, paucis renuentibus, in quibus etiam *Bragada*, uti in Iulio Caef. de B. Civ. 2, 38. Martiano Capella lib. 6. p. 216. Silio Italico 1, 407. et 6, 141. ubi vid. Heinfius et Ruperti; cf. et Dukerus ad Flor. 2, 2, 20. et 4, 2, 70. Drakenb. ad Liv. 30, 25, 4. et alibi paffim alii, et quae Vol. 2. adferentur. Eadem etiam fcriptura fervatur in pofterioris aetatis auctoribus veluti Geogr. Raven. 3, 6. Vibio Sequ. de flumin. h. v. Orofio 4, 8. fine Codicum discrepantia. Hinc vero etiam Strabo 17. p. m. 572. f. 832. depravatus videtur, in quo Βαγάρδας.

urbes) Omittunt Lipf. Gud. Vindob. Prag. Parif. 1. 2. aliique cum edd. antiquis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et hinc Vadianis et Olivarianis, Vineto, Schotto, Reinoldio etiam, certe in ed. 1761; nam in ed. 1775. adiecta haec vox legitur. Primus addidit Voffius, et hinc manfit. Cd. Voff. 1. Cibin. Zalufc. Parif. 3. addunt; Vaticani non habuiffe videntur. In Cd. Rehdiger.

legitur *urbs*, uti ex Codice notatur etiam in ed. 27. Iudice Perizonio τὸ *urbes* ab hoc loco minime eſt alienum. Equidem ſi abſit, aegre deſideratum iri putem in hoc nexu ex obpoſitione priorum *caſtra* et *flumen.*

Carthago) Ed. 2. *Chartago*, ut ed. Reinoldii 1775, quod etſi ex vitio admiſſum lubenter largior, ſic tamen etiam in inſcriptionibus haeret; vid. Marmora Piſaurenſia n 17. ubi *Chartaginis arces*, etſi eam inſcriptionem non temere ſpuriam exiſtimat Gruterus 27, 18. in. Pro *inclytae*, quod fertur, Cibin. Prag. *inclitae.* Equidem praetuli, cum originem Latinam teſtetur compoſitio et etymon, *inclutus*, de qua forma dictum ad 1, 1, 6. Pro *Phoenicibus* Cibin. Vind. *phenicibus;* Prag. *penitibus.* Edd. 2. 9. *foenicibus.* Nota depravatio.

eius) Deeſt in Codd. Vatic. 3. Prag. Havn. et Pariſ. 2. Iidem etiam poſt *rerum opulenta;* tantum Vindob. *verum.*

etiam nunc tamen) Prag. *etiam nunc iam;* Cibin. *et iam;* Pariſ. *etiam non tam*, uti edd. 1. 2. 9. quarum pleraeque poſt habent *etiam nunc tam*, uti ex antiquis 3. 4. 5. (quaedam *tã*) et poſt cum Camertin. Ald. et Iunt. Vadian. Olivar. Atque ita etiam Schottus, ante quem tamen Vinetus (uti ex ſilentio diligentiſſimi conlatoris adfirmare licet) repoſuerat *nunc tamen*, ſequente Voſſio et aliis. Quae quidem lectio ut ad ſenſum eſt apta, ita etiam MSStorum plerorumque auctoritate ſuffulcitur, uti de ſuis praedicat Voſſius, poſt de plerisque ad Ciacconii notam Perizonius, de libro Latini Latinii Ciacconius, et ego de meis teſtari poſſum. TZSCHVCKE. *Etiam nunc tam.)* Lego *nec tam*, ut particula illa *etiam* redundet. PINTIANVS. *Etiamnum tam.)* Conſuetudine ductus Latini ſermonis leg. cenſebam: *Etiamnum tamen.* Sic enim et alii Antiqui locuti ſunt, ut

Plin. 14, 4. [f. 5.] *Catonum ille primus triumpho et Cenſura ſuper cetera inſignis, magis tamen etiamnum claritate literarum.* Atque ita poſtea reperi ſcriptum in libro *Latinii.* CIACCONIVS. Non recte hunc locum emendarunt alii. Quid facilius, quam ita, uti edidimus, corrigere? VOSSIVS. Nempe ex ſcribendi compendio hae particulae ſaepe commiſcentur. Sic *non* et *nunc* paſſim in noſtro 1, 5. extr. in Livio et in aliis. Vid. Drakenb. ad Liv. 9, 7, 5. 10, 14, 12. Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 58. in. Add. de utriusque vocis commutatione Heyne ad Tibullum 2, 6, 37. — At aliquanto ſaepius id obſervatur de *tam* et *tamen*, uti pluribus docent Drakenb. ad Liv. 22, 59, 13. Schwartz. ad Plinii. Panegyr. c. 16, 3. Iaeger. ad Mamertini gratiarum actionem ad Iulian. c. 15, 4. — Tum vero a *tam* ad *iam* facilis eſt transitus, uti etiam monuerunt paſſim viri docti Gronov. ad Sil. Ital. 14, 427. et ad Liv. 21, 11, 12. Schwartz. ad Plin. Paneg. c. 28, 3.

Hadrumetum) Quidam Codd. *Hadrumentum;* Rehdig. Prag. *Adrumentum;* Venet. *Adrumenem;* Gud. *Adrumetum;* codex in ed. 27. notatus *Padrumetum;* Cibin. Lipſ. *Hadrumetum,* uti etiam exhibent edd. 1. 2. 9. 11. 13. 15. 17. Tum *Hadrumentum* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto, Voſſio et ed. 40. Hinc *Hadrumetum,* quod iam revocaverat Vinetus. TZSCHVCKE. Ptolemaeus, [4, 3.] Stephanus, [h. v.] Strabo, [17. p. m. 574. f. 834.] Plinius, [5, 3. f. 4.] Cornelius Tacitus, [Ann. 11, 21.] omnes ſine aſpiratione. Sed Ptolemaeus *Adrumittos* enuntiat, Stephanus tum *Adrumetos*, cum *Adrumeton.* Cornelius Tacitus et Plinius cum *n* in penultima, *Adrumentum.* [in neutro ſic hodie.] PINTIANVS. De diverſa huius nominis forma Vol. 2. Hic aliqua de duplici maxime differentia, quam adſerunt libri. Adſpirationem auctores Latini vel eorum

Codices modo praeponunt, modo omittunt, Graeci ignorant. Ita ſine adſpiratione legitur praeter eos, quos iam Pintianus adtulit, in Livio 30, 29. in. (ed. Drak.), In- lio Caeſ. de B. Civ. 2, 23. Hirtio de B. Afr. c. 3. (ex ed. Oudend.) Oroſio 1, 2. p. 31. 4, 19. p. 268. (ed. Haverc.) Martiano Capella lib. 6. p. 216. Antonini itiner. p. 52. (ed. Weſſel.) Geogr. Ravenn. 3, 5. et 5, 5. Praefertur tamen adſpiratio in Salluſtio de B. Iug. c. 19. in. eamque tuetur Heuſinger. ad Nepot. 23, 6, 3. ubi alii omiſerunt. Si inſcriptiones et numos ſpectes, utique probanda eſt. Sic apud Gruter. p. 362. n. 2. *colonia Hadrumetina;* p. 1095. n. 2. *populus Hadrumetinus*, in tab. Peuting. 5. *Hadrito*, et ſic alibi, etſi ſine adſpiratione legitur etiam in Donii inſcrr. (ed. Gorii, Flor. 1731. f.) p. 247. n. 81. et p. 248. n. 82. De numis cf. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 49. et Eckhel in doctrina numorum P. 1. Vol. 4. p. 134. et quae diſſerunt viri docti Corte et Waſſius ad Salluſtium, Drakenborch. ad Livium, Weſſeling. ad Antonin. ubi Surita damnabat, cc. ll. Neque obſtat, quod Graeci omittunt, cum ita ſoleant iſta immutare Latini, ut ſupra de voce *Hadriaticus* dictum eſt ad 1, 3, 3. et de *Hannibal* dicetur ad 2, 6, 5. Altera variatio hic obiecta eſt in penultimae ſcriptura, cui *n* adiiciunt libri multi, ut in aliis paſſim auctoribus, quod ſupra citata loca docere poſſunt. At melius abeſſe et recte a I. Gronovio expulſum probant inſcriptiones et libri paſſim meliores, quibus etiam adſtipulantur Graeca. Itaque retinui *Hadrumetum.*

Clupea) Havn. Pariſ. 2. Gud. Prag. et duo I. Gronovii *Dupea;* ex ſimilitudine τοῦ *d* et *cl* in illa ſcriptura frequens variatio, de qua Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 52. Leopard. in emendatt. 10, 25. — Hinc 2, 7, 14. *inditum* pro *inclitum* obiicitur. Vera ſcriptura non eſt ambigua.

Acholla, Taphrure) Locus a lectionis multiplici obſcuritate impeditus. Primum Mediol. Vatic. 1. 2. Vatican. Voſſii, Vindob. *Habromacte;* Cib. Lipſ. unus I. Gronovii, quidam Voſſii *abromacte;* Pariſ. 1. 3. *abromactae;* Gud. alter I. Gronov. *adromathe;* Vatic. 3. *Abromace;* Prag. *Abromate;* Rehdiger. *Abromatte;* Ven. Bonon. *Abromace;* Pariſ. 2. *abremacae;* Oxon. *Habromache;* Havn. ut edit. 3. Perizonius ex ſuis adfert *Abromacte, Habromache, Abromatte,* etſi ex Vaticanis alia poterat adiicere. Longius discrepant editiones. Nempe 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Habromacte;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et reliquae ad 40. *Habronum* vel *Abrotonum;* poſt ab edit. 41. *Acholla,* quod poſitum ſtetit. Deinde quod alterum nomen ſpectat Vatic. 1. 2. Vatican. Voſſii, Lipſ. unus I. Gronov. Bonon. Rehdiger. ex ſilentio etiam Venet. Havn. *Phyre;* Gud. alter I. Gron. Oxon. Mediol. Vindobon. *Phire;* Vatic. 3. *Phrie;* Pariſ. 1. *Phie;* Pariſ. 2. *Phirae;* Pariſ. 3. *Phiriae;* Prag. *Phirie;* Cibin. et quidam Voſſii, ut ipſe adfirmat, *Plure.* Perizonius ſuos conſtanter (at vide de Vaticanis) *Phire* habere adfirmat. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Phyreneapolis* aut *Phyre, Neapolis;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Taphiae;* 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. — ad Voſſium *Taphrae,* vel *Taphre;* Hinc *Taphrure* invexit Voſſius aliique propagarunt; tantum Reinoldius *Taphrura.* TZSCHVCKE. Scribendum *Abrotonum, Taphrae* ex Plinio, [5. 4.] Strabone, [17. p. m. 574. ſ. 835.] ceteris. HERMOLAVS BARBARVS. Refert hic Mela ea oppida, quae vel ante, vel ad Syrtim minorem ſita ſunt. Sed quomodo hic *Abrotonum* locum habere poſſit, non video. Sita enim eſt illa ultra *Oeam,* quam infra ipſe hic auctor noſter recenſet, et addit omnibus ſuperius memoratis eſſe ulteriorem. Verum neque *Taphra* hic locum habere poteſt. Vtrumque ex Plinio ſubſtituit Hermolaus Barbarus, verum infeliciter admodum. Nullum in tota Africa

oppidum eſt, quod *Taphra* vocatur. Nam quo loco apud Plinium memorantur, *oppida Neapolis, Taphra. Abrotonum, Leptis altera* etc. illic omnino *Gaphara* legendum eſſe, alibi oſtendimus. [Ita et repoſuit Harduinus.] Aliud hic latet ulcus. Vaticanus omnium antiquiſſimus ita legit: *Hadrumentum, Leptis, Clupea, Habromacte, phyre, Neapolis hinc ad Syrtim adiacent.* Alii antiqui Codices *Abromacte plure.* Ita ſcripſiſſe Melam exiſtimo: *Leptis, Clupea, Adrume, Taphrure, Neapolis hinc ad Syrtim adiacent. Adrume* eſt, quam alii *Adrumentum* vocant. Graecis enim oppidum hoc vocatur Ἀδρύμη, Ἀδρύμης, et Ἀδρύμητος. *Taphrure* vero vel *Taphrura* nota ex Ptolemaeo [4, 3.] Geographo Ravennate [3, 5. et 5, 5. *Taparura* quidem ibi] et aliis. Paſſim vero Graecos deſcripſit Pomponius; itaque non mirum, ſi, ut alia multa, ita haec quoque nomina Graeco more pronuntiarit. Imperitus aliquis ignorans *Adrumen* et *Hadrumentum* eſſe eandem, et hanc quoque addidit. Si cui tamen haec coniectura noſtra minus placeat, per me licet, ut Abrotonum hic locum habeat, dummodo non accipiatur de illa urbe, cuius Scylax [p. 47. Hudſ.] Strabo et Stephanus meminere. Fieri enim poteſt, ut et aliud huius nominis fuerit oppidum. Loca enim illa, quae Syrti maiori et minori adiacent, ut plurimum nominibus conveniunt. Ita *Neapolis, Macomada, Aſpis, Leptis, Sabrate* et alia loca. Quid mirum itaque, ſi et aliud quoque fuerit oppidum, quod Abrotonum diceretur in iſto, quod hic Mela deſcribit, litore? Alterutrum certe verum eſſe auſim adfirmare. VOSSIVS. Ante quam Codicum lectionibus medicina a me admoveatur, nihil mihi nocuerit, ante deprecor, littera *m* in τῷ *abroma,* quae non aliunde facta eſt, niſi ex coaleſcentibus lineolis ı ı ı, ut ſaepe accidit in hoc ſcripto. Sic lib. 2. cap. 7. *Aegina* editum fuit pro *Aegilia;* ſic ibidem edebatur *Iginium* pro *Igilium.* Immo inopinanter ſaepe et undecunque per vitium augeſcentibus, ut in noviſſimo illo *ini* increvit

pro *ili*, interdum diminutis lib. 3. c. 1. pro *Vllam* vel *Vliam* obtinuit *Viam*. Sic vitio aut temeritati dari mihi nequit, si rear illud *m* ex tribus lineis male auctis ortum, quum duas tantum esse debuisse modo sit futurum manifestum. In his autem variae lectionis scrupulis vel accusare nescio quos imperitos, ignorantes Adrumen et Hadrumentum esse eandem, hanc quoque addidisse, et hoc praetextu integram illam *Hadrumentum* eiicere, aut concedere tandem gemina fuisse oppida idem nomen sortita Abrotonum, si nihil aliud, varietatis et haerentis animi signa sunt. Mirum est in his Pomponianis se exercuisse aliquem imperitum et non etiam lib. 2. c. 7. ubi Graeca appellatione utitur Pomponius scribens *Acragas*, intervenisse aliquem imperitum, qui adiecerit *Agrigentum*. Sed ut illic non intervenit, ita nec hoc loco, nisi fortassis nuperrimus. Alia hic circumspicienda. Videlicet ut in *Clupea* MSS. coaluit prima litera in *d*, iuncto male ductu, sic quoque factum in *adroma*, ubi ex *dr* si concinnes *ch*, (ubi vides ductus eosdem) quam prope aberis ab *Acholla?* Eius enim urbis vocabulum hic exolevisse opinor, et nihil supererit scrupuli. *Adrumentum*, (sic enim malui ex MSS.) *Leptis*, *Clupea*, *Acholla*, (vel *Achollas*, quae postrema litera manifeste habetur in MSS. quibusdam et antiquis editis, ex quibus citat Hermolaus *abromachte*, *phyre*, et sic quoque dixerunt) *Taphryre*. Ab Appiano in Punicis p. 95. [cap. 94.] iunguntur Ἀδρυμηττοῦ, [per simplex τ Schweigh.] Λήπτεως, [per ε idem] Σαξοῦ, (Ortelius Θαψοῦ, ut Hannibalis turris inter Achollam et Thapsum fuisse scribit Livius lib. 30.) [immo lib. 33. cap. 48. in.] Ἰτύκης καὶ Ἀχόλλης; ab Anonymo Ravennate [5. 5.] *Adrimetum*, *Ruspina*, *Lepti minus*, *Tapsum*, *Sublecte*, *Acola*, *Ruspo*. Vnde iam sic edidi, deridens inanes impetus, quibus postea Vossius hanc Achollam petivit. I. GRONOVIUS. Quantumvis Gronovius sursum deorsum et quaquaversum literas verset et revolvat, nunquam tamen efficiet, ut ex *Habromacte*

fiat *Acholla.* Quamvis ea, quae fcripfi, valde fint verifimilia, fi quis tamen iis non contentus aliud quaerat, per me licet, ut ex *Habromacte* fiat *Macomade* vel *Macomades,* quomodo habent Plinius, [5, 3. f. 4.] Ptolemaeus [4, 3.] et Antoninus [p. 48. ed. Weffel.] hoc ipfo in loco. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Non pudet ex *Adroma* effeciffe *Acholla*, quia veriffimum eft. Duae corruptae vocis literae poftremae neceffario debent adiungi fequenti voci, unde patet, ineptiffimam huc venire iftam *Macomade.* I. GRONOVIVS *in epiftola de appendice Voffii* p. 97 fq. Hermolaus ex Plinio fubftituit lectionem, fed quae longius a MSStis ipfius Auctoris recedit. Verum difficile prorfus eft, ex illis vera Auctoris verba eruere, quum haud dubie corrupti fint, et ipfe haud quaquam fervet in his locorum nominibus ordinem, quem fitus eorum praefcribit. *Abrotonum* certe longe ultra Tritona et Cinypha fluvios remota verfus Orientem, quum hic memorentur loca cis hosce fluvios ad Syrtim minorem fita; ut adeo mallem hic reponere *Aphrodifium*, quae urbs eft fita paulo fupra Adrumetum ad Syrtim minorem. Sed malim *Carpi*, oppidum non longe a Clupea, *Taphrure*, quod pofterius et voluit Voffius, et reperimus fitum, ut oportebat, cis Tritona. Sed et facile id nomen in *te phyre* potuit corrumpi. *Neapolis* autem, quae fequitur, rurfus repetenda eft ex regione ad Clupeam fupra Adrumetum iacente. PERIZONIVS. I. Gronovius in notis MSStis reiecto *Abrotono*, quod huc non conveniat, probat *Adrume;* plurimos enim credidiffe diverfas has effe urbes Adrumen et Adrumentum, interque eos haud dubie quoque fuiffe Melam. Adparet inde, fententiam poft mutaffe, et eo vertiffe, quo fupra vidimus. Si librorum lectiones cum ipfo locorum fitu, in quo ultra Syrtim minorem procedere non licet, invicem compares, *Abrotonum* recte reiicitur, quod et procul hinc fit remotum. *Acholla* fidiculis adhibitis expreffiffe videtur Gronovius,

unde et dubitanter profert Oudendorp. ad Hirt. de B. Afr. cap. 35. in. nec *Adrume* Vossii diserta patitur librorum et integra scriptura. *Aphrodisium* etiam Perizonii, ut alias est obscurum et recentius forte nomen, sic parum in posteriori parte concinit. Vt aliquid, quod, etsi non certum sit, accedat tamen propius ad libros et situm, eliciatur ex auctoribus, arcessi inde a Lepti, Adrumeto, Clupea debent oppida, quae similitudinem proximam adferant. Sunt autem in Plinio 5, 3. s. 4. *Raspina, Thapsus, Thenae, Macomades, Tacape, Sabrata contingens Syrtim minorem.* Solinus c. 27. s. 30. hinc aliqua promiscue delibat. Plinium pressius sequitur Martianus Capella lib. 6. p. 216. Inversa progressionis serie Aethicus p. 721. ed. I. Gronovii memorat: *Tapsos, Thenis, Disdum, Thacapas, Leptis magnam.* Geogr. Ravenn. 3, 5. et 5, 5. parvo discrimine utriusque loci: *Adrimetum — Tapsum, Sublecte, Acola, Ruspe — Taparura, Thenas, Macomades.* Et sic omissis aliis, aliis additis tabula Peutinger. 5. et 6. Cf. et Ptolemaeus 4, 3. et Antonini itinerarium p. 48 et 59. Ex quibus omnibus eius tractus oppidis si eligas, quod Codices nostros adtingat, aptissimum videtur *Macomades*, Ptolemaei Μακόδαμα pro Μακόμαδα ex consensu aliorum. Cognominis huius urbis ad Syrtim magnam similis corruptio notatur in Ptolemaeo, ubi vulgo Καλουμάκουλα, Cod. Palatin. Μάκουμα, Antonino et aliis *Macomades.* Neque Vossius abhorret ab hoc nomine. At quid proximo vocabulo facias? De Herm. Barbari *Taphrae*, pro quo eius edd. male *Taphiae*, satis iam monuit Vossius. Aut ex Plinio huc *Thenae* revoces, aut, quod ille ignorat, ex aliis, in iis Ptolemaeo, *Taphrura.* Quod si hoc placuerit, ut placuit nostris editoribus, elisa est prima syllaba vel a praecedentis ultima absorpta, et *phrura* in *phyre* transiit. Sin illud, forte minori difficultate corruptio accidit, certe notius fuit oppidum, cum Plinius et alii quidam Taphruram ignorent, et Macomadibus vicinum, magis.

§. 3. *Syrtis)* Voſſiani omnes, praeter Voſſ. 2. Lipſ. Gud. Cibin. aliique *Syrti* vel *Sirti;* Rehdiger *Syrthi;* Voſſ. 2. Chiſ. A. Gronov. Vindob. Prag. (et cum ed. 23. Vaticani, puto) *Syrtis* vel *Sirtis*. Prius *Syrti* ferunt omnes editiones praeter 15. 17. 20. 23. et Vinetianam ad 42. Tum A. Gronov. in ed. 44. repoſuit *Syrtis*, ut reliqui. Reinoldianae edd. ex meis variant. Nempe anni 1775. *Syrtis;* 1761. *Syrti* ex vitio, arbitror. TZSCHVCKE. Lego: *Syrtis ſinus eſt*. CIACCONIVS. Valde miror edi *Syrti*. *Syrtis*, quod et voluit Ciacconius, confirmat Voſſ. 2. nequaquam peſſime notae Codex, ſed vel maxime ſenſus ipſe et locutionis ratio: *Syrtis eſt ſinus, accipit mare et cingit*. PERIZONIVS. Vinetus caput 19. hic adpoſuit.

feret) Deeſt in Pariſ. 1. *certum fere et paſſuum* Vindob. Poſt idem *tricenta*. *Milia* praeferunt Cibin. Gud. Rehdig. Prag. Vid. ad 1, 1, 4. et 1, 9, 8.

cingit) Sic omnes antiqui libri teſte Voſſio et Perizonio. Accedunt Ciaccon. Oxon. meique praeter Pariſ. 3. qui habet *cingitur*, uti edd. pleraeque etiam antiquiſſimae, ex recentioribus Schottus. Revocavit prius Vinetus; nihil enim diverſi ab ed. Gronoviana notatum inveni, Voſſius et alii probarunt. TZSCHVCKE. *Cingit* repoſuimus, uti omnes antiqui libri. VOSSIVS. Recte reſtituit Voſſius ex MSS. PERIZONIVS. Senſus et nexus *accipit — cingit*, ut iiam antea monuit Perizonius, efficaciſſimé tuentur hanc lectionem. Saepe autem ita paſſiva et activa commutantur et his ſyllaba *ur* temere adpendi ſolet. Exempla dabunt ex plurimis Cicero pro Archia c. 5. pro Sextio c. 45. in Catil. 2, 10. Nepos 2, 7. in. Frontin. 3, 10. extr. 5, 9, 1. Sed nec in noſtro deſunt exempla, ut praef. 1. *abſolvatur*, 1, 3, 4. *dirimitur*, 1, 19, 16. *tangitur* et ſic paſſim alibi, in quo Cd. Prag. liberalitas ſaepe moleſta eſt. Cf. nótata a viris doctis ad

loca citata. Sic 1, 8, 1. Cibin. *efficitur;* 2, 5, 4. *effunditur;* 3, 5, 6. multi *aperitur.*

frequentium brevia) Cibin. Havn. et tres alii teste Oudendorpio, in iis Voss. 1. *frequentiam.* Tum Venet. Prag. Vatic. 3. Paris. 2. A. Gronov. pro *brevia* exhibent *devia;* Voss. 1. Cibin. *brevis.* In sequentibus *magis magisque* ferunt Paris. 1. 2. A. Gronov. Vatic. 3. Venet. Prag. Gud. et quatuor, quos Oudendorpius inspexit. TZSCHVCKE. Scio vulgatam scripturam satis defendi posse. Sed cum in MSS. tribus exaretur *frequentiam,* et in optimo Vossiano [qui etiam prius habet teste A. Gronovio] sit *brevis,* lego *ob vadorum frequentiam brevis.* Atque hinc forsan natum, quod in quatuor MSS. invenerim, *magis magisque.* Cap. 19. huius libri: *Pontus brevis, atrox, nebulosus, et, quia non profundus, fluctuosus.* Ita βραχεῖα θάλασσα apud Marcianum in Periplo p. 42. OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Elegantior utique ex Melae brevitate contracta videri possit haec lectio; sed quia et altera sensum adfert aeque commodum et aptum et a plerisque Codicibus probatur, notandam, recipiendam non puto. *Magisque* simpliciter positum in progressione ad aliud praeferendum est. Quod hic multi libri male obtrudunt *magis,* contra aliqui alterum omittunt 2, 6, 2.

ac refluentis) Desunt haec verba in Gud. et Vindob. leguntur hoc modo in Vatic. 1. 3. Prag. Lips. Rehdiger. Mediol. Leid. In Cibin. et ex silentio in reliquis *et refluentis,* uti ferunt edd. etiam antiquissimae. Vinetus primus reposuisse videtur *ac refluentis,* uti certe ab edit. A. Gronov. 44. omnes Reinoldianis exceptis legunt. Leve id est, nec nova mutatione dignum. Pro *pelagi affluentis* Rehdig. *pelagi afflictus.*

§. 4. *amnem Tritona)* Vindob. *armeni tritona.* Edd. 12. 14. 19. *Tritonia,* quod et legi in Gud.

In *Tritonis* conſentiunt libri, quod et praeſtat ob Graecam rationem, cuius uſum, ubi licet, ſectari Mela ſolet, etſi alias Latinis ſit *Tritonia*. Pro *cognomen* Vind. *nomen;* pro *inditum* Gud. *indictum.* Paullo inferius Pariſ. 1. *quod quoniam natalem;* Cibin. *deſertantium* ex pronuntiationis diverſo ſono; Vindob. *diccrtantium.*

§. 5. *Oea)* Cibin. (in quo etiam omittitur *eſt*) Lipſ. et varr. ex Codice in edd. 27. 29. *eoa;* Vindobon. *coea opidum;* Vatic. 5. Pariſ. 1. 5. Gud. Bonon. *Oza;* Venet. *Ozza;* Prag. *Oſa;* Rehdiger. *oca.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Oza;* reliquae *Oea.* TZSCHVCKE. Pro *Oza* ſcribo *Oea* ex Plinii quinto libro. [cap. 4.] HERM. BARBARVS. Ptolemaeus [4, 5.] *Eoam* praefert. Sed prior lectio verior. PINTIANVS. Pro *Oea* primum *e* in *c* mutato exiit *Oca,* cui poſt ſubiectus τῷ *c* angulus ex pronuntiandi uſu acceſſit, et ſic invectum eſt *Oza.* *Eoa* ex literarum metatheſi ortum eſt. Sed et alibi varias mutationum vices hoc nomen ſubiit, ſic ut dubia paene et anceps eius ſcriptura videri poſſit. Ita Ptolem. 4, 5. Ἐῶα. In Plinio libri legunt civitas *Oaſſenſis, Ocenſis,* quod et habet Martian. Capella lib. 6. p. 217. *Occa* vel *Ocea* Cod. Antonini in itiner. p. 62. *Occa* in Iſidoro Orig. 15, 5. *Oſa* in tab. Peuting. 6. F. Ita in Apuleio ubi huius urbis ſaepe ſit mentio, variatur, etſi *Oea* praefertur. Vid. quae de eo diſputant viri docti Salmaſius ad Solin. c. 27. f. 30. p. 227. B. Harduinus ad Plinium c. l. et in primis Surita adiuncto Weſſelingio ad Antonin. itiner. p. 64. Heinſius et Drakenborch. ad Silium Ital. 5, 257. Oudendorp. ad Suetonii Aug. c. 4. extr. Lipſius et maxime Erneſti ad Taciti Hiſt. 4, 50. in quibus auctoribus, certe plerisque, corruptum nomen ad veram formam revocatum eſt, quod in Martiano Capella c. l. iam viderat Grotius iuvenis. Neque tamen vel ſic bonae notae editiones ſibi conſtant, et libri alii, qui videntur incorruptam vocem ſervaſſe. Sic Solin. c. 30. f. 27. in Codd. *Oea,*

uti editur, Aethicus in Cofmogr. p. 722. ed. Gronov. At *Oeca* in Antonini itiner. c. l. Geogr. Ravenn. 5, 5. Contra *Ocea* defendere nititur Pellerin Recueil — Suppl. 2. p. 48 fq. ex numo antiquo inprimis, in quo legitur: *Col. Aug. Occ.* atque ex eo veram orthographiam nominis reftitutam effe exiftimat etiam Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 4. p. 131. Ita vero uno ictu corruant fuperiores virorum doctorum disputationes. At fuftinent fulcra aeque valida. Alium nempe numum excitavit Holftenius in annotat. ad Ortelium p. 154. cum hac infcriptione: *Colonia Aelia Antonina Oea Augufta.* Hoc unum tamen agitur, uter recte viderit et retulerit; in utrius numo ita adparuerit nomen, ut de integra forma certum iudicium ferri poffet. Quodfi enim Holftenius literas initiales tantum in fuo habuit, et fuam explicationem fubftituit, fatis infirmum inde petatur auxilium. Ita nempe etiam Vaillantius in numism. aer. Imper. — in coloniis P. 1. p. 247. et Harduinus ad Plinium c. l. explicandas cenfuerunt literas C. A. O. A. F. quafi *Colonia Aelia* vel *Antoniniana Oea Augufta Felix*, quos tamen perperam legiffe et male huc numos Coloniae Aeliae Capitolinae retuliffe, evincere ftuduit Pellerinius c. l. At fi hic recte vidit, *Col. Occ.* eft *Colonia Ocenfis*, et nomen urbis verum videtur fuiffe *Ofa* leniori fono, afperiori et populari *Oza.* Ita ftare in Silii Italici verfu recte poteft, et melius intelligi, cur ubique libri adferant *Ofa*, *Oza*, *Oca* neglecto fcilicet anguli fubiiciendi figno et fimilia. Tum vero reponendum hic videatur *Oza* vel *Ofa*, quod tamen reponere dubitavi, cum in ambiguo utrumque teftimonium haereat, et librorum aliae formae in alteram partem magis propendeant.

Cinyps) Nec huic fua forma hic et alibi conftat. Ciaccon. *Ciniphs;* Lipf. Gud. Rehdiger. *cinips;* Perizon. Voff. 2. 4. *Cynips;* Prag. *cinip;* Cibin. *cynipis;* Vindob. *cimpis* f. *cinipis;* alii cum edd. faciunt fuis. Sic, immo

magis, variant editiones. Nam 1. 18. 33. Lugd. 1646. *cinyphs;* 3. 4. aliae plures etiam 21. 24. 25. et Olivarianae certe pleraeque *Cinyps;* 16. 18. 22. 29. 30. 32. 37. Vadianae, etsi hic cognatae variant, *Cyniphs*, uti ex conlatoris diligentissimi fide etiam Vinetus, etsi Perizonius ad Ciacconii notas referat *Cinyphs:* Schottus *Cinyps*, uti Vossius et alii postea. TZSCHVCKE. Scribendum sine ulla adspiratione *Cinyps*, etiamsi in obliquis eam habeat. Nam Graecos nomina finita in *ps* in obliquis per *p* efferunt, praeter quaedam, quae *b* habent. Notatur hoc nomen *Cinyps*, quod in obliquis per *ph* flectitur. Ita Technicus, Theodorus Prodromus et Moschopulus, p. 57. antiquissimi et probatissimi Grammatici. Herodotus quoque [4, 175. 198.] Plinius [5, 5.] et Claudianus [in 1. consul. Stilich. lib. 1. v. 251.] *Cinyps* in recto, nec aliter, proferunt. PINTIANVS. Omnes scripti libri [v. supra] et ex vulgatis quidam *Ciniphs*. Atque ita prorsus Herodotus, (a quo haec omnia transcribit Mela) ceterique Graeci auctores. Ptolemaeus tamen [4, 3.] *Cinyphus* declinat. CIACCONIVS. De scriptura huius nominis disseruit etiam Vlitius ad Grat. Cyneg. v. 34. et Oudendorp. ad Lucan. 9, 787. Κίνυψ solent etiam alii auctores Graeci praeter laudatos, uti Scylax p. m. 112. Ex vitio, opinor, Agathemer. 2, 10. f. Κίνιψ. Pro eo Κίνυφος in casu recto Strabo 17. p. m. 574. (835.) Suidas Κινύφιος; Ptolemaeus 4, 3. in Genitivo habet Κινύφου, quam obliquorum formam probat etiam derivatum multis in locis obvium. Quod Κίνυψ et hinc Κίνυπος, Κίνυπι facit Herodotus 4, 198. ex Ionica ratione intelligi debet. Quod Pierius ad Virgil. Georg. 3, 312. notat in Graecis MSStis primam per υ, alteram per ι legi, si verum sit, ubi occurrit, ex vitio ortum potius est, ut praeter superiora docet etiam literarum ordo apud Hesychium.

per uberrima — decidens) Absunt haec verba a Cd. Vindob. Post *leptius*, Rehdiger.

altero fere ſpatio —) Prag. *a. vero ſpatio;* Cibin. *dehicit.* Edd. 14. 21. 28. *fluxum* pro *flexum.* TZSCHVCKE. Leg. exiſtimo: *altero fere tanto, qua dehiſcit* etc. Vox *ſpatio* gloſſema eſſe videtur. Cicero in Oratore [c. 56.] *Vt neceſſe ſit partem pedis aut aequalem eſſe alteri parti, aut altero tanto; aut ſeſqui eſſe maiorem;* et in Topicis *altero tanto maior.* Plinius lib. 11. c. 41. [ſ. c. 96.] *Bubulum lac caſeo fertilius, quum exprimitur ex eadem maiore parte altero tanto.* [Plinii locus paullo aliter habet. Addi poteſt Nepos in Eumene c. 8, 5. ubi: *altero tanto longior.*] CIACCONIVS. Notiſſima ſunt haec et frequentiſſima. Sed tamen quum nec analogia repugnet vulgatae lectioni a MSStis formatae, nec quidquam dubii aut ambigui in ipſa conſtructione occurrat, nihil ego hic mutari velim. PERIZONIVS *ad Ciacconii notas.*

Borion) Chiſ. Rehdiger. *Bryon;* Voſſii antiquiſſimi Codices, quod quidem ipſo teſte nititur, *Botrion.* At eſſe ſolum Voſſ. 1. docet gravior Perizonii fides. Cum eo et hic conſentit Cibin. Reliqui, quos inſpexerunt Perizonius, A. Gronovius, et ego adhibui, in quibus etiam Bonon. et teſte Dukero, Oxon. *Borion* exhibent, uti editiones omnes ante Gronovianas 40. 41. 42. Poſt prior lectio in ſedem ſuam rediit. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [4, 4. in.] vocat Βόρειον ἄκρον. Strabo etiam [lib. 17. p. m. 575. ſ. 836.] μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον refert, oppoſitum Cephalis Procopius [de aedif. 6, 2.] Βορεῖον. Attamen nec hunc noſtrum Auctorem, nec Plinium [5, 4.] ita ſcripſiſſe exiſtimo. Antiquiſſimi Codices [vid. antea] legunt hic *Botrion.* Apud Plinium vero ita ſcribitur in plerisque vetuſtis exemplaribus: *Promunctorium, quod Maiorem (Syrtim) includit, Byrion vocatur.* Vtrobique ſcribendum *Bryon.* Littus, quod a Berenice Syrtin verſus extenditur Βρυῶν αἰγιαλὸς adpellatur a Ptolemaeo. [c. 1.] In illo eſt Βόρειον ἄκρον. Idem ergo *Boreum* et

Βρυῶν promuntorium. In vulgatis Ptolemaei libris male ſcribitur Βρύων αἰγιαλός. Veteres Grammatici, qui de differentiis accentuum ſcripſere, huius quoque litoris meminere. Aiunt enim Βρυῶν, Βρυῶνος, *cum pro litore Cyrenaico accipitur, inflecti.* Sed errant. Omnino exiſtimo littus hoc a copia muſci marini Βρυῶν αἰγιαλὸν eſſe appellatum. VOSSIVS. *Bryon* clare legitur in MS. Chiſiano, ut propterea non dubitaverim illud recipere in contextum pro ficto *Borion*, etſi id norim exſtare in aliis, et non minus ficto Voſſiano Βρυῶν αἰγιαλόν. Vbi legit in Graecis libris Βρυῶν? Cur in Ptolemaeo male ſcribitur Βρύων? I. GRONOVIVS. Non improbo, quod in novam Melae editionem id ipſum admiſerit. Sed quod *Borion* fictitium vocet, id non laudo, cum ex Strabone, Ptolemaeo et aliis, utrumque rectum eſſe conſtet. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Non fictitium voco generaliter *Borion*. At negotium tractavi Melae, in cuius libro ſcripto clare *Bryon* legi teſtabar; nec dubito, quin et in aliis ſic legatur. Hinc in contextum eius recepi, et quod ad Melam attinet, rurſus fictitium appello *Borion*. I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 100. Nullam profecto exputare poſſum mutandi huius vocabuli rationem, quum et MSS. omnes, quos vidi, praeter Voſſ. 1. qui legit *Botrion*, diſerte vulgatum praeferant, quum neque in collationibus ullam repererim varietatem, quum omnes Edd. a primis usque ad Voſſianam illud retineant, quum denique palam Strabo, Plinius, Ptolemaeus hoc ipſum promontorium *Borion* vocent, immo ipſe Ptolemaeus *Bruon* littus a promontorio hoc et nomine eodem in loco memoret et diſtinguat, ne quis errorem hic interceſſiſſe putet. PERIZONIVS. Occurrit et *Boreo* in Antonini itiner. p. 66. ed. Weſſel. pro *Borio* ex diverſa ſcribendi ratione, uti in Oroſio 1, 2. ubi Cod. Prag. quem inſpexi, *Borion* habet. At quod hic 126 M. P. a Berenice in occidentem removeat, cui aliquanto propius conlocet Ptolemaeus, niſi egregie alteruter, quod tamen vix ſit

credibile, a vero aberraverit, diverſum utrumque *Boreon* Antonini et Ptolemaei cenſet Cellarius in Geogr. ant. 4, 2, 27. Neque tamen ea de cauſa laceſſenda hic eſt vulgaris lectio et cum Voſſio, quem probare Cellarius videtur, in *Bryon* mutanda, cum uterque locus auctore Ptolemaeo diſtinctus non ſolum, ſed et conterminus fuerit.

Lotophagi) Vindob. Prag. *lothophagi*, ut ed. 2. Cibin. *latophagi;* Lipſ. *lothofagi;* Rehdig. *letophagi;* Gud. *loto fati;* Pariſ. 1. *lotophati.*

Phycunta) Ciaccon. Cibin. Oxon. Lipſ. *Phyconta;* Vindobon. Gud. Rehdiger. et quidam Perizon. *Phiconta.* At Pariſ. 2. Venet. *Sicurram;* Bonon. *Sycurram;* Havn. Vatic. 3. Prag. *Sicuram.* Edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Phiconta.* Inde ab edd. 6. 7. 8. 10. 12. — *Phycunta*, tantum in prima (16.) quam reddit 18. Vadianus *Phicunta*, et alterum eiusdem anni exemplar ed. Olivar. (25.) *Phyconta. Phycunta* legendum monuit iam ex aliis auctoribus, Graecis maxime, Hermolaus Barbarus. Vnde vero *Sicurram* vel *Sycurram* irrepſerit loco expulſi *Phycunta*, non adſequor, aut per nebulam video. Miror tamen, quod nemo antea ex ſuis libris notavit. *Phycunta* promontorium ſatis ex Ptolemaeo et aliis probatur.

promontorium eſt) Tò *eſt* omittit Cibin. et commode abeſſe poſſit. Tum ſcribit *inportuoſo*, ut Vindobon. et ed. 1.

pertinet) Sic Ciaccon. Cibin. Oxon. Voſſiani quatuor, Perizon. Lipſ. Vatic. 1. Gud. Rehdiger. et ad ed. Voſſ. conlati Pariſienſes. Reliqui tamen ex meis quidem, et qui ad antiquas edd. conlati erant *pertinax* habuiſſe videntur. Ita certe legi in Pragenſi, a quo non discrepuiſſe videtur, uti ſolet, Vatic. 3. Omnes enim edd. ab antiquiſſimis 3. 4. 5. 6. — exhibent *pertinax*,

quod monente antea Ciacconio ad priſtinam formam revocavit et in textu primus poſuit Voſſius. Ed. 1. 2. habent *pertint.* TZSCHUCKE. Leg. *pertinet.* CIACCONIUS. Corruperunt et haec viri docti, cum optima ſit omnium MSStorum lectio, quam denuo in textum recepi. Nam quis unquam ita locutus eſt: *ora importuoſo litore pertinax.* Illa vulgata vero lectio quam dedimus, plana eſt et facilis. Inquit a promuntorio Boreo usque ad Phycuntem habitare Lotophagos. VOSSIUS. Optime Voſſius, ſed praeeunte Ciacconio, illud *pertinax*, quod unde edd. acceperint, neſcio, emendavit in *pertinet.* PERIZONIUS. A quo initio egreſſa ſit lectio *pertinax*, docent ſuperiora. Forte in Codice, editionis duce, fuit *pertinens*, quod ſic ad *incipiens* accommodaretur, atque inde effictum eſt *pertinax.* De ſimili mutatione vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 4, 235.

§. 6. *Philaenis)* Cibin. Lipſ. Rehdiger. *phylenis*, ut edd. 1. 2. 9. 11. Vindob. Gud. Prag. *philenis*, ut multae edd. maxime ex antiquioribus. V. ſupra.

Cyrenaicos) Lipſ. Voſſ. 1. 4. 5. Oxon. Mediol. Ciacconii duo, Rehdig. Pariſ. 1. Cibin. Prag. *Cyreneicos;* Vatic. 1. et unus I. Gronovii *Cyrenaeicos;* Venet. Gud. *Cireneicos;* Pariſ. 2. *Cyreneos;* Vindob. *ſirenicos;* Perizonius ex aliis ſuorum etiam notat *Cyrreneos*, et *Cyrrenicos.* Edd. 1. 2. 9. *cireneicos;* 6. 7. 8. 17. *Cyrenicos;* reliquae, in quibus ed. 10. a duce ſua (6.) diſcedit, *Cyrenaicos*, uti leg. adſcripſerat antiqua manus in meo exemplari ed. 6. TZSCHUCKE. Aldus (ed. 17.) *Cyrenicos.* Scribo *Cyrenaeos.* Nam a *Cyrene* gentile nomen *Cyrenaeus* deducitur. *Cyrenaicus* poſſeſſionem ſignificat, auctore Stephano, etſi non hoc ad obruſam ſervetur. PINTIANUS. Perperam Pintianus et alii [qui?] corrigunt *Cyrenaeos.* Nam a Cyrene oppido ἐθνικὸν eſt *Cyrenaeus.* At vero a Cyrenaica provincia nullum aliud

poteſt gentilitium formari, quam *Cyrenaicus.* VOSSIVS. Quum in Aldi editione *Cyreneicos* inveniret Pintianus, voluit pro eo legere *Cyrenacos.* Id perperam factum pronuntiat Voſſius, qua ab Cyrene oppido ἐθνικὸν eſt Cyrenaeus, et a Cyrenaica provincia nullum aliud poteſt gentilitium formari, quam *Cyrenaicus.* Quid igitur? An *Cyrenenſis* non dicitur a *Cyrene?* Item Κυρηνίτης apud Stephanum? Id certe ἐθνικὸν elegit Salluſtius. [Iug. c. 79. ſ. 81.] Et utique hi ab oppido ipſo Cyrene profecti ſunt, ut alteri a Carthagine. Quid igitur vult iſta Voſſiana diſtinctio? Porro non quaeritur, an ab Cyrenaica provincia nequeat aliud gentilitium formari, ſed an Mela ſic ſcripſerit? Id videtur Aldus non ita ſtatuiſſe vel ſponte vel ab codicibus antiquis inductus. Et id verum eſt. Non ita ſcripſit Mela, ſed contra *Cyrenaeicos,* ut mox etiam *Cyrenaeica.* Sic enim ipſe vidi in MS. certe uno ex bonis. Id tam probum puto, quam eximius ille Mediceus in Tacito Hiſt. 1, 10. legit *bellum Iudeicum,* et c. 76. *Iudeicum exercitum;* quae opinor prorſus propriae Auctoris ſcripturae documenta. Mediolanenſis manifeſte *Cyreneicos* et *Cyreneica.* I. GRONOVIVS. A *Cyrene* eſt *Cyrenaeus* et hinc *Cyrenaicus,* ut ab *Achaeo Achaicus,* ab *Iudaeo Iudaicus,* a *Ptolemaeo Ptolemais* et *Ptolemaicus,* a *Graius Graicus, Graecus.* At *Cyreneios* ſi in uſu eſſet, foret a *Cyreneus* formatum. Sed minime magni haec eſt res momenti, memorari tamen digna iis, qui analogiae derivationem attendunt. PERIZONIVS. Si Graeca Graecorumque uſum ſpectes, recte dixit Pintianus. Graeci enim Κυρήνη de urbe, unde faciunt Κυρηναία de tota regione, ſc. γῆ, χώρα, et Κυρηναῖοι veluti ἄνδρες apud Strabonem lib. 17. p. m. 576. ſ. 837. et alibi. Eius poſſeſſivum eſt etiam apud Graecos Κυρηναϊκός, veluti ὀπός apud Strabonem c. l. ubi tamen Cd. Moſcov. legit Κυρηναῖος. Et ſic in ſimilibus Μεσσήνη, Σάμη, Ῥώμη. — At in Latinis etiam ipſa regio Cyrenaica, uti in Plinio et aliis, dicitur, unde, qui eius eſt incola legi-

tima ratione et uſu *Cyrenaicus* adpellari poterit, ut iam Perizonius probavit. Librarii videntur accomodari voluiſſe formam primitivi *Cyrenaica;* hinc primum poſuerunt *Cyrenaeicos* poſt *Cyreneicos*. Cf. ad caput proximum. *Cyrenaeos* utique praetulerim, quod ex conlatoris ſilentio Pariſ. 5. habuiſſe videtur. Ad locum, unde miſſi fuerunt, parum valet, utrum Cyrenaei fuerint an Cyrenaici, quoniam in utroque ambigi poſſit, niſi ex nexu intelligatur.

conditione) Venet. *condictione;* ut ſupra *indictum* pro *inditum*. Nihil aliud; etſi poſſit explicari. Eandem utriusque vocis commiſtionem obſervavit Corte ad Salluſt. Catil. c. 21. in. uti τῶν *ditio* et *dictio* c. 20, 7. Perizon. ad Valer. Max. 4, 1. ext. 7. Praeterea Pariſ. 3. legit: *conditione belli, diu de* — Pro *dirimendum* Cibin. *dirundum*. Quaedam ex Vadiana familia poſt 22. uti 30. 32. 37. *dirimendum*.

quod convenerat —) Zaluſc. *quod convenerant* (ſic et Pariſ. 2.) *non manebant*. Nempe neglecta ultima ſyllaba, quam alias temere adiici ſupra vidimus, ad eam formam transtulit librarius.

ut, ubi) Cibin. Gud. *ut ibi*, uti edd. 6. 30. 32. 37. etiam Reinoldius in ed. 43. at poſt an. 1775. *ut ubi*. Recte.

concurrerant) Cdd. Perizonian. Voſſian. 1. 2. 3. 4. Oxon. Vatic. 1. Cibin. Mediol. Pariſ. 1. *concurrerant;* Leidenſ. *concurrierant;* Lipſ. *concurrant;* Auguſtinor. *concurerant;* Rehdiger. *concurrerint;* Gud. *concurerat;* (ſic, non ut refert A. Gronov. *concurerat*) Prag. *concurrerent*, uti habuiſſe videntur Pariſ. 2. 3. Vaticani, alii ad edd. ſuas conlati; contra Venet. et Havn. cum ſuis *concurrerant*. Ita nempe legunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et aliae etiam Ald. et Iunt. Vadianus dedit *concurrerent* cum ſuis, item Olivarius, quod et inhaeſit ad ed. usque 43.

Tum *concurrerant* revocatum eſt. Reinoldius tamen retinuit *concurrerent*. Atque ad hoc ipſe redii, cum nexus et uſus poſtulare videretur. Non enim ſimpliciter, quod factum eſt, narrat, ſed quod in pacto et conditione convenerat.

utrimque) Cibin. *utrumque;* Rehdiger. *termini ſtatuerunt.* Denique Prag. *hi ſe vivos.*

pacti de integro) Locus eſt mutilus. Quaedam enim deſiderantur, ut ſit integra Pomponii lectio. Vbi enim eſt *pacti de integro*, deeſt Pomponio pactum. Neſcies ex lectione Pomponiana, quid pacti fuerint, niſi ex Salluſtio addideris, ut vel illi, quo fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros. Philaeni conditione probata (mirum et memoria digniſſimum facinus) hic ſe vivos obrui pertulerunt. OLIVARIVS. Mancum locum credidit Olivarius. Ego vero nihil deeſſe puto, cum ex fide libri MSti, tum habita ratione brevitatis Pomponianae, quae illi cum Criſpo communis. SCHOTTVS. Nihil deſiderari exiſtimo. Nam quod putant, pactum ipſum deeſſe, in eo falluntur. Iam enim praeceſſit. Repetenda ſunt itaque illa verba, ut, ubi legati concurrerent certo tempore utrimque dimiſſi, ibi termini ſtatuerentur; quidquid vero citra eſſet, id popularibus cederet. Fuſius hanc hiſtoriam narrant Salluſtius [Iug. c. 79. ſ. 81.] et Valerius Maximus; [5, 6. ext. 4.] ſed nulla eſt neceſſitas, ut eodem illam modo explicarit Mela. VOSSIVS. Miror hic Voſſium, qui Auctorem minus recte percepit. Nam neque deeſt hic ipſum pactum, ut bene monuit contra Olivarium, qui brevitatem Melae non intellexit, neque ſimplex aut unicum hic memoratur pactum, ſed duo, quae proinde coniungi non debent, ut fecit Voſſius in notis. Prius eſt, quod *convenerat* inter ipſos populos, ut termini eorum ſtatuerentur, ubi legati concurrerant, certo tempore utrimque dimiſſi. Alterum

eſt *de integro*, et iam inter ipſos legatos factum, quoniam Cyrenenſes litem intentabant Philaenis et conventis ſtare nolebant; nimirum ut Philaeni, ſi vellent, quod inter hunc locum et Carthaginem interiectum eſſet, ſuis cedere, vivos ſe iſtic obrui paterentur, idem ſubituris Cyrenenſibus eo loci, quo ipſi tunc vellent progredi. Acceperunt hanc conditionem Philaeni, et ſic ea pacti ſunt, ut ſuis cederet, quod citra hos limites ipſis eſſet. Decepit viros doctiſſimos, quod vel neſciverunt, vel non animadverterunt, verba *paciſci* et *pangere* aeque de una parte accipi, ac de duabus. Sic Livius 42, 62. Legati pollicebantur, *vectigal quantum Philippus pactus eſſet daturum Perſea Romanis*, hoc eſt promiſiſſet per pactionem. Plautus Bacchid. 4, 8, 25. *Paciſcere ergo obſecro, quid tibi lubet*, hoc eſt, promitte, ut mox ipſe Auctor ibidem exponit. Pſeudol. 1, 2, 89. *Paciſci modo ſcis, ſed, quae pacta es, non ſcis ſolvere.* Sed et pro poſtulare aliquid ſub promiſſa conditione, ut hic. Sic Ovidius Metam. 5, 28. *Nunc ſine* illum *ferre, quod et meritis et voce eſt pactus.* Sic etiam *pangere* paſſim. Livius 1, 11. *Pepigiſſe* Tarpeiam, *quod in ſiniſtris manibus haberent* Sabini. Sueton. Caeſ. c. 29. *Cum adverſariis autem pepigit, ut dimiſſis octo legionibus Transalpinaque Gallia, duae ſibi legiones et Cisalpina concederetur*, hoc eſt, obtulit, ac de ſe promiſit ſub iſta conditione; nam pactio nulla eſt facta *adverſariis negantibus, ullam ſe de republica facturos pactionem.* Gellius 5, 10. Diſcipulus *daturum ſe promiſit mercedem, quantam Protagoras petiverat, mediumque eius iam tum dedit, pepigitque, ut reliquum dimidium daret, quo primo die* — hoc eſt, poſtulavit et promiſit. PERIZONIVS. Vere monuiſſe Olivarium cenſet etiam Gonzalez de Salas in interpretatione Melae Hiſpanica p. 264. nec poſſe hanc obſcuritatem, niſi conciſa Melae brevitate, excuſari addit. Mutilum etiam locum pronuntiat Waſſe ad Salluſt. Iug. c. 81. ſ. 79. ſupplendumque Ger. Io. Voſſius de Theologia gentili 1, 52. p. 125.

ſubplevitque tum ex Salluſtio, tum ex Valerio Maximo ſic fere: *eum finem fore, ſi vivos ſe ibi obrui paſſi eſſent, quidquid* — At nulla ſubplementi ope locum indigere, ſatis docuit Perizonius. Noſter enim ex ultimis verbis, quale illud fuerit pactum, intelligi voluit. Idem etiam copioſe de verbo *paciſci* expoſuit, quod ad promiſſa certa conditione facta pertinet, ſive rata illa conditio habeatur, ſive reiiciatur. Vtrum hoc loco valeat, docet narrationis ſeries et eventus. Neque tamen renuam, ſi quis nimiam hic brevitatem et obſcuritati conterminam reprehendat.

CAP. VIII.

Vna ſerie et ſine ullo diſtinctionis discrimine Codices ſuperiori hoc caput adnectunt, uti plurimae editiones, maxime ex antiquiſſimis. Quaedam, uti 5. 11. 13. quod tamen alibi etiam in diſtinguendis eiusdem deſcriptionis partibus faciunt, paragraphi ſignum addunt. Ad marginem ponit *Cyrenaica* 10. et forſitan aliae; fronti praepoſuit Camers (12.) cum ſuis, uti poſt Vadianus, Olivarius cum familiis et poſt alii. Vinetus hinc caput 21. exorditur, quod in aliis eſt octavum.

§. 1. *Catabathmon)* Vind. Gud. *catabadmon;* Cibin. *Cathabathanon;* Prag. *Cathabathmon,* uti etiam in Vatic. fuiſſe videtur; Rehdig. *Cathabatmon.* Edd. antiquae, uti 1. 2. 3. 4. 5. aliaeque, *Catabatmon.* Poſt rectius aliae, ſed et quaedam *Catabathmum,* ut 23. Notavit etiam ſimilia Cortius ad Salluſt. Iug. c. 17, 4. ſi quis cupiat. Vera ſcriptura non eſt dubia; Graecam terminationem, quam nec tenuiores auctores repudiant, ut Eutropius 6, 8. ſ. 7. Melae uſus probat. Mirum tamen, niſi vitio operarum factum ſit, quod in Oroſio 1, 2. p. 12. Havercampus edidit *Catabatmon,* ubi Cod. Prag. habet: *Cathebatinon.*

Cyrenaica) Voſſiani omnes praeter 3. Perizon. Lipſ. Gud. Prag. Pariſ. 1. 2. 3. *Cyreneica;* Voſſ. 3. Oxon. *Cyrenica;* Cibin. *Cyreneyca;* Vindob. *cirimeica;* Rehdiger. *Cirenayca.* Edd. 1. 2. 9. *Cyreneica* vel *Cireneica;* 3. 4. — *Cyrenaica* et hinc aliae. Vid. ſupra.

in eaque) Cibin. *in ca,* omiſſa adpendice. Prag. Pariſ. 2. *in ea namque ſunt.*

Hammonis) Sic Voſſ. 4. 5. Perizon. Lipſ. Mediol. Leid. A. Gronov. praeferunt; Voſſ. 3. Oxon. Vindob. Prag. Rehdiger. Venet. *Hamonis;* Gud. *Amonis.* Editiones vel *Hammonis,* ut 1. 3. 4. vel *Ammonis,* in iis etiam 2. Prius in recentioribus inde a 43. exceptis Reinoldianis invaluit. TZSCHVCKE. *Hammonis* verius puto, et origini ſuae propius. Sed tamen Graeci aſpirationem plerumque repudiant, quos multi Latinorum ſequi ſolent. PERIZONIVS. Vt hic, ſic alibi variant Codices maxime in adſpirationis uſu. Vid. Freinshem. ad Curt. 4, 7, 50. Oudendorp. ad Lucan. 3, 292. Fiſcher. in libello Varr. ad Nepot. Lyſ. 3, 2. viri docti ad Petron. Satyr. 11, 14. et alibi. At hoc et alia Orientis nomina Codices optimi cum adſpiratione efferre ſolent, et hinc etiam viri multi doctiſſimi, quamvis renitente Dausqueio h. v. Ita tamen veteres protuliſſe docet literarum ordo apud Feſtum, ubi etiam vulgo *Hamo,* Cd. Leidenſ. *Hammo.* Docet etiam inſcriptio apud Gruter. p. 21. n. 7. Vid. *Hannibal* 2, 6, 4. et 3, 1, 6.

inclytae) Codices quidam et hic *inclite,* ut Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Equidem et hic poſui *inclutae,* de quo vid. ad 1, 1, 6. TZSCHVCKE. Concinnius forte: *fide inclita* vel *inclitum.* SCHOTTVS. At bene et illud habet.

et fons —) Vindob. *et fons, quem ſol.* In margine ſcholion hoc legitur a prima manu ſcriptum: *fons fervens de nocte et rigens de die.* Male *frons* edd. 6. 7. 8. uti ſit paſſim. Cf. ad 1, 13, 3.

Auſtro ſacra) Vatic. 3. Prag. *auxere ſacra.* In ed. 40. quae Cd. Bonon. lectiones margini adſcriptas refert ſic ad vocem *Auſtro: hauſtro,* A. et infra atramento diverſo notatum: *auxere* MS. *optime.* Pariſ. 2. *auſere ſacra.* Ortum id eſt ex male excepta dictantis voce et ſic propagatum. Vindob. *rupes quaedam rupes Hauſtro ſacra;* uti pluribus aliis temere adſpirare ſolent.

Haec cum —) Havn. *Hic cum manu;* Vatic. 3. Prag. *Hic cum manu hominum contingitur;* Venet. *cum manu contingitur hominum.* Concinnior et mollior in vulgata verborum ſeries. Tum edd. 7. 8. *quidam — illae.*

arenasque) Cibin. Gud. Prag. Vindob. *harenasque,* ut multae edd. 7. 8. 10. 12. 14. 19. 21. 28. — Ita et alibi adſpiratio non in noſtro ſolum, veluti ſupra 1, 4, 2. infra 1, 9, 4. 3, 10. in. ſed et in aliis additur, quam et paſſim probant viri docti. Plura dabo ad 3, 10. in.

ſic ſaevit, ut fluctibus) Duo hic ex libris obſervanda ſiſtuntur. Priora verba (*ſic ſaevit*) ſine variatione in Codd. abeunt, nec contrectarunt edd. Tandem Voſſius dedit *ſiccis ſaevit fluctibus,* et cum eo edd. 40. 41. 42. Hinc priſca lectio rediit. Poſterior pars iactatur varie. Voſſ. 1. Cibin. *ut fluentibus.* Alii omnes, qui a viris doctis et a me in conſilium adhibiti, *ut aequor fluctibus,* (forte praeter Venet. et Havn. ex conlatorum ſilentio) cum edd. 1. 2. 9. At 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. et hinc omnes ad Vinetum legunt: *ut aequor fluctibus.* Hic iterum expulit, etſi minime ſequentibus poſteris. Voſſius, ut dictum, cum edd. 40. 41. 42. totum locum ſic effinxit: *ſiccis ſaevit fluctibus.* Poſt tertium ſuam formam in editionibus nacta eſt Codicum lectio, quae et conſtitit. TZSCHVCKE. Totum locum ſic ſcribendum

existimo: *Ille immodicus exsurgit, arenisque sic saevit, ut fluctibus.* Solitum enim hoc fieri tradit Arrianus lib. 3. [c. 3.] et Sallustius Iugurth. [c. 79, 6.] CIACCONIVS. In libris manu exaratis [v. supra] legitur: *sic saevit ut fluctibus.* In aliis vero: *sic saevit fluctibus.* Lege *siccis saevit fluctibus.* VOSSIVS. Addunt antiquae edd. vocem *aequor*, nescio unde, nisi ex coniectura, haustam. Et sane hic aliquid vitii latere videtur. Ciacconius ut tentaverit locum, ex eius notis liquet. Sed nimis ille multa eradit et delet. Maluissem: *arenasque quasi maria agens sic saevit iis, ut fluctibus.* Vossii coniectura, quam et in contextum immisit, speciosa sane est et ingeniosa. Volui et ipse eam cum Gronovio potius retinere, quam τὸ *aequor* contra Codicum auctoritatem. Nec tamen pro reiicula plane habendam putem meam emendationem, quae certe ad scripturam Codicum propius accedit et perspicui est sensus. Nam sicuti *arenas quasi maria agere* dicitur ventus, sic *saevire arenis, ut fluctibus.* Sed de his lectorum sit arbitrium. PERIZONIVS. De perspicuitate Perizonianae lectionis non dubito, at dubitare licet de eius elegantia, et concinnitate. Mihi quidem τὸ *iis* languere videtur, in Mela maxime, et, quod in nullo codice adparet, eo magis invito obtrudi. Vossiana audacior est et poetae magis accommodata vel ingeniose festivo vel sublimius adsurgenti. Ita I. Gronovius excitat locum ex Martialis epigramm. 4, 3. *Qui siccis lascivit aquis et ab aethere ludit, suspicor has pueri Caesaris esse nives.* Idem in notis MSStis, quibus uti licuit, ita hanc formam tuetur, ut, quum res sit plena miraculi, miraculose etiam voluerit exprimere, iunxeritque, quae alioqui iungi non possent, eodem modo, quo Pindarus [Pyth. 1, 43.] ausus fuerit dicere *fumi amnes,* [ῥόος καπνοῦ] quum prius etiam dixisset *fontes ignis,* [πυρὸς παγαὶ] quae notarit Macrobius Saturn. 5, 17. At uti est vulgata lectio, brevitatem Melae non solum tuetur, sed et ipsam rem temperato colore inlustrat.

paulatim) Venet. Gud. Voſſ. 2. Prag. Vatic. 3. unus I. Gronovii *perpaulatim;* reliqui cum editionibus *mox et paulatim;* tantum aliqui Codd. antea particulam *et* abiecerunt, in iis Vatic. 3. Voſſ. 1. unus Ciacconii; et ſic edd. 15. 17. 20. 23. In altero Codice Ciacconius deſideravit τὸ *mox*, pro quo vitioſe edd. 7. 8. *mos.* TZSCHVCKE. In quibusdam Codd. legitur: *mox perpaulatim tepeſcens.* Verum non probo abverbium iſtud. *Perpaulum* et *perparum* Latinum eſt; illud vero non item. Vulgata praeterea ſcriptura exſtat in Vaticano aliisque veteribus Codicibus, unde adducor, ut credam, ita ſcripſiſſe Pomponium *mox* (*ſed paulatim*) *tepeſcens.* In quibusdam Codicibus deeſt particula coniunctiva. Ita ſane Plinius [2, 106. ſ. 103.] de fonte ſolis in Troglodytis: *mox paulatim tepeſcens.* VOSSIVS. In MS. vidi *et perpaulatim*, quod etſi Voſſius ſcribat, ſe non probare, quia *perpaulum* et *perparum* Latinum eſt, illud vero non item, qui probabit? quae definitio vel terminus apponendae huic particulae ſtatuetur? Duntaxat et ordo loquendi ſuaviter ſic procedit, et ego ut Pomponii proprium aſſerere non dubito; quum in hoc etiam gradus eſſe et aliquid minus lente procedens, quam *paulatim* docent Hebraei, apud quos *paulatim paulatim* Exod. 23, 30. Paſſim etiam haec compoſita amat, ut oſtendunt illa *pernoxius*, *pernobilis*, *percelebris*, *perviridis*, *perſaeva*, *pergrandis.* Immo nec temere lib. 3. c. 1. MS. Gudianus *tantis permeatibus*, ubi vulgo *meatibus.* I. GRONOVIVS. *Perpaulatim* eſt in quibusdam libris, verum non in Vaticano aut aliis melioris notae; itaque non admiſi. Gronovius tamen Latinam eſſe contendit vocem ideoque admittendam. Credam, ubi vel unum attulerit exemplum. Ad rem non faciunt *pernobilis*, *percelebris* et ſimilia. Ipſe tamen in locupletanda Latini ſermonis egeſtate adeo eſt liberalis, ut etiam infra initio lib. 3. probet *permeatibus.* — [V. ad c. l.] VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Cur, ſi quid Voſſius voluit adferre ſerium,

non probavit, non esse Latinum? Quum ego adferrem, Melam saepissime augendi causa illam particulam verbis ac nominibus praemisisse, ad rem ea non facere dicit. Et quare? An quum *perparvulus* sit apud Ciceronem ipsum [Verrin. 4, 43.] ac *perpauculis*, [de leg. 1, 20.] apud Plautum, [Truc. 5, 21.] apud Pompeium Festum, [s. v. *parumper*; cf. et Cic. in Verrin. 5, 57.] apud Afranium [in Maittairii corpore poetar. Latinor. Tom. 2. p. 1511. cf. et Cic. ad Att. 6, 3.] *perpauper*, non potest aliquis usus fuisse τῷ *perpaulatim*, ut lentitudini et tractui, quem innuere vult, exprimendo par non esse existimans simplex *paulatim*, pro eo dicat *perpaulatim*, ut significet tardiorem tepore colligendo fere esse, quam dici potest. Imo certus sum, si vel Mela loco alio narrandum habuisset de mutatione similis tarditatis, similiter locuturum fuisse. Si alii de eo non sic loquuntur, certe non sic attenti fuerunt, ut stylum suum accommodarent ipsi materiae, ut noster auctor. I. GRONOVIVS *in epistola de appendice Vossii* p. 100. Omnes fere Cdd. [v. supra] *paulatim*, et sic Plinius. — Quidni ergo sequar auctoritatem Codicum? Atque adeo neque illud *perpaulatim*, neque Vossii *sed paulatim* admiserim. PERIZONIVS. Cum pauci tantum Codices nec ii optimae in omnibus notae id habeant, vulgatam immutare nolui in voce praeterea aliis incognita, etsi notari omnino ea potest. Nec opus erat, ut Mela ad hanc tenuitatem descenderet.

subinde frigidior) Paris. 2. Vatic. 3. Venet. Prag. *surgit, fit frigidior;* alii quidam, ordine tantum mutato, *frigidior subinde*, ut duo Ciacc. A. Gronov. et ex meis ad ed. 5. et 39. conlati; reliqui, uti Cibin. Rehdiger. Gud. Lips. Vaticani alii, item Oxon. Perizon. Voss. 1. 3. et quatuor, quos omnino sic indicat A. Gronovius, *subinde frigidior*, uti dedit Reinoldius praeeunte solo Vineto et inde ab ed. 44. reliquae. Antea enim legebatur in omnibus *frigidior subinde*, sic ut inter

utrumque maioris, maximae etiam diſtinctionis ſignum poneretur, qualem (:) etiam ex ſuo Codice notavit A. Gronovius. Tantum ed. 36. *ita frigidior ſubinde frigidior.* TZSCHVCKE. Sic infra cap. 18. *pauciores ſubinde.* Et lib. 2. c. 2. *Alienis ſubinde aquis fit amplior.* [At hic τὸ *ſubinde* praecedit.] CIACCONIVS. Recte Voſſius diſtinxit, quando coniunxit: *frigidior ſubinde.* Multi immo Codices mutato ordine *ſubinde frigidior.* PERIZONIVS. Poſteriorem ordinem, quia meliores Codices praeeunt, ſervavi. In priori male diſtinctionis ſignum interponitur.

riget) Rehdig. Prag. *friget.*

dein) Sic Mediol. et Gud. reliqui cum edd. omnibus, etiam Reinoldianis, *deinde*, dum A. Gronov. in ed. 44. daret *dein*, quod poſtea manſit. Videtur a ſequenti voce abſorptum eſſe τὸ *de;* attamen gratioris ſoni cauſa *dein* retinui, cum et τὸ *de* ex repetita ſequentis vocis prima ſyllaba adhaerere potuerit. De utriusque variatione ſupra ad 1, 4, 3.

tepores) Mediol. Chiſ. Voſſ. 1. 3. Ciaccon. Lipſ. Vaticani Cibin. Rehdiger. *teporem;* reliqui cum omnibus editionibus *tepores.* Quod ſi praeſtantiores Codices audieris, praeferas *teporem*, ſin aures conſulueris, *tepores.* Atque hinc in elegantiſſimi et terſiſſimi cultus auctore poſterius retinere malui.

ut illa) Sic Codd. et editiones; Vadianas cum duce ſuo *ut ille.* Sed ad noctem rectius refertur. Tum Prag. *rurſum*, et Vindob. *fervet.*

§. 2. *In litore)* Cibin. *litora*, ut edd. 6. 15. 17. 20. tantum per *tt*, de qua ſcripturae variatione et ratione ſupra ad 1, 1, 4. Tum Cibin. *promunctoria;* Voſſius et Gronovianae 40. 41. 42. *promuntoria.* Vid. ad 1, 5, 1.

Zephyrion) Vindobon. *Zephirion;* Gud. Prag. Parif. 1. 2. Venet. *Thephirion;* Rehdiger. Prag. 3. *Tephyrion;* Zalufc. *Tiphirion.* Edd. 1. 5. *Zephyron;* aliae recte *Zephyrion*, ut aliunde etiam probatur.

Naufiathmos) Rehdiger. *Naufiatmos;* Prag. *Naufiatinos* vel forte *Naufiatmos;* fed et Boccatius de maribus f. v. *Libycum mare* habet *Nauftatinos;* Parif. 1. *Narifiatinos;* Parif. 2. *Nafiaemos;* Vindob. *Mufchatanios;* Cibin. *Naufihamos;* Lipf. *naufiratus mons;* Gud. *naufiathmos*, ut editiones, et reliqui ex meis Codicibus ad eas conlatis. Ita etiam fert ufus aliorum auctorum.

Paraetonius) Cibin. qui inverfo etiam ordine fubiicit *portus;* Prag. Rehdiger. *Paretonius;* Vaticani *Paretomus;* Lipf. *pharetonius;* Gud. *fparethonius;* Parif. 2. *Paractonius;* alii *Paretonius* habuiffe videntur, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. — Camertinae, Iuntinae, Olivarianae, Schottus. *Paraetonius* Vineti, Voffii et fequentium ex Graecis maxime conftat. De aliis corruptionibus alibi. TZSCHVCKE. Corrupta omnia et inverfa vel potius everfa. Legendum arbitror: *In litore promontoria funt Zephyrion et Cataeonion. Naufiathmos portus. Vrbes Hefperia* etc. Ante omnia *Paraetonium* nullo modo tolerari poteft, quia Cyrenaicae, quae hic defcribitur a Mela, finis eft Catabathmos, ut ftatim ipfe fubiicit, et Plinius fcribit lib. 5. [c. 5.] Catabathmos porro totam claudit Africam, et aperit vel Aegyptum fecundum ipfum, vel Mareotin Libyam conterminam Aegypto, cuius finis eft Paraetonium, ut tradit Plinius libro quinto. [c. 6. in.] Ergo cum antedictae Cyrenaicae civitates fint intra Catabathmon, *Paractonium* autem fit ultra Catabathmon octoginta millia paffuum Plinio [5, 6. rectius 86. M. P.] et in Mareotide Libya, five Marmarica, ut Ptolemaeus [4, 5.] appellat, non in Cyrenaica, confequitur nullo modo hic legi poffe *Paraetonium.* Probabilior lectio *Cataeonion*,

quod eſt promontorium citra Catabathmon, Cyrenaicae Pomponio, Marmaricae Ptolemaeo. [4, 5.] PINTIANVS. Equidem in ea ſum ſententia, ut nihil temere in auctoribus antiquis mutandum cenſeam. Malo enim in eam partem peccare, quod timide nimis, modo religioſe, Auctores tractem, quam ut audaculus vel temerarius audiam. Strabone igitur auctore lib. 17. [p. m. 549. ſ. 798.] Paraetonius retineatur. Sic enim ait: *πόλις ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτώνιον, οἱ δ' Ἀμμωνίαν.* SCHOTTVS.

Paraetonius. Vrbes) Cum Schotto aliisque Voſſius putavit ita puncti nota diſtinguendum, quod ego non magis illic ponendum iudicans, quam poſt τὸ *Nauſtathmos*, delevi et ſubſtitui, quod fuit Melae. I. GRONOVIVS. Recte monuit Pintianus Paraetonium ab omnibus ultra Catabathmum poni, et ſic aut terminos confundi male, aut errorem ſubeſſe, ut recte et ordine conſtituantur. Et ſane ſpecioſa eſt coniectura in nomine *Cataeonium*, quo vera terminorum ratio revocetur. At tum minime intelligitur, quo lapſu librarii, quibus utraque vox ignota fuit, ad Paraetonium demitti potuiſſent, niſi a Mela ipſo emiſſum hoc nomen fuiſſet. Poſſit tamen ita probari, ſi Catabathmos non de urbe, uti fere in emetiendis locorum intervallis intelligitur, explicaveris, ſed, quod fecit diſerte Mela, de valle ſolum longius latiusque extenta et duos etiam Catabathmos magnum et parvum teſte Ptolemaeo 4, 5. complectebatur, ita ut etiam ſimul Paraetonium in eius ambitu ſitum eſſet, de quo plura Vol. 2. diſputare licebit.

urbes) Gud. *urbs*. Vulgatam reliqui ſervant, quibus ſuffragatur etiam uſus Melae, qui ſic, ubi plura ſequuntur eiusdem generis, adpellativum plurali etiam numero praemittere ſolet. Sic *urbes* 1, 11. ſ. 1, 16. ſ. 2, 2, 5. et 9. 2, 3, 5. Sic *amnes* et ſimilia; aut etiam

urbium, *amnium*, *montium* ſequente ſuperlativo, cuius obvia ſunt exempla.

Heſperia) Vatic. Voſſii, Voſſ. 1. et Cibin. *Heſperi;* reliqui omnes cum edd. ad Voſſium *Heſperia.* Hic enim repoſuit *Heſperis* et eum ſecutae edd. 40. 41. 42. Poſt prior forma rediit. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [4, 4.] *Berenice, quae et Heſperides.* Plinius 5, 5. *Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupra dictarum.* Stephanus *Heſperis;* atque hic ita fortaſſe eſt legendum. CIACCONIVS. Omnino ſcribendum eſt *Heſperis.* Ita namque dicta fuit prius urbs, quam poſtea *Berenicen* dixere Graeci. Nullum dubium eſt, quin locus hic propter fertilitatem et fructuum copiam Heſperidum hortus appellatus ſit a Cyrenaeis. Antiquiſſimi enim Geographi uti Scylax [p. 46. Hudſ.] et alii Ἑσπερίδων πόλιν καὶ λιμένα καὶ κῆπον hic collocant. Errat vero interpres Solini, [Salmaſius ad Solin. c. 27. ſ. 30. p. m. 264.] cum dicit locum hunc ab opportuno ſitu ad heſperum dictum eſſe Ἑσπερίαν et Ἑσπερίδας. Nemo enim Heſperiae alicuius in hoc tractu meminit. Hauſit id ex vitioſa Melae lectione. VOSSIVS. Vellem ſane faverent MSS. Ciacconio legenti *Heſperis,* quod Voſſius pro ſuo venditat, ſed ſimul praeclare oſtendit, a plerisque veterum iſtic potiſſimum locatos *Heſperidum hortos.* Verum habent omnes *Heſperia* praeter Voſſ. 1. qui *Heſperi* legit. Nec a Goetzio quidquam varietatis hic annotatum [in ed. 23.] reperio. Alii tamen ſunt ſcriptores, qui et ipſi urbem hanc *Heſperida,* et maxime in plurali *Heſperidas* vocarunt. PERIZONIVS. Dubia manet Voſſii lectio, ſi cogites, aeque excidere potuiſſe literam *s*, atque *a*, uti ſaepe accidiſſe uſu probatur, a ſequentis vocis prima abſorberi. Sin alios ſcriptores audias, non temere Ciacconium et Voſſium pronuntiaſſe indicabis. In hac tamen nominum inconſtantiori terminatione Codices praeferendi, aliorum discrepantiae notandae videntur.

Apollonia) Vindob. *Appolonia;* Pragenſ. *Apolonia;* Rehdig. *Appollonia.* Recte alii ex meis *Apollonia,* de qua non eſt dubitatio.

Ptolemais) Pariſ. 1. *Ptolomois;* Pariſ. 2. *Ptolomais;* Pariſ. 3. *Ptolomeis;* Rehdig. Lipſ. Gud. edd. 1. 2. *Ptholomeis;* Gud. *Pthomais;* Vindob. *tholomeus;* Cibin. *Ptolomei.* Ed. 9. *Ptholomaeis.* Recte aliae antiquae edd. *Ptolemais* et indubia fide.

Arſinoe) Rehdig. *Arſynoe;* Cibin. *Ptolomei ſarſinoe.* Nempe τὸ *s* adhaeſit ex praecedente voce. Edd. 21. 28. *Arcinoe;* 24. 25. et aliae ex Olivariana familia, etiam 36. 38. *Arcinoe.* Stephanus tamen, Lugd. 1646. recte dant *Arſinoe.*

nomen eſt) Rehdig. *nomen ipſa eſt.* Tum Vindobon. *cirene;* Prag. *ciphene.*

Catabathmos) Corrumpunt varie, ut ſupra et cap. 9. nec iidem eodem modo. Vindob. *Catabthomos;* Gud. Prag. *Cathabathmos;* Cibin. *Cathabatmos.* Edd. antiquiores fere, *Catabatmos,* etſi ex iis iam recte quaedam, ut 6. 7. 8. — Pro *vallis* Vindob. *valis* et poſt *egiptum.* Pro *devexa* Olivarius in notis, neſcio unde, refert *deflexa;* nam in ipſo contextu nihil mutat. Tum Voſſius ex libro notat: *in Africam* pro *in Aegyptum;* ipſe vulgatam lectionem cum aliis libris praefert. Recte, uti ex Polybii 31, 26, 9. (Schw.) narratione de eius ſitu adparet maxime. Waltherus praeterea in animadv. hiſtor. p. 274. legit *vallis devexae,* quod non probo propter aliorum deſcriptiones, orationis nexum et formam, et ipſius verbi vim. Ceterum a *Catabathmos* initium novi capitis, 22. fecit Vinetus.

§. 3. *Orae)* Cibin. *hore,* ut ſit paſſim. Sic idem 1, 9, 9.

Ritum moratis) Prior vox abeſt a Cd. Veneto. Poſt Vindob. *quedam longius differunt. Quaedam* etiam Pariſ. 1.

Deum) Voſſius in appendice ad h. l. haec: In optimo, cui plurimum tribuo, pro *Deorum* ſcriptum inveni *dm̄*. In tribus meis in membrana exaratis exſtat *dium*, in uno *divum*, in caeteris *deum*." Perizonius haec: Ego in MSS. inveni *Deûm* vel plane omnibus literis in Lipſ. et tribus Voſſianis, vel contracte *dum*, in meo et Voſſ. 4. *Dm̄*. Sed et accedit Vaticanus a Goetzio [in ed. 23.] collatus, qui itidem *Deum* exhibet. Solus Voſſianus 1. habet *diu*." Habent etiam *Deum* Vindob. Prag. Gud. Oxon. Iac. Gronovii unus. In Lipſ. ſupra ſcriptum erat *Deorum*, uti legunt edd. antiquiſſimae et poſt aliae ad Iac. Gronov. qui primus repoſuit in ed. 41. *Deum*, quod manſit. Cod. Cibin. ſcribit *diū*, unde adparet in Voſſ. 1. cum quo conſentire ſolet, omiſſum eſſe lineolam transverſam. TZSCHVCKE. In MS. legi *Deûm*; qui quoniam mos eſt Pomponii, debuerat ſine mora exprimi. Sic enim 1, 9. *tricenum pedum*. Lib. 2. c. 7. *duûm millium ſpatium*. Idque nunc ſecutus fui, nihil impeditus ſenio Voſſii. I. GRONOVIVS. Perinde eſt, utrum hoc, an iſtoc legas modo. — Haec varietas non aliunde provenit, quam ex compendiaria ſcriptura *dm*, quae certe non poteſt notare *deum*, niſi in ſingulari numero. Ponamus tamen poſſe, et ponamus *ſervare* hic accipi pro obſervare et religioſe colere, tamen quis credat Melam, tamquam rem miram retuliſſe, eſſe gentem in Libya, quae deos patrios coluerit, quod faciunt omnes gentes? Quaprupter literas iſtas *D. M.* ut paſſim alibi, ita quoque hoc loco accipiendas eſſe cenſeo de Diis Manibus, et Pomponium ſcripſiſſe, *cultu deorum manium, quos patrios ſervant*. Intelligendum hoc, niſi fallor, de Panebis, Libya gente, de quibus Damaſcenus [ſ. v. Πάνηβοι] ſcribit, illos regum defunctorum reliquum quidem

corpus terra obruere, capita vero amputata et inaurata in templis confecrare. Differunt itaque ab Augilis, quos eodem Mela recenfet capite, qui et ipfi manes colebant, fed tantummodo fepultos. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Recte ex MSS. reftituit Gronovius *Deûm.* — Viderit Voffius, qua fide dicat fe reperiffe in optimo Dm̄, fed quod videtur feciffe ex illo *diu*, orto tamen haud dubie ex *dm*, ut fere in Voffiano 4. legitur. At in nullis ipfius Codd. reperi *dium*, vel *divum*, quod ille tamen palam affirmat. Neque vero intellexit fatis phrafin *fervare Deos*, quam interpretatur *obfervare et religiofe colere*, et ideo nihil effe mirum, quod *tamen tamquam rem miram referat Mela, fuiffe in Libya gentem, quae Deos patriae coluerit.* At vero oppofitio hic fit inter hosce, qui, ut, linguam patriam, fic facra et Deos patrios fervarant, feu retinuerant, et illos, qui abiectis patriis moribus et cultu Deorum, ad Romanorum maxime ritum erant morati. Sed neque fervare *Deos patrios* fignificat eos obfervare et religiofe colere, verum acceptos a maioribus retinere, aeque ac linguam. Sic Phaedrus proleg. lib. 2. [v. 8.] *Equidem omni cura morem fervabo fenis.* Petronius [Satyr. 80, 9.] *Quum fortuna manet, vultum fervatis amici.* Cicero Famil. 5, 20. *Putavi effe viri boni, quum populus* (abfens et ignarus) *fuum fervaret, confulere fortunis tot civium*, hoc eft, fuum retineret, haberetque falvum et integrum. Sed res eft certiffima. PERIZONIVS. Accedit, quod vix Deos Manes aliquis *patrios* recte vocare videatur. Etfi enim paffim *patrius* pro *paternus* ponitur, ut docuit Perizonius ad Valer. Max. 7, 8, 4. et alibi paffim cum *paternus* mifcetur in libris, de quo Garatonius ad Cicer. de provinc. conful. c. 8. cum fatis vulgata lectio conftet, ad illud praefidium confugere opus non eft. Nec fcribendi compendiis, quae in infcriptionibus obtinent, librarii uti folent, nec hic ufos effe luculenter declarant. *Divum* legi quidem recte poffit, uti *Divi patrii* dicuntur a Gratio Cyneg. v. 455. *Divi parentes*

(al. tamen *penates*) Catullo 64, (65) 405. at in hac oratione altera forma cum plerisque ſervanda videtur. *Deorum* videtur eſſe explicatio τοῦ *Deum*, cum Mela talia amet, nec alii auctores proſaici, et magis, quam noſter pedeſtri oratione uſi, ab ea forma abhorreant. Sic Nepos in Milt. c. 2. in. *barbarum*, ubi etiam alii libri *barbarorum*. Idem *Ephorum* in Ageſ. c. 4. in. Salluſt. Iug. c. 19. (22.) *Thereon*, *Philenon*. Eutropius adeo cum aliis 8, 21. (12.) *duum*, ubi vid. notata.

nullae quidem — domicilia) Vindob. omiſit *quidem*. Gud. dat *quidem nulle;* Vatic. 3. *mille quidem urbes;* Prag. *quae tamen domicilia ſunt;* Pariſ. 1. *quod quaedam*. Ex editt. ſola Schotti (35.) *urbes, ſtata tamen domicilia ſunt*. TZSCHVCKE. Scribo: *proximis nullae quidem urbes, ſtata tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur*, ut haec ſit differentia inter *proximos orae*, et *interiores*. Illos mapalia habere ſtata videlicet domicilia; hos ſequentes pecora, ut a pabulo abducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promovere, ut paulo poſt ſequitur. Sic lib. 2. [c. 1. §. 11.] *Vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur, atque ut illa pecori durant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* Et lib. 3. [c. 4. §. 1.] *Non ſe urbibus tenet, et ne ſtatis quidem ſedibus; ut invitavere pabula, ut cedens et ſequens hoſtis exigit, ita res opesque ſecum trahens.* PINTIANVS. Lego: *proximis quidem nullae urbes, ſtata tamen domicilia ſunt, quae mapalia appellantur*, ut lib. 3. c. 4. lib. 2. c. 1. [v. antea] Salluſtius Iugurth. [c. 19, 5.] *Super Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare.* CIACCONIVS. *Stata domicilia*, quae ſolo non haereant, nec fundamenta iacta habeant. Mox enim, *ut a pabulo ducta ſunt, ſe ac tuguria ſua promovent;* cf. infra lib. 2. c. 1. et lib. 3. [vid. antea] Sic *ſtatus dies cum hoſte* Ciceroni lib. 1. offic. [c. 12.] Plauto Curcul. [1, 1, 5.] et Feſto. *Statarius miles* Livio.

[9, 19.] *Stata forma* Ennio apud Gellium 5, 11. SCHOTTVS. Nemo eſt, qui non hactenus approbaverit lectionem Pintiani. — Ego tamen veram eſſe puto lectionem vulgatam. Ita quoque Virgilius et alii loquuntur. Rufo quidem Feſto [Avieno] ita haec locutio placuit, ut paſſim ea utatur. *Stat Corycus alta, Stat Perge propter, ſiant ardua tecta Phaſelis.* [in deſcr. orbis terrae v. 1017. etſi ibi hodie in poſtremo loco *micat.*] Item [v. 318.] *Adſtat Cyrene propter vetus.* Sic etiam alibi. Nihil itaque invitis omnibus manu exaratis Codicibus in Pomponio mutandum. Huc accedit, quod mapalia iſta non videntur ſtata et fixa fuiſſe. Plinius lib. 5. c. 3. [ſ. 2.] *Numidae vero Nomades a permutandis pabulis mapalia ſua,* hoc eſt *domos, plauſtris circumferentes.* Sed et Livius quoque lib. 29. [c. 31, 8.] *Familiae aliquot cum mapalibus pecoribusque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem.* — VOSSIVS. Minime abhorrerem ab eo, quod Pintianus coniecit, et recepit Schottus, ac pluribus probavit Ciacconius. — *Stata* enim *domicilia* opponuntur vitae Nomadum, qui vagi ſequuntur pecora et ſua ſubinde promovebant tuguria, a pecoribus quaſi ducti; urbes vero conſtant ex ſtatis domiciliis. Verum haec domicilia diſtinguuntur tamen hic ab urbibus, quia ſparſa erant, nec in unum locum coniuncta. Verum utcunque haec blandiantur, tamen contra Codicum auctoritatem, qui omnes habent: *Proximis nullae quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt,* recipere illa non ſum auſus, quum et haec commodum habeant ſenſum, et *domicilia* per ſe aliquid amplius et magis ſtatum notent, quam *tuguria.* Sed tamen crediderim, veram eſſe Pintiani coniecturam, ut Melae ſtylo congruentem. PERIZONIVS. Pintiani coniectura numeroſior etiam ſonoque concinnior videatur, cum in vulgata minus ille ſuaviter praecidatur. Forte etiam poeticum nimis verbum *ſiant* exiſtimetur. Attamen cum et haec ex Perizonii declaratione intelligi poſſit, et omnes

Codices defenſores habeat, reliquenda eſt utique. Ceterum hinc Reinoldius cap. 9. exorditur praemiſſo titulo: *Africa interior.*

mapalia) Cibin. Lipſ. Prag. Venet. Rehdig. uti edd. 1. 2. 9. *mappalia.* In aliis *mapalia.* Sic variatur apud Salluſt. de B. Iug. 18, 8. Livium 29, 31, 8. At rectius ſimplici *p* efferri, uti et faciunt docti viri. poetarum uſu conſtat, qui primam ſyllabam corripiunt, veluti Lucan. 2, 89. 4, 684. 9, 445. Virgil. Georg. 3, 340. Sil. Ital. 17, 90.

Primores) Lipſ. Vindob. *primiores.* Poſt ed. 56. *ex ligno.*

ſuccusque) Rehdiger. *ſucique baccare;* Gud. Vindob. ed. 2. *ſucusque.* Tum Vindob. *bacarum;* cf. ad 1, 19, 20.

nam gregibus) Cibin. *non gregibus.* Poſt ed. 2. *quare id.*

opimum) Pariſ. 1. Vindob. Rehdiger. Gud. Prag. et quidam ex meis ad editiones antiquas conlati ex ſilentio, uti Havn. Vaticani aliqui *optimum;* Vatican. 1. Cibin. Lipſ. Venet. Oxon. Cod. Ciaccon. Pariſienſis 2. 3. (ex ſilentio conlatoris) et omnes Perizonianae cognitionis *opimum,* ut et ex Codice notant edd. 27. 29. quae ipſae cum antiquiſſimis et ſequentibus exhibent *optimum.* Vinetus primus dedit *opimum,* et ſic in erratis legendum monuit Heniſchius. Secutus eſt Schottus, hinc Voſſius et reliqui editores. TZSCHVCKE. Convenientior lectio *opimum eſt.* PINTIANVS. Recte Pintianus *opimum* maluit, quod et tuentur MSSti; nulli illud *optimum,* quod editores ſubiecerunt. PERIZONIVS. Vtriusque vocis commutatio crebra eſt, uti docent Verheykius ad Sextum Rufum c. 20. Drakenborch. ad Liv. 38, 8, 8. ubi plura inveniuntur, Garaton. ad Cicer. de lege agraria 1. c. 2.

viri docti ad Frontin. 4, 5, 4. Sic in Eutropio 1, 14. ſ. 12. Codex Gothanus antiquus, quem conferre licuit. Vtrumque poteſt ſaepe locum habere, melius ex nexu et adiunctis iudicari et probari. Sic *pecudes paſtu atque cultu opimas* invitis licet Codicibus recte tamen dediſſe videtur Gronovius in Gellio 9, 4. De terra ambiguum eſt, cum et Graeci, veluti Herodotus 4, 198. ſic ἀρίστην γῆν de fertili, opima dicant. Et ſic in noſtro loco, ſi ad praeſtantiam omnino retuleris, repudiari iure non poſſe videtur *optimum*, alterumque propter bonos Codices et remotiorem vocis uſum receptam ſedem vindicare. Cf. ad 3, 2, 3.

quod poteſt) Ambigua prioris vocis eſt ſcriptura ex inſtabili et incerta eius forma. Diſerte et plenis literis ſic efferunt Venet. Pariſ. 1. Vatic. 1. Gud. Rehdiger. Voſſ. 1. Mediolan. Ciacconianus; Compendiis alii utuntur, quae ad diverſam formam traduci poſſunt. Cibin. *qd'*; Lipſ. *qđ*; Prag. *q'd*. Perizonius omnes, quos viderit, vel diſerte et plene, vel per notas habere teſtatur *quod*. Oxon. *quo*. Editiones inde a primis *quoad* ad 42. cum Reinoldianis. Primus A. Gronovius in ed. 44. poſuit *quod*, et retinuerunt ſequentes. TZSCHVCKE. Miror omnes etiam ultimas edd. ſcribere *quoad poteſt*, quum MSS. omnes — legant *quod poteſt*. Phraſis haec eandem habet vim et elegantiſſima eſt. Nam ponitur pro *quantum poteſt* ſc. parci illis. Vide, quae notavi ad Sanctii Minervam 3, 6, 1. PERIZONIVS. De commutatione utriusque vocis vid. Drakenb. ad Liv. 6, 38, 15. Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 5, 17. et quae ſupra notavi ad 1, 2, 3. *Quoad* eſt tam diu donec; cf. Gronov. ad Liv. 25, 26, 2. *quod* in hoc nexu quantum, in quantum, uti docuit Perizonius c. l. Quae notio cum ſit hic aptior, praeſtat Codicum veſtigiis inſiſtere. Ita apud Cicer. ad Att. 2, 2. *Iucunde hominem, amabo te, quod poteſt*, uti dedit Erneſti, pro *quoad*, quod et ibi antea

vulgo ferebatur. Exempla formulae, *quod poteſt*, ſubminiſtrabunt etiam Lexica.

§. 4. *etiam incultius)* Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vatic. 1. *incultius etiam;* alii cum edd. *etiam incultius;* quidam diſtingunt ſigno maximo poſt *incultius*, uti Pariſ. 2. et edd. multae. Cum parum referat, vulgarem ordinem retinui.

utque a pabulo) Pariſ. 2. *utque et a pabulo;* Venet. *utrique et a pabulo dictae ſunt.*

ſe ac tuguria) Venet. Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. Pariſ. 2. Prag. *ita ſe ad tuguria.* Ex aliis MSS. et edd. nihil a recepta lectione, quae et ſenſu et nexu ſatis ſuſtinetur, diverſi innotuit. Ceterum hinc Voſſius, quod mobilia, non ſtata fuerint Numidarum tuguria, effici etiam poſſe putat, nihil in Pomponio mutandum eſſe, de quo vide ſupra. Ceterum Prag. *ad tuguria ſua ſel* (pro *ſe*) *promovent.*

ubi dies) In Vineto abeſt *dies.*

in familias) Prag. *in familiis.* Poſt Cibin. Vindob. *nichil.*

diſperſi) Abeſt a Pariſ. 2. et Pragenſi. Edd. 2. 9. 13. *diſparſi.* Idem in ſimilibus compoſitis faciunt libri. Sic *dispartiri* et *dispertiri* de quo Drakenb. ad Liv. 5, 10, 9. *detracto* et *detrecto*, de quo Oudendorp. ad Frontin. 5, 6, 7. Burmann. ad Propert. 2, 2, 11. et quos laudat. De *diſpergo* vid. ad 1, 1, 4. TZSCHVCKE. Legendum diverſa dispunctione: *diſperſis*, non *diſperſi*, hoc modo: *Quamquam in familias paſſim et ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen* etc. PINTIANVS. Melius *quique.* [pro *quamquam*] Ex compendiis literarum natum mendum. SCHOTTVS. Vulgatam lectionem reddidimus, quam Pintianus mutarat. Quod

tantum abeſt, ut verum ſit, ut vix ſit Latinum. Altera vero lectio optima, et, in qua nihil ſit, quod offendere poſſit. Sic et Tacitus lib. XX. [Hiſtor. 4, 67.] *per Gallias edixere, ut, miſſis legatis, in commune conſultarent.* Sed adeo tralativa haec locutio, ut exemplis non ſit opus. VOSSIVS.

tamen quia) Altera vox deeſt in Prag. ſed pro ea Rehdiger. Gud. habent *quod*, ut edd. 16. 18. et quae Vadianum et Olivarium repetunt, Vinetus etiam, Schottus, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. In Pariſ. 3. *quare*, ut in ed. 2. Reliqui Codices ex meis, et ex Gronovianis Mediol. Leid. ex Perizonianis optimi *quia*. Schottus praeterea praemiſſa particula *et* ſic diſtinxit: *conſultant tamen, et quod ſingulis aliquot ſimul coniuges, et plures ob id.* — At vulgata lectio ſine mora fluit, ſive *quia* legas, ſive *quod*, etſi illud cum plerisque libris ſcriptis et antiquis editionibus retinui.

agnatique) Vindobon. *cognatique;* Cibin. *adſignatique.*

nusquam pauci) Vatic. 3. *n. paucis.* Vadianus primus cum augmento dedit: *nusquam pauci degunt.* Eum ſecutus eſt Olivarius, cum utriusque familia etiam Schottus. Exegit Vinetus, uti diligentiſſimi conlatoris ſilentium in edit. 44. declarat, etſi a Voſſio id factum volunt. Omiſerunt certe hinc reliqui. TZSCHVCKE. Auctoritate omnium veterum Codicum delevimus τὸ *degunt.* Et ſane tuto abeſſe poteſt. Minuta haec fateor, et quae magiſtellis relinqui poterant. Sed quandoquidem huic auctori manum admovimus, etiam minimis quibusque ulceribus mederi propoſuimus. Eſto itaque, ut magni nihil praeſtemus in his obſervatiunculis, ſed neque aliquid, quod tale ſit, promittimus. VOSSIVS. Vox degunt a MSS. prorſus abeſt, et ideo recte eam Voſſius in ſua editione expunxit. Intelligitur autem *ſunt* ex proxi-

mis, vel *exiſtunt.* Poſſis etiam diſtinguere, *tamen, quia* (ſic enim optimi Codices) *ſingulis aliquot ſunt coniuges, et plures ob id liberi agnatique, ſunt nusquam pauci.* PERIZONIVS.

§. 5. *Ex his)* Gud. *ex iis*, de qua variatione dictum eſt ſupra ad 1, 1, 5. Cibin. *Ex his que.* Tum Rehdiger. *commemorantur.* Vinetus a verbis *Ex his* cap. 23. exorditur.

Atlantes) Cibin. Rehdiger. Prag. et edd. 1. 2. *Athlantes;* Vindob. *Athalantes;* vid. ſupra ad 1, 4, 4. De ſcriptura nominis non poteſt eſſe dubitatio, at eſſe recte poteſt de ipſo nomine eiusque ſcriptura. Etſi enim Herodotus 4, 184. quem Mela hic reddit, Atlantes ex hodierna lectione eosdem vocet, diverſis tamen non moribus ſolum ſed et locis Atlantes oſtendit, quippe quorum alii ſolem exſecrentur, alii animalium comeſtione abstineant, nec ſomnia cernant, atque invicem decem dierum itinere remoti diſtent. Poſterioribus ab Atlante nomen inditum adfirmat. At cum in hoc ſitu priores Atlantes, quibus omnino omnia adſcribit Mela, ab Atlante nomen nanciſci minime potuerint, ſive maiorem intellexeris, ſive minorem, quippe qui decem dierum intervallo non diſtent, et ad Oceanum ponantur, a quo longe remoti priores Herodoti Atlantes, vetuſtiſſimum mendum in Herodoti narratione latere ſuſpicati ſunt viri docti, et quod iam Melae aetate inoleverat, quem ſic plane reddiderunt Plinius 5, 8. Solinus c. 34. (31.) et Martianus Capella lib. 6. p. 217. Id quale ſit commode aperiunt alii auctores, etſi nec ii omnes corruptionis, levioris quidem, expertes. Ita priores Herodoti Atlantes a Nicolao Damaſceno apud Stobaeum Serm. 42. p. 295. (cf. etiam in Gronovii theſ. Ant. Gr. Vol. 6. p. 3853.) adpellantur Ἀφάραντες vel Ἀβάραντες pro Ἀτάραντες. Rhianus teſte Stephano ſ. v. Ἄτλαντες et Euſtathio ad Dionyſ.

v. 66. (qui tamen minus recte Arrianum eum vocat) Ἀτάραντας dixit, ſic ut ab Atlantibus diſerte ſepararet. Atque hoc nomen rectius habere videtur, quod propius recedit ab Atlantes, niſi velis Ἄτραντας legere. Vid. Salmaſ. ad Solinum c. l. pag. 292. Quo quidem moti Larcherius (qui vid. Tom. 5. p. 485.) et Borhekius in Herodoto etiam repoſuerunt Ἀτάραντες. Equidem vel ſic nihil in Mela immutandum eſſe cenſeo, quod poſterior huius narrationis pars vere ad Atlantes Herodoti pertinet, et in eo tantum noſter aberravit a duce ſuo, quod utrumque populum commiſcuit. Tum aperte hic Mela de ſingulorum illorum populorum natura et moribus exponit, quorum nomina 1, 4. tantum indicaverat. Denique etiam Plinius 5, 8. utrumque cum noſtro Atlantibus tribuit, quod alii de Atlantibus et Atarantibus ſeparatim narrant.

et dum oritur) *Et* excidit in ed. 10. tota ſententia in edd. 50. 52. quam bene reddidit cognata 37. TZSCHUCKE. Scribo: *Atlantes ſ. exſecrantur, dum oritur.* Reliqua [*et dum occidit*] redundant; ex Herodoto, [4, 184.] Diodoro [5, 8.] et Stobaeo, [c. l.] in quo etiam vitioſe *Apharantes* pro *Atlantes* ſcriptum invenias. PINTIANUS. Cogor, velim nolim, vi veritatis Pintiano repugnare. Nihil enim delendum ex Plinio 5, 8. *Solem orientem et occidentem dira imprecatione contuentur*, et Solino c. 54. [31.] *Diris ſolis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur.* SCHOTTUS. Satis hinc vulgata lectio probatur.

non veſcuntur animalibus) Omiſit haec verba Cd. Vindob. In Rehdiger. *habent veſcuntur;* Ven. *nec veſcuntur.*

viſere) Havn. *quieſcere;* Rehdig. *viſcere.* Antea pro *mortalibus* Cod. Lipſ. *animalibus.*

§. 6. *Trogodytae)* Ven. Parif. 2. *trogoditae;* Parif. 1. Gud. *trogiditae;* Cibin. *trogoditoae;* Lipf. Prag. Rehdiger. *Trogodite;* Ciacconii duo *Trogodytae;* Vatic. 1. *Trogoclytae;* fcribendi vel legendi errore ufitato *cl.* pro *d.* Vindob. locum omnino fic exhibet: *trogodite nullarum opus* (hinc hiatus in Codice) *magis quam loquuntur.* Edd. 1. 2. *Trogoditae;* hinc 3. 4. 5. et aliae vel *Trogloditae* vel *Troglodytae* ad 42. poft quam cum Reinoldianis repofitum *Trogodytae.* TZSCHVCKE. In membranis antiquis *Trogodytas* fere fcriptum reperias et apud Strabonem perpetuo; quam fcripturam et Hefychius Alexandrinus agnofcit, qui τρώγας non fecus atque τρώγλας *foramina* interpretatur. Vtrumque igitur teneatur. SCHOTTVS. Equidem dedi et hic *Troglodytae,* cuius caufas adtuli fupra ad 1, 4, 4.

opum) Prag. *operum* addita linea transverfa, quae vel fic vel etiam omiffa variationes parere folet; cf. fupra ad 1, 4. f. et infra 3, 6, 1.

loquuntur) Cibin. (ut fupra *fecuntur*) Gud. *locuntur* ex pronuntiandi eodem modo; vid. Cellarius in Orthogr. Lat. Tom. 1. p. 278 et 353. ed. Harlef. Lipf. Parif. 2. Venet. *loquantur,* ut edd. 15. 17. 20. 23. At non hic declaratur eiusdem rei intentio, veluti 3, 5, 7. *frequentiora, quam adire audeant,* fed diverfarum inter fe contentio.

§. 7. *Garamantas)* Locus varie agitatus. Dabo primum librorum lectiones. Vindob. *gramantas;* Prag. *garamanthas;* Cibin. *Garamantes,* ut edd. 5. (tantum *gramantes*) 14. 16. 18. 19. 22. omninoque, quae Vadianum et Olivarium fequuntur, Vinetus etiam, Voffius et I. Gronovius in ed. 40. Poft revocatum eft *Garamantas,* quod fervaverant Schottus et Sanctius. Nempe hanc terminationem amat Mela, faventque plerique Co-

dices cum edd. antiquiſſimis. Poſt Voſſ. 1. Cibin. *aeciam armenta;* Pariſienſes tres, Vatic. 1. Bonon. aliique ex meis, item Perizoniani, Mediol. Leid. Oxon. *etiam a.;* tantum A. Gronov. *et arm.* Prag. *et Armen diſtas.* In Vatic. 5. abfuit *etiam.* Editiones omnes *etiam armenta* ad Voſſium, qui poſuit *iam armenta,* et hinc 40. 41. 42. Poſt praeeunte Reinoldio rediit prior lectio. Ceterum totum hunc locum auctore et duce Pintiano ſic exhibuit Schottus: *ſerpentibus. Armenta habent, quae obliqua cervice paſcuntur; nam pronis directa in humum cornua officiunt. Apud Garamantas etiam armenta ſunt, quae retro ambulantia paſcuntur. Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt.* TZSCHVCKE. Hoc *Troglodytis* congruit, de quibus ſtatim ante disſeruit, non *Garamantibus.* Nihilo minus ſunt et *Garamantibus* ſua armenta, quae tamen non obliqua cervice paſcuntur, ſed retro ambulantia, ob eandem cauſam, quam hic exponit Mela. Quorum utrumque a Plinio traditur, illud lib. 11. c. 37. [ſ. 45.] hoc lib. 8. c. 24. [c. 45. ſ. 70.] de bubus. Certumque habeo, utrumque etiam a Mela memoriae proditum eſſe, ſi eius opus integrum, non fragmentum ad tempora noſtra deſcendiſſet. Multa enim verba plurimis in locis deſiderantur, quod liquebit ſingula diligentius rimanti et cum aliis Auctoribus, Graecis praeſertim, conferenti. Praeterea, quod ſubiungit, nulli Garamantum eſſe certam uxorem, et ex his, qui tam confuſo coitu naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſci, falſum eſt. *Auſenſibus* enim hoc tribuit Herodotus, [4, 180.] non *Garamantibus.* Quam ob rem non ſit mihi fraudi, ſi interdum in rebus, tanto vetuſtatis ſitu obrutis, audaculus fuero. Compluſculos itaque hos verſus commuto, legoque ad hunc modum: *Troglodytae nullarum — ſerpentibus. Armenta habent* etc. [v. antea de Schotti lectione, quae hinc fluxit.] PINTIANVS. Scriptus Codex *eaque* habet, [pro vulgari *ea, quae*] ut legi poſſet, apud Garamantas iam *armenta ſunt, eaque obliqua.* — Cum

enim dixiſſet, Troglodytas nullarum opum dominos eſſe, ſubiungit, apud Garamantas iam armenta eſſe, ſed peculiari quadam natura. — Haec tamen armenta non apud Garamantas eſſe tradit Herodotus 4, 183. ſed apud alios diſtantes ab his triginta dierum itinere. Nec tamen id non vidit Mela, ſed cum ſupra cap. 4. interiores Africae, et quae ultra deſerta eſſe memoraſſet, quatuor tantum deſcriberet, *Garamantes, Augilas, Troglodytas et ultimos ad occaſum Atlantes*, finitimas gentes hic veluti contribuit; ſic paulo inferius, quod Herodotus *Auſenſibus* tribuit, ipſe *Garamantibus* accommodat. CIACCONIVS. Et hic quoque reducenda fuit vetus lectio, quam temere Pintianus profligarat. Eius enim ſi ſequamur coniecturam, non tamen omnia cum Herodoto convenient. Sed vero multis locis oſtendemus, auctorem hunc non unum Herodotum, verum multos quoque alios eſſe ſecutum. Quod autem Pintianus Troglodyticis bubus tribuit, ut ſint ὀπισθονόμοι, id plane ratione caret. Nam ſi Troglodytae nullarum ſint opum domini, ut inquit Mela, quomodo armenta poſſident? Id ſane effecit Pintianus, dum Melam cum Herodoto et Plinio vult componere, ut neque cum hoc, neque cum illo, imo ne ſecum quidem conveniat Mela. At vero ſi illam, quam dedimus, quamque vetera exemplaria ſervant lectionem, ſequamur, plana erunt omnia. Verba autem illa: *Apud Garamantes etiam armenta ſunt,* ex optimis Codicibus ita ſunt refingenda: *Apud Garamantes iam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur.* Dixit prius, Troglodytas nullarum eſſe opum dominos. His ſubiungit Garamantas, apud quos iam armenta eſſe inquit, ſed peculiari natura. Apud iſtos itaque ſolum κτηνοτρόφον eſſe incipit, cum, quae ſupra illos ſunt, arida et arenis obducta ſint. Diodorus Siculus lib. 3. [c. 49.] de Garamantum regione: *Διόπερ οὐδ' ὄρνεον ἰδεῖν ἐστιν, οὐ τετράπουν ἐν αὐτῇ ζῶον, πλὴν δορκάδος καὶ βοός.* Haec veriora ſunt iis, quae alii ad hunc locum annotarunt. — VOSSIVS. *Gara-*

mantes edit Vossius, et sic citat, tamquam in aliis editionibus legeretur; sic etiam ipse refingens Melam proponit, et tamen in suis observationibus dicit: *his subiungit Garamantas.* Scias tu, Lector, in edd. Philippi Iuntae, Schotti et Sanctii pluriumque, Pintianum in sua castigatione, etsi non in citatione, habere *Garamantas*, quod, quum legerim quoque in MSS. reposui. I. GRONOVIVS. Mirifice omnia conturbaverat, et aliunde alia praeter omnium Codicum fidem addiderat Pintianus, tantum ut Melam, suffragio licet Plinii firmatum, in concordiam redigeret cum Herodoto, quem sequitur quidem Mela saepe, sed aliquando etiam sive per incuriam aut memoriae vitium, sive consulto relinquit. Vide hic Ciacconium et Vossium. Ceterum quod iidem legunt *apud Garamantes iam armenta sunt*, concinni satis est sensus. Sed tamen cum in omnibus scriptis et olim editis Codicibus repererim *etiam*, nolim id mutare, quum et sensum praebeat commodum. Vult enim dicere Mela, licet non multo opulentiores sint vicinis suis Troglodytis, ut qui habitant itidem in terra feris frequenti, atque homines alios eorumque commercium fugiunt, ut tradit Herodotus 4, 174. apud illos tamen etiam armenta sunt, quae apud Troglodytas non erant. Si cui tamen magis arrideat Ciacconii coniectura, non multum sane refragabor. PERIZONIVS. Recte reiiciunt audacem Pintiani mutationem invitis libris Melae obtrusam, quam notare, non excipere debebat Schottus. Descivit utique noster ab Herodoto, quem saepe alias reddere solet, et vel alium auctorem secutus hic est, vel liberius et negligentius expressit. Nec tam in forma porro discrepat, quam in modo pascendi. Cum Mela consentit etiam Solinus c. 32. s. 29. ad quem vid. Salmasius p. m. 272. qui pluribus contra Pintianum vulgatam lectionem tuetur. De uxoribus eadem, quae Mela, tribuit Garamantibus etiam Plinius 5, 8. Tum *Garamantas* hac terminatione ex Codicibus, quibus et Melae usus accedit, recte probat Gro-

novius. Nec in fequenti voce contra libros aliquid immutandum cenfeo, cum et fic intelligi commode poffe Perizonius docuerit.

eaque) Sic Codices omnes confulti et notati. Editiones tamen inde ab antiquiffimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — dant *ea quae*, dum Voffius revocavit *eaque*, uti iam antea voluerant Ciacconius (vid. fupra) et Salmafius c. l. Nihil enim refpicit Mela, quod antea adtigerit, vel frequentatum fermonibus innuat. Contra in his aberratur apud Solin. c. 32. f. 35.

directa) Abeft a Vatic. 3. et Prag. In Rehdiger. *afficiunt*, ex frequente harum praepofitionum in compofitis maxime commutatione. Vid. Drakenb. ad Liv. 37, 27, 5. et quos laudat, et quae fupra notata funt ad 1, 3, 2. Nempe *obficere* et *adficere* ufu antiquo fcribuntur, etfi et hic fimplex et omiffis confonis *oficere* fcribitur paffim et *aficere;* in utraque forma lapfus fuit facilis.

Nulli certa uxor) Vindob. *nidi certa;* Lipf. Parif. 3. *nulla certa*, et fic edd. 1. 2. 9. 11. 13. Edd. 30. 34. *certa vox eft.* Schottus ex emendatione Pintiani: *Apud Aufenfes nulli certa uxor eft.* TZSCHVCKE. Duo priora vocabula addidit ex Herodoto [4, 180.] Pintianus. Verum non hoc folo auctore ufus eft Pomponius nofter. Ita eum fcripfiffe adparet ex Plinio, [5, 8.] cuius haec funt verba: *Garamantes matrimoniorum exfortes paffim cum feminis degunt.* VOSSIVS. Vulgata follicitari non debet. Vid. antea.

parentium) Cibin. Vindob. Lipf. Gud. Prag. Rehdiger. et ex filentio conlati cum edd. 3. 5. 39. *parentum*, uti omnes edd. cum Reinoldianis ad 44. quae pofuit *parentium*, quod ex Vatic. notatum erat in ed. 23. De hac variatione cf. etiam infra ad 2, 1, 9. et 12. et quae notavit ad Liv. 1, 9. extr. 4, 33, 4. et alibi Draken-

borchius. Ipſe *parentum* poſuit in Livio. Cf. etiam Voſſius de analogia 2, 15. Videntur veteres promiſcue locuti eſſe, etſi, ut a participio diſtinguatur, rectius forte eſt *parentum*, quod et hic reponere malui. Antea *ex iis* ed. 18. nota variatione.

incertique) Ex edd. Olivarianis aliquae *incertisque*, ut et alterum exemplar primae illius editionis. Ita etiam Vinetus. At vulgata in hoc etiam nexu praeſtat.

colant) Sic Cdd. et editiones praeter Schottum, qui dedit *alant* ex emendatione Pintiani. TZSCHUCKE. Caſtigo, *quos pro ſuis alant.* Parentum enim eſt alere filios, filiorum colere parentes. PINTIANVS. Melius *alant*, coaleſcentibus duabus literis. SCHOTTVS. *Alant* Pintianus reponit. Plinius tamen ſervos *bene cultos* lib. 18. [6, 5. etſi de agro] ex Catone dixit, pro bene habitos aliique. IDEM. Sic quidem loquitur Hieronymus [ad Oceanum epiſt. 83.] *Multos videmus ob nimiam paupertatem virorum ſarcinam declinare et ancillas ſuas habere pro uxoribus, ſuſceptos ex his liberos colere ut proprios.* Mallem tamen legere, *quos pro ſuis tollant.* Sic Terentius in Andria [1, 3, 14.] *Quidquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Curtius lib. 9. [1, 25.] *genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, ſed eorum, quibus ſpectandi infantum habitum cura mandata eſt.* CIACCONIVS. Pintianus et alii legunt, *quos pro ſuis alant.* Malim ego *tolant* vel *tollant.* Nemini, ut puto, vel paululum eruditiori ignotum, quid ſit, *tollere infantem.* Statius Papinius epiced. in filium [Silvar. 5, 5, 69.] *meus ille meus. Tellure cadentem excepi, et vinctum genitali carmine fovi.* Patrum fuiſſe officium infantem, quem pro ſuo agnoſcebant, tollere ſinuque condere, paſſim teſtantur auctores. Cicero lib. 1. de Divin. [cap. 21.] *Ibi ex oraclo voce divina edidit Apollo, puerum, primus Priamo qui foret Poſt illa natus, temperaret tollere.*

Sic refingendi verfus illi [uti et dedit Hottingerus] ex optimo noftro codice. Ariftoteli lib. 7. Polit. [cap. 16.] *ἀποτίθεσθαι* fimiliter accipitur, pro tollere et finu recondere infantem. *Ἐὰν μὴ ἡ τάξις τῶν ἐθῶν κωλύῃ, μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν γεννωμένων.* Vulgo non recte accipitur ifte Ariftotelis locus. In Mela nihil mutandum videtur. *Colere* liberos rectum eft; faepe enim *colere* pro *excolere* ponitur et contra. Ita quoque locutus eft Hieronymus epift. ad Oceanum. [vid. antea.] Huc accedit, quod Aufenfes illi apud Herodotum [4, 180.] non recens natos infantes, uti fieri olim folebat, humo tòllerent, fed iam adultos, quos pro fuis educarent, acciperent. *Ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἁδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι εἰς τὠϋτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνὸς, καὶ τῷ ἂν οἴκῃ* (ita leg. pro *ἐοίκῃ*, ut folet Herodotus) *τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.* VOSSIVS. Hoc [*alant*] itidem a Pintiano ortum, licet MSS. omnes et prifcae editiones habeant *colant.* Ciacconius vero maluit *tollant*, quia patres infantes, quos pro fuis agnofcebant, et educari volebant, humi depofitos tollere folebant. Secutus id primo eft Voffius, fed dein ex uno Hieronymi loco, quem et ipfum ex Ciacconio habuit, praetulit conftantem MSStorum lectionem. Verum ufus ille verbi *colere* non ex folo Hieronymo erat probandus, quum ex longe melioribus Latinae Linguae auctoribus probari poffet. Sic Salluftius Iugurth. cap. 85. *Nec milites arcte colam, me opulenter.* Liv. 2, 22. de fervis bello captis: *Pergunt domos eorum, apud quem quisque fervierant, gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate fua.* Gellius 3, 1. Illum *in fe colendo non aeque effe parcum.* Salluft. Iug. c. 5. de liberis: Micipfa *Iugurtham eodem cultu, quo liberos, domi fuae habuit.* Livius 45, 28. Paulus *filiam* Perfei *cum minore filio omni liberali cultu habuit.* Sueton. Aug. cap. 65. Pater *relegatae ufum vini omnemque delicatiorem cultum ademit.* Livius 1. 39. de Servio, captivae filio, *quem tam humili cultu edu-*

camus. Tacitus Hift. 1, 88. Otho inter comites expeditionis habuit L. Vitellium *eodem, quo ceteros, cultu, nec ut Imperatoris, nec ut hoftis fratrem.* Hinc *vitam* bene aut male *colere.* Plautus Cafina 2, 1, 22. *Faciam, ut proinde, ut efi dignus, vitam colat.* Poenul. Proleg. v. 15. ad praeconem: *Exerce vocem, per quam vivis et colis,* fc. vitam tuam. Satis ex his patet, τὸ *colere* notare etiam educare, fuftentare, tractare. PERIZONIVS. *Tollant* etiam legi vult Graevius in notis MSStis, et explicat: educent. Probavit et hanc Ciacconii emendationem Burmann. ad Sueton. Tiber. c. 65. p. 586. fimulque docuit has voces faepe commutari. Sic in Livio 53, 16, 10. Contra in notis MSStis vulgatam fuftinet I. Gronovius Voffiumque laudat, quod retinuerit. Nec opus eft iis, quae pluribus adtulerunt viri docti, aliquid addere. Nempe latiori fenfu dicitur *colere* et, quod monet diferte Donatus ad Terent. Adelph. 5, 2, 54. et maioribus et minoribus convenit, cuius exemplum notum adfert ex Virg. Aen. 1, 16. *pofthabita coluiffe Samo.* Cf. etiam Corte ad Salluft. Iug. 85. f. 81, 54.

agnofcunt) Vindobon. Gud. *cognofcunt,* quae verborum commiftio eft frequens. Vid. Drakenborch. ad Liv. 5, 36, 7. et quos laudat. Cibin. *agnofcitur,* quod etiam profert Voffius ex optimo fuo Codice, qui Voff. 1. poft dictus eft.

§. 8. *Augilae)* Vatic. 2. *Augele;* Rehdig. cum edd. 1. 2. 9. *Augilae;* Vatic. 4. *Argile;* Vatic. 5. *Augelae;* Lipf. *Augele;* Prag. *Auguli;* alii *Augile* et *Augilae,* quorum hoc recte habet, et iam in antiquis edd. repraefentatur. Hinc vero cap. 24. incipit Vinetus.

tantum) Antiquae edd. *tm̄,* unde ed. 30. plenis literis fecit *tamen.*

incubuere) Lipſ. *incumbuere.* Pariſ. 1. plane omiſit, et ſic mox Rehdig. *ferunt.* Tum Cibin. *ſompnia,* uti in ſequ. Rehdiger. *ſolempne.*

advenerint) Cibin. *advenerunt.* Illud rectius in hoc nexu.

tum cum) Vocula *tum* abeſt a Voſſ. 1. et Cibin. uti mox *eſt* a Pariſ. 2. et Prag. neque abſens valde deſideretur.

§. 9. *Gamphaſantes)* Vatic. 2. *Gamphaſarites;* Vatic. 5. *Gamphaſarides;* Lipſ. *Gamphaſarietes;* Vatic. 3. Vindob. *Ganiphaſantes;* Bonon. *Ganifaſarites.* Ed. 14. *Camphaſantes,* uti et legitur in Martiano Capella lib. 6. p. m. 218. Optimi libri et edd. antiquae conſentiunt in ſcriptura *Gamphaſantes,* quod ſervatum eſt adhuc, nec, cum certiora conſtent, mutari debet. Herodotus enim 4, 174. Stephanus h. v. Euſtathius ad Dionyſ. v. 217. idem Garamantibus tribuunt, at cum Mela Gamphaſantibus Plinius 5, 8. Solinus c. 34. ſ. 31. et Martianus Capella c. l. etſi hic facta immutatione leviori. De ſcriptura cf. etiam ad 1, 4, 4.

ingenii) Cd. Ciacc. Voſſ. 1. Cibin. Rehdiger. Zaluſc. *ingenium.* In Prag. omiſſum eſt. TZSCHVCKE. Scriptus liber *ingeniūm;* ſed parum refert. CIACCONIVS. Vulgata lectio, quam reliqui MSSti exhibent, non eſt deſerenda. Ita enim Livius 36, 2. *Idem ſupplementi ad C. Flaminium, cui imperium prorogabatur, in Hiſpaniam citeriorem eſt miſſum.* Ovid. Faſtor. 1, 46. *Nec tamen ignores variorum iura dierum, Non habet officii Lucifer omnis idem;* ubi vid. Heinſium. Plinius 1. epiſt. 7. *Cum mihi idem poteſtatis, idemque regni dederis.* ABR. GRONOVIVS. Vulgatam ſtructuram, quam reddunt plerique Codd. et edd. omnes, Melae utique accommodatiorem cenſeo. Qui plura cupit exempla, adeat Vechneri

Hellenolex. lib. 1. Part. 2. c. 9. et quae adiecit Heusinger. p. 201.

§. 10. *Blemyis)* Cibin. Vatic. *Blemyes;* Prag. *Blemis;* Vossiani plerique, Lips. Gud. Rehdiger. Venet. Vindob. *Blemiis.* In margine Vindob. eadem manu scriptum legitur: *homines capite carentes.* Edd. magis variant. Sic 1. 2. 9. *Blemiis;* 3. 4. 5. 10. 16. 18. 21. 22. 24. 28. omninoque Vadianae *Blemmyis;* 6. 7. 8. *Blemys;* 23. 29. *Blemyis.* Olivarius (25.) *Blemmis;* Olivarianae invicem dissentiunt; 36. *Blemnis;* Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii praetulerunt *Blemmyis.* Post A. Gronovius inde ab ed. 44. posuit *Blemyis* cum Reinoldio, quod mansit. Cf. etiam supra ad 1, 4, 4.

absunt) Venet. Bonon. *desunt.* Potest utrumque intelligi, sed prius tuentur hic alii. Post Paris. 1. *vultusque.* Vindob. *nichil,* ut alibi. Prag. *humanus.*

Aegipanum) Vatic. 3. Prag. *Argipanum;* Vindob. *Agipanium;* Vatic. 2. Rehdiger. *Egipanum.* Vera forma minime est dubia.

Haec de Africa) Desunt in Zalusc. et Prag. Omisit etiam Vinetus. Habent tamen reliqui, etsi ab aliena manu adiecta esse possunt.

CAP. IX.

Plerique sine titulo praeposito, facto tantum intervallo, novum hinc caput exordiuntur. Lips. Gud. praemittunt: *Asiae descriptio particularis,* quod invaluit: acceperunt etiam pleraeque editiones in quibus antiquissimae, veluti 1. 2. 5. 6. 9. 10. — ita ut quaedam subiicerent *Aegyptus;* et sic recentiores etiam, aut in margine ponerent. Cd. Rehdiger. et edd. 3. 4. *Asia* maiusculis literis inscribunt. Zalusc. sic: *de Asia et partibus*

Aſiae ac gentibus ab Egyptiis principium. Quae capitis numerum adponunt, ex antiquioribus quintum conſtituunt, ut 7. 8. 9. 13. ſextum ed. 11. Recentiores hinc cap. 9. exordiuntur, tantum Reinoldius 10. Vinetus cap. 25. Ceterum hoc caput cum Codice papyraceo Muſei Britannici ad editionem Reinoldianam an. 1711. conlatum miſerat Woidius, ne reliqua daret, morte impeditus.

§. 1. *Aſiae)* Cibin. edd. 6. 7. *Aſyae.* Poſt Rehdiger. *Egyptus;* Vindob. *egiptus.*

Catabathmon) Adſpirationem Codd. quidam et edd. 1. 3. 5. 9. omittunt. Vatic. 3. Prag. *Catabathmos;* Cibin. Rehdiger. *Cathabatmon;* Vindob. *catanathanon.* Vid. ſupra 1, 8. in.

Arabas) Vindob. Prag. Pariſ. 2. *Arabes.* Sed in Mela praeſtat altera forma ab aliis ſervata. Cibin. *atque Arabas.*

ab hoc litore) Media vox deeſt in Vindob. Simplici *t* ſcribunt Lipſ. Gud. Cf. ad 1, 1, 4.

Aethiopiam) Vindob. *ethiopiam;* Cibin. *aetyopiam;* Rehdig. *ethyopiam.* Sic paulo poſt Cib. *aethyopiam;* Rehdiger. *ethyopiam.* Ed. 2. *ethiopiam.* Poſt Cibin. *efficitur;* cf. 1, 7, 3.

ex deſertis) Cod. Muſ. Brit. *de deſertis;* Rehdiger. *ex diſertis,* ut ed. Vineti.

§. 2. *miſſus)* Lego *emiſſus,* ut ſupra c. 5. *parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit.* Et infra c. 19. *mons Olympus, ut incolae vocant, Myſius; is flumen Rhyndacum in ea, quae ſequuntur, emittit.* CIACCONIVS. Leg. *emiſſus.* SCHOTTVS. Nihil equidem invitis omnibus libris mutandum cenſeo, etſi *emitti*

locum habere poſſe non negem. Quae ex Mela adfert Ciacconius, aliquatenus differunt. Prius exitum in mare ſpectat, poſterius progreſſionem ad ulteriora; at hic ſimpliciter dicitur, et praeterea *ex deſertis* praecedit. Ita vero *miſſa ſagitta* Ovid. Metam. 8, 696. Auctor ad Herenn. 4, 39. in. *leo e cavea miſſus.* Sic ſimilia. Nempe *mittere* ſaepe pro *emittere* non ſolum ponitur, ſed cum eo etiam variatur. Exempla dabunt Duker. ad Flor. 4, 10, 7. Torren. ad Valer. Max. 1, 8, 5. Burmann. ad Petron. c. 19. p. 65. ad Phaedr. 4, 10, 4. Garaton. ad Cicer. pro Caelio cap. 28. in.

et cum diu) Praeeunte Voſſio, ſuadentibus ante Ciacconio et Schotto, edd. 40. 41. 42. *ſed cum diu.* Alii libri omnes *et cum diu.* TZSCHVCKE. Maluiſſem *at cum diu.* Verum quum omnes MSSti retineant *et*, mutare id nolui, praeſertim quum Mela hac vocula in connectendo multum utatur. PERIZONIVS. Cf. de harum particularum commutatione crebra ad 2, 7, 17. ubi quidem *et* rectius in *ſed* vel *at* transiit. Hic quidem nec res graviter urget, et reluctantur libri.

ſaevusque) Voſſ. 1. *ſuavis vel ſavisque;* Cibin. *ſuavis vel* (l' ſic) *ſevusque.* A. Gronov. *Scaevusque;* alii omnes in *ſaevus* conſentiunt cum editionibus. TZSCHVCKE. Salmaſius [ad Solin. c. 32. ſ. 29. p. m. 298.] legit: *et cum diu ſimplex ſinusque deſcendit.* At nulla ratio poſſit comminiſci, quamobrem hic pro *ſaevus* reponamus *ſinus*, praeſertim cum praecedat *ſimplex*, quod dixiſſe ſufficit. Saevus vero eſt Nilus, ubi ſimplex fontibusque ſuis vicinus eſt. Deinde vero diviſus et diffuſus, fit lenis et navigabilis. Hoc ipſe Mela, hoc Plinius, [5, 10. ſ. 9.] hoc omnes teſtantur, ipſaque hoc exigit ratio. VOSSIVS. *Sinus* etiam legebat Heinſius in adverſ. lib. 4. c. 2. p. 574. et ad Ovid. Metam. 11, 723. At praeterquam quod ſimplex iam praecedit, ſi vel συνωνύμως

locutus hic eſſet Mela, melius id conveniret, ſi diviſus antea Nilus nunc iterum coiret, uti apud Avien. v. 30. de Tanai: *Sciſſus Araxeo prius aequore, iam ſuus unda Effluit in Scythiam.* De Nilo Ariſtides in orat. Aegypt. T. 2. p. 365. (ed. Iebb.) τοῦ χειμῶνος ἐσθ' αὐτοῦ καὶ τότ' ἐστὶ βέλτιστος. Cf. de vi huius vocis Schraderus ad Avien. c. l. ubi explicat: propriis fluens aquis, non alienis permixtus, et exemplis illuſtrat. Nec aliud declarant ea, quae Heinſius adtulit, etiam, ubi ad alias res et homines transfertur.

Meroen) Prag. *Meroren.* Proxime ſequentia eodem conſenſu ferunt libri. TZSCHVCKE. Legendum exiſtimem: *late patentem inſulam Aethiopum diffunditur.* Ait enim, primo Nilum ſimplicem, hoc eſt, uno alveo decurrere, deinde ad Meroen Aethiopum inſulam in duo brachia dividi. Sic lib. 3. c. 8. *Aethiopes ultra, qui Meroen habent, quam Nilus primo ambitu amplexus, inſulam facit.* Plinius lib. 27 c. 73. [ſ. 75.] *Rurſus in Meroe inſula, quae eſt caput gentis Aethiopum.* Vel lege: *diffinditur. Diffindi* autem eſt *dividi.* Varro de R. R. lib. 1. c. 2. *Ergo hic, ubi nox et dies modice redit et abit, tamen aeſtivum diem, ſi non diffinderem meo inſititio ſomno, meridie vivere non poſſem.* Et lib. 5. c. 2. ſe ipſum declarans ſcribit: *Quidni?* inquit, *ubi aeſtate diem meridie dividere ſoleam.* Cicero lib. de Vniverſo [c. 7.] *Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffindit.* Et alibi [de Divin. 1, 15.] *ſaxum diffindi* dixit. Et Cato de re ruſtica c. 161. *Arundinem mediam diffinde.* CIACCONIVS. Salmaſius [loco ante notato] legit: *circa Meroen late patentem inſulam in Aethiopia diffunditur.* Sed vulgata lectio, quam omnia ſervant manu exarata exemplaria, multo verior meliorque eſt. Perquam fuerit ineptum, velle eam aliquo interpretamento iuvare. VOSSIVS. Mela, opinor, hic non vult docere, ad quam gentem referatur

haec insula, sed in qua regionis s. terrae parte Nilus diffundatur. Tum si Aethiopiae est insula, circa quam diffunditur, utique in Aethiopiam diffunditur.

alteraque parte) Sic quatuor Vossiani, Perizon. Oxon. tres. I. Gronov. omnes A. Gronov. Lips. Vatic. 1. Cibin. Paris. 1. 3. Gud. Prag. Rehdig. et alii. Pauci tantum *ex* interposuisse videntur, uti ad edit. conlati ex meis Venet. et Havn. In Paris. 2. est *altera ex parte.* Primum τὸ *ex* addidit ed. 3. hinc 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. et reliquae praeter 9. et 13. omnes ad Reinoldium et ed. 44. quae iterum illo praelucente expulit. TZSCHVCKE. Sic lib. 1. c. 17. *promuntorium, quod altera parte alium sinum efficit.* Lib. 1. c. 19. *Montes altera parte in Euxinum obversi.* I. GRONOVIVS. Delevi *ex*, quod abest ab omnibus melioris notae codicibus — et optimis edd. Anonyma [1.] et Torini. [9.] PERIZONIVS. Obtemperandum potius hic est libris scriptis, cum per se et altera lectio stare possit.

Asiaboras) Omnes Perizoniani, A. Gronovii praeter suum ipsius, Oxon. Parisienses, Vatic. 2. Cibin. Lips. Rehdiger. Bonon. et ex silentio Venet. et Havn. *Asiabores;* A. Gronov. Gud. Prag. *Astrabores;* Vatic. 3. *Astrabor ex;* Vindob. *ascabores;* Cd. Musei Britann. *Asiobores;* Vaticanus 1. tamen cum ed. 23. habuisse videtur *Asiaboras.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Asiabores.* Reliquae inde ab ed. 6. *Asiaboras,* quod voluerat Hermolaus Barbarus. Ita quidem Ἀσταβόρας Strabo 17. p. m. 541. s. 786. Eustath. ad Dionys. v. 226. Vitruvius 8, 2. Duplici ρ etiam in Iosepho Antiqu. 2, 10, 2. teste Havercampo libri quidam et in antepenultima ο, ut duplici ρ Heliodor. 10, 5. s. p. 460. ed. Bourdel. At et Plinius 5, 10. s. 9. Solinus c. 35. s. 32. *Asiabores.* Et sic in casu recto voluisse videtur Ptolemaeus, quippe

qui 4, 8. habet Ἀσταβόρου, cum in Iosepho c. l. et Strabone 17. p. m. 565. s. 821. et ante lib. 17. p. m. 530. s. 771. sit Ἀσταβόρα. Iuli Honorii excerpta ad calcem ed. A. Gronov. p. 700. *Astaboris.* Aethicus MStus Salmasii (vid. ad Solin. p. m. 297.) *Astroboris.* Ex quibus diversa, duplex maxime, terminatio obtinuisse usum videtur, quarum cum alteram in *es* praeferant libri, eam non inepte revocandam censui.

Astape) Vaticanus et Florentinus Codices, teste Vossio, *Astapes.* Alii, quod addit, *Astape.* Hoc ipsum adfirmant Perizonius et A. Gronovius, paucis exceptis, etiam Ciacconius. Ex meis item Cibin. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. Vatic. 1. 2. 3. Parisienses tres, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Astape;* Perizon. Venet. Bonon. *Astrape;* Vindob. Oxon. Voss. 3. Leid. *Astaphe;* Cd. Musei Britann. *Distape.* Monente et emendante Herm. Barbaro inde ab ed. 6. repositum servatumque *Astapus;* tantum 15. 17. 20. 23. *Stapus;* Vossius primum dedit *Astapes,* et hinc 40. 41. 42. cum Reinold. Inde ab ed. 44. revocata est Codicum scriptura *Astape,* quod in hac ambiguitate, etsi a Strabone aliisque *Astapus* vocetur, retinui. *Astasapas,* (Vitruvio 8, 2. *Astasobas,* Heliodoro 10, 5. s. p. 460. ed. Bourdel. Ἀρσασόβας) uti vult Salmas. ad Solin. c. 32. s. 55. nimis recedit a librorum ratione.

coit) Venet. addit *nomen.* Post Gud. legit: *ubi nomen.* Rehdig. *nomen hoc rapit capit,* uti dat infra 3, 7, 2. *efficiunt afficiant;* idem Gud. *parum asper, partim.* A verbis: *Inde partim* — cap. 26. exorditur Vinetus.

lacum) Sic omnes Codices et antiquae editiones; tantum Cd. Musei Britann. corrupte *loxum.* Tum etiam Paris. 1. et 3. cum ex solo secundo *lacum* notetur, *locum* cum Vossio habuisse videntur. Nempe ita hic dedit

eumque fecutae edd. 40. 41. 42. unde rediit *lactum.* TZSCHVCKE. Fruftra hic aliquis lacum quaerat, nedum immanem. Scribe: *in immanem locum devenit.* Immanem locum vocat Catadupa feu Catarractas Nili. Nihil clarius VOSSIVS. Quis fuerit ifte lacus, incertum, quem apud alios reperiri negat Voffius. Nec tamen ideo velim contra MSS. et Edd. cum ipfo hic legere *locum.* Valde enim id languet, et ab ingenio Melae alienum eft, *immanem locum* ita dicere fimpliciter, fine ulla immanitatis iftius ratione addita. Quod fi maxime fiat, nihil aliud tunc intelligi tamen poffet, quam locus aut tractus vaftae folitudinis et magnitudinis. Sic mox hoc cap. *ex immanibus Aethiopiae iugis*, hoc eft, maximis. Et fic alibi paffim. At Voffius intelligi his verbis vult Cataractas Nili inferiores feu minores, de quibus Seneca Nat. Qu. 4, 2. *Excipiunt eum Cataractae, nobilis infigni fpectaculo locus.* At quae ratio moviffet Melam, ut, Cataractas memoraturus, nec alia defignatione, quam generali ifta et nimis laxa *immanis loci* uteretur? Adde nondum perveniffe eum ad illos maxime celebres Cataractas paulo fupra Elephantinen urbem, quum lacum hunc collocet in locis infra Meroen infulam, et fupra Tachempfo urbem, feu infulam, quae longe etiam fupra hos Cataractas a Ptolemaeo et aliis ponitur. Sed *lacus* ifte apud nullum alium invenitur fcriptorem, ut ait Voffius. Quid vero mirum, vel alios in Aethiopicis hisce, tam parum olim exploratis, aliquem praetermififfe lacum, vel Melam Hifpanum in iis aliquid humani memoriae vitio paffum? Sed non opus, ut eo delabamur. Nam Seneca d. l. paulo fupra Philas et Cataractas hos Nilum ait *in paludes diffufum.* Inter *paludes* hasce potuit fuiffe *lacus* hic. Sed quid multa? Ipfe utique Herodotus 2, 29. infra Meroen fupra Elephantinen iuxta infulam Tachempfo collocat λίμνην μεγάλην, *magnum lacum, in quem Nilus* iftic *effundatur.* Sine dubio refpexit hunc locum Mela, ut folet Herodotum fequi; ficuti et ex eo, aeque ac Stephanus, *Tachempfo*

insulam, quam alii dicunt urbem, nulla insulae mentione facta, nobis memorat. Ita vero habemus istic loci; ubi a Mela collocatur, *lacum* adeo reiectum a Vossio et aliis. PERIZONIVS. Facilis est quidem pronusque lapsus, factumque saepe a librariis docuerunt Heinsius ad Ovid. Metam. 3, 412. 15, 332. Fastor. 3, 264. Drakenb. ad Liv. 3, 20, 6. Scheffer et Oudendorp. ad Iul. Obsequ. c. 71. Vinetus ad Eutrop. 6, 14. f. 11. Cf. infra ad 3, 9, 2. At hic recte omnes libri firmiterque stant in voce *lacus*, ut luculenter demonstravit Perizonius. Addi etiam potest, quod in tabula Peutinger. segm. 8. lacus ostenditur, quem recte cum Mela immanem dixeris, per quem Nilus, ut disertis verbis additur, transit, atque unde exit prope Herasicaminam et Syenen, quae urbes vicinae sunt apud alios auctores, tantum quod prior Ἱερὰ Συκάμινας vocatur a Ptolemaeo 4, 5. Hiera Sycaminos a Plinio 6, 35. f. 30.

ex quo praecipiti) Vindob. totum hunc locum ad *Aegyptiam* sic exhibet: *ex quo precipiti impetu* (at haec vox punctis infra signata erat tamquam delenda) *alephans urbis impetu ingressus et talenso alteram insula amplexus usque ad elephantilem urbem egiptiam.*

Tachempso) Mira hic Codicum varietas. Lipf. Perizon. Voff. 2. 3. Oxon. Parif. 1. 3. Vatic. 2. Vindob. *Talenso;* Cod. Musei Britann. *Thalenso;* Voff. 4. Vatic. 1. Gud. Rehdiger. *Talemso;* Voff. 1. *Thalem*, voluit, iudicante Perizonio, *Thalempso;* Cibin. *Thalem ĩpo;* (i. e. *ipso*) Bonon. *Talensum;* Prag. *Thalensum;* Ven. uti Boccatius de fluminibus f. v. Nilus *Talensium;* Vatic. 3. *Talesum;* (sic; nam minus recte de Vaticanis retulit Perizonius.) Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *talenso;* 12. 14. 19. *Tachemso;* 6. 7. 8. 10. et reliquae *Tachempso*, quod servatum adhuc est. Solae Reinoldinae *Tacompso* maluerunt. Vulgata aliarum lectio debetur

emendationi ab Hermolao Barbaro factae. TZSCHVCKE. Omnes Codices conſpirant tamen in literam *l*, ſive ea ſit culpa librariorum, ſive ipſius Melae incuria, decepti forſan corrupto Codice Graeco, in quo Λ ſcriptum pro X vel K, quae literae facile inter ſe permutari poſſunt. PERIZONIVS. Fundus verae ſcripturae eſt in Herodoto 2, 29. ubi Ταχομψὼ legitur. In Stephano quidem eadem vocatur Ταχεμψὼ, at ſcripturae vitium ſubeſſe videtur, unde et Holſten. in notis p. 317. Ταχομψὼ emendat; nec temere, nec renuente literarum ordine. Nam eandem infra idem vocat Χομψὼ, quod τὰ articulum putaſſet, qui tamen non eſt, cum ſimiles voces occurrant plures, quarum ſingularis numerus non impugnatur. Vid. Holſten. ad Stephan. p. 358. Porro Τάκομψος eadem eſt Stephano h. v. Alia depravatio, quae tamen ſcripturam ipſam, quam verſamus, non graviter adtingit, eſt in Ptolem. 4, 5. ubi legitur Μετακομψὼ, quae, ſi ſitum ſpectes, diverſa non eſt a noſtra, ſi numeros graduum, in Graecis quidem, eodem, quo *Philae* praecedentes, ſic ut με aliunde adhaeſerit, de quo plura in hiſtoricis. Adeſt enim Plinius 6, 35. (29) qui item ſcribit *Tacompſos* per *o* in penultima, et eadem forma, qua etiam effert Stephanus. Ex quibus certe hoc efficitur, penultimam ab auctoribus veteribus litera *o* frequentatam fuiſſe. Quare eam in aperta hac Codicum corruptione et multiplici revocare non dubitavi. Quod vir quidam doctus in ed. 41. adſcripſerat: Rectius *Metacompſo*, Ptolemaei dubia fide nititur.

inſulam amplexus) Haec verba exciderunt in edd. Lugdun. 1605 et 1609.

Elephantinem) Voſſius in ſuis libris *Elephantidem* eſſe adfirmat, falſo tamen, teſte Perizonio, cum ſic in nullo Voſſianorum legatur, ſed tantum non in omnibus *Elephantilem.* Singula haec praeter Voſſianos illos

Codices: Lipſ. Prag. Vindob. Vatic. Pariſ. 3. Cd. Muſei Britann. Cdd. Ciaccon. Mediol. Leidenſ. A. Gronov. et ex ſilentio conlatorum Venet. et Havn. *Elephantilem.* Sic etam Boccatius de fluminibus ſ. v. *Nilus*, ubi Melam fere repetit. Rehdig. *clephantilem;* Gud. *helephantilem;* Chiſian. Voſſ. 1. Cibin. *elephantinem;* Pariſ. 1. 2. cum Voſſ. editione habuiſſe videntur *Elephantidem.* Ex edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Elephantilem.* Tum ab ed. 6. omnes ad 42. cum Reinold. *Elephantidem.* Inde *Elephantinem* invaluit. TZSCHVCKE. Scribendum *Tachempſo* et *Elephantidem* ex Herodoto, Strabone, Plinio. HERM. BARBARVS. Scribendum *Elephantinen*, non *Elephantidem.* Neque enim univerſa in Aegypto aut regio eſt aut urbs, quae *Elephantis* appelletur. *Elephantines* autem urbis et inſulae Aegypti omnes et Dii et homines meminere. Vt erret vir doctus et multae lectionis Hermolaus, qui in Plinio et aliis Latinis auctoribus mendis ſcatentibus *Elephantidem*, ut veram legitimamque lectionem agnoſcat. PINTIANVS. Legendum *Elephantinem* ex omnibus Geographis. CIACCONIVS. *Elephantidem* libri, [v. ſupra] et ſic Hermolaus ſcribendum eſſe monuerat. Verum Pintianus hic illi adverſatur et *Elephantinen* reponit negans, alterum uspiam reperiri, non contentus Vitruvii [8, 2.] aliorumque Latinorum auctoritate. Verum adſcribam locum Stephani Byzantini, unde apparebit, veram eſſe hanc lectionem: Ἐλεφαντίνη πόλις Αἰγύπτου. Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησιν. VOSSIVS. *Elephantilem* plerique Codd. — At Voſſ. 1. ille omnium optimus diſerte praefert *Elephantinem*, quomodo et alii plerique ſcriptores hanc urbem nominant. Quod ideo et ipſe, ut voluerat iam olim Pintianus, recepi tanto promptius, quia mox in fine huius capitis haec ipſa urbs in quibusdam MSS. vocatur *Elephantine* vel *Elephantin.* PERIZONIVS. *Elephantidem* vult Salmaſius ad Solinum c. 32. ſ. 35. nec bene a Pintiano *Elephantinen* corrigi putat; idem enim eſſe

Ἐλεφαντίς et Ἐλεφαντίνη, ut *Daphnis* Plinio 6, 34. ſ. 29. et Δαφνίνη Ptolemaeo 4, 8. de inſula Aethiopiae. *Elephantida* utique vocant auctores quidam, uti Parthenius apud Stephanum h. v. ex Latinis Vitruvius 8, 2. Plinius 5, 10. ſ. 9. ubi Pintianus etiam contra Codices emendabat *Elephantine*, quomodo certe legitur etiam in libris apud eundem 16, 33. ſ. 21. Atque ita facile hic reſtitui poſſet, cum *l* et *d* commiſceri invicem ſoleant, uti docebunt Giſanius in indice Lucretii ſ. v. *dedicare* p. 336. Pareus in Lex. Plautino ſ. v. *Lapſilis* Broukhuſ. ad Propert. 2, 18, 12. Drakenb. ad Liv. 1, 4, 7. niſi interpellaret Codicum duorum optimorum auctoritas, quae ad uſitatiorem Graecorum fere omnium formam nomen hoc revocat. Auſcultavi igitur Perizonio ſic, ut darem *Elephantinen*.

Placidior) Prag. *placidatur*.

Iam bene) Sic omnes Perizonii Codices, tres I. Gronovii, Oxon. Cibin. Lipſ. Gud. (in quo deeſt *iam*) Pariſ. 2. aliique. Sic etiam in Varr. notant edd. 27. et 29. *Pene* tamen habuiſſe cum ſuis edd. videntur Vaticani Pariſ. 1. 5. Venet. Havn. Nempe ita legunt edd. inde a primis tantum non omnes ad 40. Solae 18. quae alias in Vadianis eſt, et 51. (Vineti) exhibent *bene*, quod poſt repoſuit I. Gronovius ceteris ſequentibus. TZSCHUCKE. An hae voces *iam pene navigabilis* non eundem fere, immo eundem plane ſenſum habent, quem praecedentes, *partim aſper, partim navigia patiens?* Hanc enim deſcriptionem admittens fluvius pene eſt navigabilis. Sed mittamus haec. An Pomponius adeo fuit attentus ad notandum, ubi non poſſit navigari, quam remiſſus et negligens in obſervando loco, ubi poteſt commode navigari? Non patitur hoc ſedulitas Pomponii et eſt putidus lapſus librariorum. In duobus enim MSStis, quibus tertius accedit Mediolanenſis, exſtare ſcio *iam bene*

navigabilis, quod tam verum eſt, quam falſum alterum, quod quidem falſiſſimum. Immo haud dubie ſic legit Plinius et hunc locum reſpicit ſcribens lib. 5. c. 9. [ſ. 10.] *navigationis Aegyptiae finem*. Sed et natura deſcriptionis fluviorum et ipſius noſtri auctoris hanc emendationem expoſcit. Nam plane ſic procedit in Garumna lib. 3. c. 2. quem quum dixerat a fonte diu vadoſum et vix navigabilem, poſtea ait non navigia modo tolerantem, ſed et maiora. I. GRONOVIVS. *Bene* omnia ſcripta exemplaria; ſic quoque editio Vineti, quam interpolatam et per capita digerendam Typographo tradideram. Verum neſcio, qua ratione factum ſit, ut me abſente, Bruxellis ſiquidem verſabar, vir doctus, qui curam editionis ſuſceperat, relicta Vineti alias ſecutus ſit editiones et *bene* in *pene* mutaverit. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Neſcio qua ratione ducti Editores fecerint *pene*. Excipio Vinetum, quem ſecutus eſt nuper Gronovius. Sic Cicero Famil. 16, 8. *bene firmus;* et epiſt. 13. *quum te bene confirmaris;* 12, 13. *Caſſii claſſis bene magna.* Sic alibi et alii. PERIZONIVS. Eadem commutatio harum particularum notatur in Ammiano 22, 8. ubi *pene* probatur, ut hic recte *bene*.

navigabilis) Lipſ. *navigantibus*.

Cercaſorum) Sic Vaticani, Pariſienſes aliique; Lipſ. *certaſſorum;* Zaluſc. *Certhaſorum;* Rehdiger. *cox taſorum.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Certaſorum;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. omninoque reliquae inde a Vadiano duce per *c*. Recte non ex fide ſolum plerorumque et optimorum Codicum, ſed et auctorum, Graecorum maxime, in quibus Κερκάσωρον.

iterum iterumque) Vaticani et omnium, quos viderit, Codicum hanc eſſe conſtantem lectionem adfirmat Voſſius, a Perizonio et hic notatus, qui ſcribit, illud prius *iterum* in nullis nec Voſſii ipſius, nec aliis facile

reperiri. Aberat certe ab omnibus, quos ipse viderat. In Vossiano 2. tantum: *dein iterum divisus.* Abest etiam *iterum* ab omnibus meis, et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. Ed. 13. *Deinde iterum divisus.* Vadianus Olivarius cum suis Vinetus, Schottus *semel iterumque.* Vossius *iterum iterumque* cum reliquis. Tantum Reinoldius *Deinde iterumque,* etsi sibi non constant editiones eius. Nam an. 1775. habet *iterum iterumque,* uti et ex Cod. Mus. Britann. notaverat Woidius. TZSCHVCKE. Forsan arridere alicui possit lectio Cod. Voss. 2. [quam et exhibet ed. 13.] Sed crediderim potius excidisse unum iterum propter istam repetitionem, legerimque cum Salmasio, [ad Solin. c. 32. f. 55. p. m. 339.] quem in eo Vossius sequitur, *iterum iterumque,* tanto magis, quia mox Nilus *in septem ora se scindere* dicitur, quo unice isthaec verba, non ad duplicem tantum divisionem, respiciunt. PERIZONIVS. Turbat et sic alibi haec particula, uti supra 1, 2, 2. ubi inspiciantur notata. Sic alterum omittunt quidam Codices in Plinii Panegyr. c. 78. ubi vid. Schwartzius etiam de huius repetitionis vi et usu. Satis ipsi Codices produnt omissionis negligentiam, quam unus ex notis Codicibus, consultis certe, vitavit Musei Britannici.

Deltam) Sic duo I. Gronov. Mediolan. Chis. Leid. A. Gronov. Voss. 2. 3. 4. 5. Lips. Perizon. Oxon. Ciaccon. Rehdig. Bonon. Paris. 1. 2. 3. ad quos etiam pertinere videntur ex silentio Venet. et Havn. Idem ex suis libris adfert Salmasius c. l. Levi variatione Gud. Zalusc. *Deltham;* Vindob. Prag. *deletam;* Vossius, sed sua fide, ex Vaticanis et aliis notat *Delta,* quod certe habet Voss. 1. Cibin. et habuisse videntur Vaticani. Edd. antiquissimae *Deltam;* inde a 12. *Delta* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. omninoque Vadianae et Olivarianae, etiam 28. cum Vineto. Schottus, Vossius et ed. 40. plane hunc locum immutant. Inde *Delta*

rediit, ſed praeeunte Reinoldio cum ed. 44. et ſequentibus *Deltam.* A. Gronov. ex MS. Plinii 5, 9. hanc terminationem probat: *Ideo multi Graecae literae vocabulo Deltam appellavere Aegyptum*, ubi vulgo ſine variatione *Delta* legitur, uti c. 10. ſ. 9. *unde appellari diximus Delta.* Equidem dedi *Delta*, quod in Graecis, unde ſua haurire ſolet noſter, ſine mutatione caſus obliqui hanc formam retinet, ſuffragantibus praeterea Codd. optimis. Sic Diodor. Siculus 1, 35. τὸ καλούμενον Δέλτα, ut τὸ Δέλτα Strabo 15. p. m. 482. ſ. 701. Herodot. 2, 16, 97. Strabo c. l. τοῦ Δέλτα. Plato in Timaeo p. 189. Vol. 9. ex ed. Bipont. in Muſeo Veronenſi p. 41. n. 3. ἐν τῷ Δέλτα. Sic in accuſativo τὸ Δέλτα Strabo c. l. aliique eodem paſſim modo. Ad eandem formam Xenophon de exped. Cyri 7, 1, 21. et c. 5. in. εἰς τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θρᾴκης. Nempe id parum curarunt librarii, et ex more poſterioris aetatis talia, ut feminina, inflexerunt, quod plurimis exemplis conſtat. Sic in Mela vulgo 1, 15, 5. *Pataram;* 2, 3, 7. *Megaram*, ubi vid. notata. Plura, quae ad ipſam totius loci formam et rationem ſpectant, ſubiicientur.

ad Melin) Sic Vatic. 1. 3. Lipſ. Perizon. Oxon. Gud. Zaluſc. Cd. Muſei Britann. a quibus parum diſcrepant Voſſ. 2. 3. (hic ſine *ad*) 4. 5. Vindob. Prag. Rehdiger. Bonon. qui legunt *Melim;* Voſſ. 1. Cibin. Mediolan. *Melyn;* Venet. et Havn. cum ſuis edd. conſenſiſſe videntur; Pariſ. 1. *Malim;* Pariſ. 2. 3. *Moelim*, uterque omiſſo hic *ad*, quod nec agnoſcit Vatic. 5. uti *τὸ et* Oxon. et Vindob. Ciacconius ex veteribus libris notat *Metelim*, quos tamen Codices ſcriptos fuiſſe non credo. Antiquae edd. habent vel *Melin* vel *Melim.* Inde ab ed. 6. dederunt *Metilin*, 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. et reliquae, Vadianae etiam omnes et Olivarianae. Schottus formam loci plane ſic immutavit: *diviſus it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus, ac Delta*

medium septemque in ora. — Vossius: *divisus, ad Deltae acumen it per omnem.* — Secuta editio 40. Post *ad Delta et Melin* revocatum est, quod reliquerunt alii. Boccatius c. l. totum hunc locum repetitis fere iisdem versis sic exhibet: *ad Deletam et meliam declinans iterum separatur et sic divisus atque vagus.* — TZSCHVCKE. Scribendum *ad Delta et ad Metilin* ex Plinio [c. l.] ac Stephano, [h. v.] qui ait, urbem Metilin Alexandria non procul esse, *Bechin* modo nominatam, id est Βῆχιν, unde *Metilites nomos.* HERMOL. BARBARVS. - Legendum quidem erat *Metelin* penultima producta, non *Metilin;* ea hic civitas redderetur, quam idem putat Hermolaus, a qua *Metelites nomos* seu praefectura Ptolemaeo, [5, 4.] Stephano, [c. l.] Plinio. [5, 9.] Sed cum ante Hermolaum *Melin* corrupte legeretur, ipse pro *Melin Metilin* substituit, nulla neque auctoritate, neque, ut ego puto, ratione. Re igitur diligentiore cura animadversa, puto legendum, *a Delta et Memphi*, hoc est, post Delta et Memphin. Nam Mela, ut ipse inter initia testatus est, clarissima quaeque loca consectatur. Memphis autem teste Marcellino lib. 27. [22, 16.] magna fuit urbs, et Strabo lib. 17. [p. m. 555. f. 807.] magnam populosamque fuisse affirmat, et secundam post Alexandriam, regiamque Aegyptiorum, adstipulante etiam Plinio. [c. l.] Ceterum tria haec loca a Mela hic memorata, *Cercasorus, Delta et Memphis* propinqua sibi mutuo fuere, Herodoto auctore in Euterpe. [2, 97.] Plinius quoque [5, 9.] Memphin urbem prope Delta fuisse his verbis monstrat: *Arsinoitae,* inquit, (*duo hi sunt*) *et Memphitae usque ad summum Delta perveniunt.* Confirmat hoc ipsum Diodorus lib. 2. [1, 50.] Memphin asserens circa Delta conditam esse. Quin et Strabo [c. l.] Memphin a Delta tribus schoenis abesse scribit. Schoenus autem, ut hoc quoque in transitu et paucis notetur, 40 stadia agit Straboni in undecimo, [p. m. 365. f. 550.] Herodoto [2, 6.] 40, [60.] Plinio. [5, 11. f. 10.] — Locus ille

acutus apud *Cercaſorum*, unde prima partitione triplex fieri Nilus incipit, Delta proprie vocatur. Si igitur prima partitio a Delta fit, deinde ſemel iterumque, ut Pomponius ait, ad Delta dividitur, ergo omnes tres partitiones fiunt ad Delta, quod rationi et communi ſenſui repugnat. PINTIANVS. Quid nos in intellectu huius loci ſenſerimus, in promptu eſt legere in ſcholiis noſtris. Poſtea coniectationem illam inivimus, num verior ſit lectio: *Deinde ſemel iterumque diviſus, ac Delta medium ſcindens, it per omnem Aegyptum* — ut *Delta* hic ſignificet, non acutum Deltae, ſed totam litterae aream, quae proprie vocatur Aegyptus, ſpatiumque incluſum intra duos alveos, *Canopicum* et *Peluſiacum*. Ita Pomponius minus a ſuo Herodoto ſubmotus erit; cuius verba, ut dixi, ſunt. [2, 17.] *Tertius, quo recta Nilus meat, delatus per ſuperiora in acutum Delta* [τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα] *proficiſcitur. Dehinc medium Delta ſcindens in mare evadit.* Quod ſi verborum ordinem mutari permitteretur, optime omnium legeretur hoc pacto: *Deinde ſemel iterumque diviſus, it per omnem Aegyptum vagus atque diſperſus, ac Delta medium, ſeptemque in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis evolvitur.* Scio pleroſque, qui ſemel praeſumſerunt, exſtare Pomponium, miraturos hanc meam in novanda immutandaque Melae lectione audaciam temeritatemve; ſed ſi hanc falſo conceptam opinionem exuant, cogitentque vix ad nos tanti auctoris umbram perveniſſe, laudabunt, puto, voluntatem hanc meam, qui quocunque famae diſpendio conor pulcherrimum auctorem, ſi non in integrum, (hoc enim deſperandum eſt) ad figuram tamen aliquam priſtini candoris, aut tramam figurae, ut Perſius [6, 73.] ait, reducere. PINTIANVS. Haud dubie ex ora libri verba *ad Delta et ad Metelin* in contextum irrepſere, itaque delenda eſſe cenſeo, legendumque, *dein ſemel iterumque diviſus it per omnem Aegyptum.* Sic in Italia lib. 2. c. 4. *Mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis ſemel iterumque diſtinguens, non*

uno margine circuit. Et lib. 3. c. 1. *Quae, niſi quod ſemel iterumque paullum in ſemet abducitur, ad Cantabros peue recta eſt.* Sunt igitur verba annotantis, ad quae loca diviſio fluminis fieret, ſed imperite tamen; atque ut id manifeſtius fiat, libuit omnem Nili curſum ex Herodoto adſcribere, a quo haec magna ex parte Pomponius transtulit. Is ergo libro 2. [c. 17.] Nili curſum a Catadupis ad mare deſcribit, et rurſus a Catadupis ad fontem, quae ſimul iuncta in hunc modum ſe habent: „*Nilus a Catadupis incipiens mediam interfluens Aegyptum irrumpit mare, uno quidem alveo usque ad Cercaſoron* (Κερκάσωρον) *urbem; tripartito deinceps; quorum alveorum unus ad auroram, quod Peluſium oſtium, alter ad veſperam tendit, quod Canobicum oſtium nominatur.* Et paullo inferius: [c. 29.] *Aliud ab ullo audire non potui, niſi, (cum inſpiciendi gratia ad Elephantinem usque urbem profectus ſum) quiddam longiſſimae narrationis, quod ex fama illic iam inquirendo accepi, eunti ab urbe Elephantine ad ſuperiora eſſe locum acclivem, ubi neceſſe ſit, navigio utrimque alligato, tamquam bove, pergere, et, ſi funis abrumpatur, abire navigium, rapiente fluminis impetu. Et poſtea pervenire planum in locum, ubi ſit inſula Nilo circumflua, nomine Tachompſo. Ab Elephantine deſuper iam Aethiopes incolere et dimidium inſulae; nam alterum dimidium incolere Aegyptios. Huic inſulae ingens lacus contiguus eſt, quem circum Aethiopes paſtores paſcunt; quem praetergreſſus in Nili alveum, qua lacui committitur, devenias. Deinde egreſſus itinere pedeſtri quadraginta dierum pergas propter flumen; nam in Nilo acutos ſcopulos exſiſtere et ſaxa frequentia, per quae navigare non licet. Peragrato quadraginta diebus et loco, alterum navigium rurſus ingreſſus, duodecim diebus ſubveheris, dum venias in oppidum magnum, nomine Meroen, quae fertur aliorum Aethiopum eſſe metropolis.* Et inferius: [c. 31.] *Fluit autem ab Heſpero et occaſu.* Et inferius: [c. 33.]

Ex Africa enim Nilus fluit eamque mediam secat, pari tractu, atque Ister Europam etc. En quem ad modum Nilus ex desertis Africae emissus circa Meroen findatur, ab eaque partim asper, partim navigia patiens in immanem lacum deveniat, deindeque *Tachompso* insulam amplectatur, et usque ad *Elephantinem* urbem, non iam Aethiopum, sed Aegyptiam, uno alveo fervens decurrat; deinde quem ad modum iuxta *Cercasorum* oppidum triplex esse incipiat. Quod autem divisio semel iterumque fiat ad Deltam et Melim, ab eo non traditur, nec Pomponius scripsit. CIACCONIVS. *Ad Delta et Metilin* a glossa est, ideo delendum. SCHOTTVS. Variae admodum sunt virorum eruditorum ad hunc locum coniecturae. Sed omnino, quae facillima, illa quoque verissima est sine dubio. Legendum itaque *ad Deltae acumen*. Τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα habet Herodotus [c. l.] Salmasius [ad Solin. c. 32. f. 55. p. m. 339.] ita in suis Codicibus se scriptum reperisse inquit: *ad Deltam et a Melim per omnem Aegyptum*. Inde ipse hanc excudere lectionem conatur: *A Deltae meta it per omnem Aegyptum vagus atque dispersus*. Sed in nullo manu exarato codice ita hunc locum concipi puto, quemadmodum ipse inquit. Imo certus sum, ita eum haec verba citasse, quo magis verisimilem suam coniecturam efficeret. Probum tamen non est meta pro solo acumine metae. Totum semper significat conum, aut quidquid cono est simile. Ita meta lactis pro tota massa, et *metas imitata cypressus* apud Ovidium [Metam. 10, 106.] pro tota cypressi parte, quae κωνοειδής est. Et apud Martialem [9, 47, 4.] *Praependet meta nec tibi barba minor*, pro tota barba. Sic lege, non, ut vulgo, *mento*. Quodsi *metam Deltae* hic acceperit, ut *flumen Rheni*, pro tota Delta, nec hoc quidem rectum videtur. Nam quomodo Nilus a Delta it per omnem Aegyptum, cum post Delta nulla iam prorsus sit Aegyptus; excipit enim mare? Sed, ut opinor, pluribus non opus est, ad adstruendum eam, quam dedi-

mus lectionem. Certe τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα non poſſit melius reddi, quam *acumen Deltae.* [*Deltae cacumen* Solin. c. 32. ſ. 35.] VOSSIVS. Placet vobis, viri docti, haec iners Voſſii procacia, ſimul in Salmaſio, ſimul in Pomponio? Quid ſi probemus, an Nilus ad Deltae acumen poteſt dici ire per omnem Aegyptum? An non ad Cercaſorum iam incepit id facere? An ad Deltae acumen in plures, quam tres alveos, poteſt ſcindi, aut ſcinditur? ubi autem poteſt dici iterum iterumque diviſus? Vtrum ad illud ipſum acumen? An ad aliud quid? Abſit, ut haec mihi placeant; idque iam in praefatione praecedentis editionis tetigi, et non auſus fuit Voſſius ad hoc acumen ultra accedere, ſolum iſtud effugiens, ut videatur ab ipſo mox iſtud acumen fuiſſe faſtiditum. Imo ſicut ſupra Cercaſorum oppidum deſignavit, ubi prima diviſio fieret, ſic eripi mihi nequit, nunc quoque duo loca indicata fuiſſe ab Auctore, ad quae fieret tum ſecunda, tum tertia diviſio. Id evincit illa conſtans omnium Codicum lectio *ad Delta et ad Melin*, ut quidem aſſeverat Voſſius; ſed in duobus ſcio eſſe *Deltam.* In Mediol. *ad Deltam et ad Melyn.* Id evincit continuus mos Melae. Sic lib. 3. c. 1. dicit: *Tum reducta iterum, iterumque recto margine iacens extenditur.* Sic enim illic diſtinguo deſerens Voſſium. Ait reductam iterum eſſe, nempe poſt flexum priorem; reductam vero innuit circa Ebora, ubi portum ſtatuit, qui plerumque ſolet in ſinu eſſe; iterum vero iacet recto margine circa turrim Auguſti. Supra hoc libro c. 2. *Ab eo obliquat iterum ad Bosporum; iterum iterumque ad Ponticum latus curva.* Sic enim habere codices meliores indicat Voſſius. Vnde eius memor in capite poſtremo huius libri poſt Trapezunta notat angulum fieri; deinde circa Cygnum eſſe primum flexum curvi litoris. Quod utinam facere potuiſſet etiam lib. 3. c. 2. ubi Rhenus Flevonem inſulam amplexus dicitur fieri *iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.* Verum Voſſius quaſi ludere Pomponium in hac iteratione ſtatuit;

perinde ac Martiali dicitur Paulinus *thermis iterum iterumque lavari* lib. 2. epigr. 14. *Melis*, etsi in reliqua vetere Geographia sit ignotum vocabulum, non est utique solum; sunt alia eiusdem fati. Debent autem annotari tres praecipuae Nili divisiones, ut sit ab Herodoto, sic a Mela. Harum prima sit ad Cercasorum oppidum, deinde, quum *εἰς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται, τὸ ἀπὸ τούτου σχίζει τὸ Δέλτα μέσον*, et simul facit *ἕτερα διφάσια στόματα·* sequuntur adhuc *δύο στόματα οὐκ ἰθαγενέα, ἀλλ' ὀρυκτὰ*, Bolbitinum et Bucolicum. Haec noxa est, quod Herodotus non nominarit locum, unde illa incipiant. Pomponius ergo noster aliunde signavit urbem *Melin*, unde istae fossiones progressae sint. Id retineo nomen, non cum Pintiano *Memphin* substituens, quae ibi non est, sed ad principium Deltae, teste Diodoro. Siculo lib. 1. p. 46. [c. 50.] I. GRONOVIVS. Magna difficultas est in verbis *ad Delta et ad Melin*, quae cum Ciacconio et Schotto credere malim ex margine, vel glossa imperiti hominis irrepsisse in textum, quam duras adeo et absonas variorum interpretum recipere coniecturas. Etenim ad Delta et oppidum Cercasorum triplex, iam sit Nilus, atque adeo non dividitur postea demum et denuo ad Delta, quippe ad cuius *κορυφὴν*, *acumen*, situm erat illud ipsum *Cercasorum* oppidum, hic a Mela nominatum. Hinc Herodotus 2, 15. Nilum ait dividi *κατὰ* *apud Cercasorum*, at cap. 16. *κατὰ τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα*, apud acumen Deltae. Sed et cap. 97. coniungit ideo, tamquam unius loci *acumen Deltae et Cercasorum*. Liquet hinc, primam divisionem Nili fieri ad Delta ipsum, non secundam. Ceterum hac ratione reiicio quoque Pintiani coniecturam legentis *a Delta et Memphi*, et ita pro *Melin* reponentis *Memphin*, sed quae est supra Cercasorum, ubi Nilus adhuc alveo continetur uno Non ergo incipit inde divisio prima, necdum secunda, nec inde it per omnem Aegyptum divisus et dispersus. Dein et Vossii, qui legit *ad Deltae acumen*, quasi istic post pri-

mam divifionem in triplicem alveum *iterum* dividatur. Sed hanc Voffii coniecturam fatis explofit Gronovius, aeque ac Voffius ipfe Salmafianam, fed quae longe eft fua melior. Nihil enim iftic reperitur, quod Geographiae ratio et Nili defcriptio non admittat. Nec longe abscedit, quod ex fuis Codicibus profert Salmafius ab ipfis Voffianis, nifi quod hi et plerique alii, ut et optimae ex prifcis Edd. habeant *ad Melin*, *Melim*, *Melyn*, ut adeo tam duram hoc nomine increpationem Voffii non fuerit meritus. Sed tamen, fateor, minus Latine videtur dictum *Deltae meta*, pro ipfo acumine, feu κορυφῇ. Neque vero ullam vocabuli *Melim* rationem Salmafius habet. Quid ergo? Nifi verba haec fint prorfus eiicienda cum Ciacconio, ficuti falvo plane fenfu abeffe poffunt, fiquidem illa, *iterum iterumque divifus*, referenda funt ad *difperfionem per omnem Aegyptum* et *feptem ora*, quae ex ifta divifione oriuntur; nifi ergo haec ita fint, legerim *a Delta ad pelagus it per.* — Certe mentionem maris, vel pelagi, videtur fenfus requirere, tanto magis, quia mox, quafi iam facta effet, per ellipfin omittitur, dum Nilus fimpliciter dicitur *evolvi* fc. in mare. Sed a voce *Melim*, quae tamen omnino valde videtur corrupta, longius, fateor, recedit hic meus conatus, et ideo lectorum iudicio eum lubens permitto. Hermolaus legit *ad Metilin*, vel *Metelin*, quod multae Edd. poft eum receperunt. Sed longe nimis remota eft haec urbs ad mare et occidentale latus τοῦ Delta, nec ad eam fit ulla divifio Nili. Maluiffem *Talyn* reponere, qui fluvius ex Nilo per Bolbiticum oftium exit in mare. Sed eandem in partem eft et illa nimis remota. Reiecit quoque illam Hermolai lectionem Pintianus, fed et fuam ipfius poftea de *Memphi*, et maluit corrupta mutare in *ac Delta medium*, eaque dein fuo loco movere et in alium transferre. Sed quod itidem eft magnae audaciae, fine ullo cuiusdam MStorum auctoritatis veftigio. Retinui itaque verba corrupta, vel plane fufpecta. PERIZONIVS. Recte monue-

runt viri docti, nec *Metelin* Hermolai, nec *Memphin* Pintiani ſtare hic poſſe. Nempe *Metelis* (Μέτηλις) longius remota eſt a divortiorum Nili principio, uti conſtat ex Ptolemaeo 4, 5. Stephano h. v. qui prope Alexandriam ponit aliisque, nec cum verbis *it per omnem Aegyptum* componi poteſt. Magis conveniat Memphis, iuxta quam Nilum in plura flumina ſcindi manuque canalibus factis per totam discurrere Aegyptum diſerte ſcribit Seneca Natur. Quaeſt. 4, 2. Cf. etiam Diodor. Sic 1, 50. At ſupra Cercaſorum ea erat ſita, a quo diſtabat 15 M. P. ſecundum Plinium 5, 9. vel tribus ſchoenis a Delta ſecundum Strabonem 17. p. m. 555. ſ. 807. qui quidem eandem menſuram conficiunt. Mela autem a Cercaſoro primam demum ſciſſionem fieri adfirmat, id eſt inde a Delta, quare multo minus iuxta Memphin iterum iterumque, id eſt ſaepius et repetito divortio, ſcindi potuit. Nec *ad Delta medium*, quod potius ſciſſus iam Nilus triangulari forma includit, et paſſim percurrit, diffinditur. Tum *medium* vox eſt notior, quam ut migrarit in obſcuram et ignotam, immo propria rarioris maxime uſus facilius et uſitatius transeunt in adpellativa. *Metam* Salmaſii ſatis refutavit Voſſius, ipſe ſua vice refutatus ab aliis, cuius etiam coniecturam, etſi miratus de Pinedo ad Stephanum ſ. v. Μέτηλις p. 463. corruptionem tamen potius habendam cenſet, quam ſanationem. Perizonii *pelagus* nimis recedit a ſcripturae notae veſtigiis, et cum vox illa ſatis ſit nota, poſſit potius excidiſſe, quam ſic degeneraſſe. Aliam coniecturam de *Taly* ipſe iuſtis rationibus motus ſtatim abiicit. Ita vero facilius eſt deſtruere, quam ex ruinis firmiora excitare, niſi quis ſublata penitus et ſolo aequanda haec verba velit, quae quidem parum deſiderentur. Cum tamen omnes Codices conſtanti conſenſu mordicus teneant, nec a librariis temere obtruſa videantur, melius viri docti in earum recta explicatione deſudarunt, quae tamen ex Herodoto repeti hic non poteſt, ſed ex ipſius Melae ratione propoſita, adſcito

locorum ſitu aliorumque indiciis. Aperte autem Nili divortia illorum principiis conſtitutis commemorat. Ita vero iuxta Cercaſorum triplex σχίζεται τριφασίους ὁδοὺς, quod debet Herodoto 2, 17. ſic ut ad dextram petat Peluſium, ad ſiniſtram Canopum, recta et media via transeat Delta ſive Aegyptum. Cf. etiam Achilles Tatius Amor. 4, 11. Iam vero Herodotum aliunde ſupplevit vel auxit, dum alia divortia commemorat. Ita vero, ne ſecum ipſe pugnet, Delta non de regione, ſed de pago, accipi debet, qualem vocat (κώμην) Cercaſorum Achilles Tatius c. l. ubi veriſſime Κερκάσωρος emendat pro Σύρος (etiam in Mitſcherl. ed.) Weſſeling. ad Herodot. 2, 17. uti Delta Strabo 17. p. m. 542. ſ. 788. in ipſa regione Delta. Pagus autem ille a vertice vel acumine totius regionis ſic remotus eſſe debuit aliquatenus, ne in uno loco diverſas intervallo diviſiones faciat; nec renuit Strabo, qui ad Delta totius acumen ponat Delta χωρίον, et in hoc Delta pagum. Igitur nova diviſio facta eſt ad Delta illud; alias enim dicere debuiſſet a Cercaſoro. At reſtat vox corruptiſſima *Melin*, pro qua repoſuerim *Athribin* ex Ptolemaeo 4, 5. et aliis, quam tabula Peuting. ſegm. 9. *atribin* vocat, *Athlibin* Stephanus h. v. Parum enim ipſa a Delta diſtat, et prope eam Nilum findi ex tabula Peuting. adparet. Commode igitur ab iis locis Nilus per omnem Aegyptum vagus et diſperſus fluere poteſt. Nam quod refert Achilles Tatius c. l. non eſt ſuperiorum trium fluviorum ullus, qui ad mare usque integer labatur, nec varie dividatur. Lectio igitur loci haec exſiſtat: *ad Delta et Athribin*, et τὸ *Ath* converſum eſt in *ad* et in reliquis ſyllabis corruptio facta. At in hac ambiguitate retinui lectionem Codicum.

it per —) Edd. 9. 13. *et per.* At 15. 17. 20. 25. τὸ *id* plane omittunt invitis etiam libris omnibus. Eaedem poſt: *ora in ſe ſcindens.* Prag. *et vagus, et ſingultum grandis.*

§. 5. *Non pererrat)* Voss. 1. et Cibin. *Non autem tantum pererrat eam.* Post Rehdiger. *extivo tempore sidere;* Vindob. *erigat.*

praeter id quod) Cd. Ciaccon. *praeter quod,* pro quo ipse velit: *praeterquam quod.* TZSCHVCKE. Scripti et editi: *praeter id quod.* Ciacconius tamen in vet. Cod. legi ait, *praeter quod,* unde reponendum suspicatur *praeterquam quod.* Sed si ita habet iste Codex, et aliunde si confirmaretur, retinerem scriptam lectionem. Nam aeque recte dicitur, *praeter quod* ac *prae quod* apud Plautum Stich. 2, 2, 58. *Omnes res relictas habeo, prae quod tu velis,* hoc est, prae eo quod. Sic ergo *praeter quod* dicitur, pro, *praeter id quod,* quomodo et loquitur Plinius Panegyr. c. 59. *Nam praeter id, quod est arduum, duas easque summas simul capere potestates, tum inest utrique non nulla diversitas.* PERIZONIVS. Vulgatam lectionem huius loci tuetur etiam Arntzenius ad Plin. c. l. et multis aliis exemplis confirmat, qualia etiam conlegerunt alii, quos ibi producit. Ita *praeter id quod* ex aliis Quintilian. 5, 10, 45. 10, 3, 6. pro quo noster 3, 6, 8. *praeterquam quod.*

scatet) Cd. Musei Britann. *scaturet;* Gud. et Prag. *staret.* Post pro *quod* Prag. *qui.*

Hippopotamos) Plerique Cdd. Perizonii, Oxon. ut edd. 1. 2. 13. *Hippotamos;* Gud. *ippotamos;* Lips. *hypotamos;* Vindob. *ipothamos;* Prag. *ypothamos;* Cibin. *yppothamios;* Rehdig. Cd. Musei Britann. *hyppopotamos.* Edd. 3. 5. 11. Vadiani prima cum 18. *hyppopotamos;* 9. 19. *hyppotamos.* Pleraeque aliae et olim recte *Hippopotamos,* in iis 4.

crocodilosque) Eadem hic depravatio invecta est. Plerique Perizoniani *crocodrilosque* vel *crocodrillosque;* Voss. 1. Cibin. *Corcodrillosque;* Oxon. Cd. Musei

Britann. Vindob. Prag. Rehdiger. *cocodrillos*, ut edd. 1. 2. 9. 11. Lipſ. cum edd. 7. 8. *crocodillos*. Edd. 16. 18. *crocodylos*. Sed iam recte *crocodilos* 3. 4. 5.

belluas) Simplici *l* efferunt Vindob. Prag. Gud. Rehdiger. et antiquae quaedam editiones. Cf. ad 3, 5, 3. At praeferunt Orthographiae praeceptores duplex, quod inde *bellum* deducat Feſtus h. v. *Belua* tamen dedit Bentlei. in Horat. epp. 1, 1, 74. Heuſinger. in Cicer. de off. 1, 30, 1. et alibi. Mox *ginit*. Vindob.

Hoc eo) Havn. Gud. Prag. *Quod eo*, uti commode poterat nectere noſter. At maluit diviſe, ex more. Poſt Cibin. *thluvia*.

nondum perfecta) Gud. *nudum perfecta*. Poſt ed. 20. *ſed non primum*.

ſpiritum) Vatic. 3. Voſſ. 2. Prag. Bonon. ſubſtituunt *ſpeciem*. Vtramque vocem ſimul exhibet Cod. Muſei Britann. Sed *ſpiritum* praeferunt reliqui et meliores cum edd. antiquis, et hinc cum Voſſio etiam Perizonius probat. Sequentia verba *ex parte iam formata* abſunt a Vindob.

terrena) Ita omnes Codices conſulti. Pariſ. 1. et Venet. cum edd. ſuis conſenſiſſe tamen videntur, forte etiam Zaluſcianus. Ita etiam legunt edd. 1. 2. 9. 13. Reliquae inde a 3 *terrea*. In exemplari ed. 6. manus antiqua leg. adſcripſerat *terrena*, quod Reinoldius primus in textum revocavit cum ſuis et hinc edd. 44. 45. et ceterae. TZSCHVCKE. Valde miror, Voſſium, qui ipſe ex vet. Cod. et ipſo Vaticano annotaverat *terrena* in ſuis collationibus, hic *terrea* illud reliquiſſe prorſus intactum indictumque. *Terrenus* paſſim occurrit, immo plane ut hic coeleſtem et igneum vigorem, qui hominibus ineſt, dicit hebetari *terrenis artubus* Virgilius Aen. 6, 732. PERIZONIVS. Vocem *terreus* tamen ab optimis etiam

ſcriptoribus uſurpari docet Oudendorpius in notis ad Frontin. 4. Strateg. 1, 31. A. GRONOVIVS. Cf. etiam Oudendorpius ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 43. in. ubi reliquit quidem a Beroaldo invectam primum eam vocem, ſed, quod in omnibus MSS. et edd. primis *terrenus* compareat, ut hic in Codice ſuo Melae, Caeſari *terreus* adſcribere vix audere ſe fatetur, etſi bene Latinam eam vocem et hic cenſet et in Mela probat ad Frontin. c. l. Addit etiam exempla, ex Apuleio de Deo Socratis p. 292. ed. 1610. et Martiano Capella lib. 2. p. 56. Grot. Ille, *animalia neque tam bruta quam terrea;* hic, *vis terrea cedit.* Sic *terreus agger* Varro de R. R. 1, 14, 2. ubi tamen Schneiderus contra ac Geſnerus in indice malit *terrenus,* uti et dedit apud Columellam 1, 6, 12. ex quo *terreus* etiam profert in Lexico Geſnerus, uti quidem habent exemplaria aliqua. Sic in Virgil. Georg. 2, 541. quidam libri pro *ferrea* legunt *terrea,* ubi vid. disputatt. doctorum virorum, et quos laudat ad Lactant. Inſtit. 2, 10. Bunemannus, et Menckenius in obſerv. L. L. p. 969. ubi tamen fruſtra tuetur ex Caeſaris ſuperiori loco. Magis apud ſcriptores eccleſiaſticos in uſu fuiſſe videtur, unde excitavit Gronov. in illis obſervatt. c. 10. p. 101. Certe hic ob Codices *terrena* omitti non debet.

§. 4. *Creſcit*) Hinc c. 27. incipit Vinetus. Cd. Zaluſc. praemittit inſcriptionem: *De cauſis crementi* (ſic) *Nili et Inſula Chemus et Laberinti aedificio.* Gud. facto narrationis intervallo in margine: *Opiniones de inundatione Nili.*

Solutae) Vindob. *ſolupto.* Poſt Lipſ. *extibus;* Vindob. *ethiopie;* Havn. Prag. *rivis* pro *ripis.*

propior) Vindob. Cibin. Lipſ. Prag. Rehdiger. *proprior.* In Cibin. tamen τὸ *r* erat eraſum. Zaluſc. *proximior.* De priori commutatione vid. ad 3, 6, 1. plura. Poſterior forma rarior, nec inferenda. Tum Prag.

et Vatic. 3. vocem *ſol* reiiciunt poſt *terris*. Pro *hieme* autem Codices quidam et edd. antiquae *hyeme;* edd. 15. 17. 20. *hyemi*, a quibus hic diſcedens 23. dedit *hyeme*. Praetuli, quod habent recentiores editiones hic et alibi, et probant ex Grammaticis Orthographi, Manutius, Dausquius, Cellarius, *hieme*.

ob id) Vindob. *ob hic*.

minuens tunc) Sic omnes Cdd. et edd. antiquae. Primus Vadianus, neſcio unde, inde ab edit. 16. augmento tacite interpoſito locupletavit. Dedit enim *minuens in aeſtate tunc*. Secutae ſunt cum cognatis et adfinibus Olivarianae, etiam Vinetus, Schottus, tantum 19. 21. 28. Aldinae et Iuntinae vetuſtae lectioni adhaeſerunt poſt Vadianum. Expulit primus Voſſius, cui recte adſenſi ſunt ceteri. TZSCHVCKE. Sine dubio ex gloſſa ad voculam *tunc* eſt ortum, quae non videbatur habere, quo referretur, quum tamen referri recte queat ad *magnos aeſtus* eorumque tempus; ſicuti, quod continuo ſequitur, *per ea tempora*, hoc eſt, tempora magnorum aeſtuum, quibus exundat Nilus. PERIZONIVS.

altius) Lugdun. 1605. *altus*. Poſt Lipſ. Vindob. *pleniſſimum*.

ſurgere) Forte *fluere*. Vid. infra. [Lib. 3. c. 6. *Praegrandia flumina alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia.*] CIACCONIVS. Minime opus. Nam ſurgere recte prorſus dicitur, pro oriri. Sic cap. ſuperiori: *ut ſol ſurgit*. Quin de fluvio, ut hic, ita 2, 1. *Tyras in Neuris ſurgit;* et 2, 5. *Rhodanus non longe ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit*. PERIZONIVS. Accedit et alia notio verbi propria, qua non ſolum eſt adparere, prodire ex latebris occultis depreſſioribus locis, ſed et omnino erectionem ex incremento facto vel ſumto indicat, et optime cum adiunctis conſentit.

Etesiae) Vindob. Prag. Rehdiger. *ethesie;* Cibin. *ethesyae;* Gud. *ethaesiae;* Venet. cum quibusdam aliis *etesiae.* Edd. antiquissimae *ethesiae,* uti et 15. 20. 23. Peius 19. *Aethesiae,* consulto tamen forte, si conferas Hygin. poet. astron. 2, 4. p. 230. ed. Staveren. Vera vocis scriptura indubia.

in meridiem) Prag. Paris. 2. Vatic. 3. (qui et antea habet *actae*) *aut a meridie.* Meminit et Perizonius eiusdem Codd. quorundam lectionis. Vulgata recte habet.

nubes) Gud. *in nubes.* Henischius (ed. 34.) pro *nubes* ad calcem Melae in erratis reponi vult *nives;* quo iure, nescio.

imbre) Vatic. 3. Prag. *nubes;* Vindob. *umbre.* Venet. Paris. 2. et Perizonianorum aliqui *imbres.* Ita et ex vitio ed. 32. Vid. proxime post.

obvii) Omnes Codd. quos noverit, et edd. primae usque ad Aldum et Iuntam habere *obviae,* posteriores demum *obvii,* testatur Perizonius. Ex Codicibus suffragantur etiam mei, in quibus tamen Vaticani et Paris. 1. fuisse non videntur. Gud. praeterea *haud venienti obvie;* Cod. Musei Britann. *obviet.* At ex editionibus etiam post Aldum et Iuntam *obviae* habent Vadianae, Olivarianae, 21. 28. Vinetus primus *obvii* dedisse videtur cum Soono in ed. 1572. quod et in corrigendis volebat Henischius in ed. 34. Post inde a Schotto et Vossio hoc constanter servatum est, si Reinoldium exceperis, qui maluit ad pristina redire. TZSCHVCKE. Vaticanus legit: *Venienti obviae adverso impetu.* Sed legendum esse *obvii* observatum multis. Oἱ ἐτησίαι enim a Graecis venti isti vocantur. VOSSIVS. Decepti videntur librarii corrupta lectione quorundam Codicum, qui legunt: *aut actae a Septentrione, aut a meridie nubes super principia eius imbres praecipitant.* Sed male. *Imbre*

abſolute ponitur. Vide me ſupra cap. 3. in. Inde vero librarii reſpicientes ad vocem *nubes* formarunt nobis illud *obviae*, niſi per ipſam terminationem *Eteſiarum* decepti eam feminini eſſe generis crediderint. PERIZONIVS. *Obvii* emendaverat etiam Salmaſius ad Solinum c. 32. ſ. 35. p. m. 299. At vero idem paullo poſt p. 300. memoria lapſus eſt, dum ex Melae hoc loco adfert *adverſo ſpiritu.* Feminino quidem genere quidam efferunt, ut Hygin. Poet. Aſtron. 2, 4. in extr. Sed poſteriores maxime auctores, unde et ſic eximi debet Noſter.

adverſo ſpiritu) Prag. *ſpiritu adverſo;* Vindobon. *a diverſo.* Poſt non male Venet. *deſcendenti.*

arenis) Codices aliqui, ut vetuſtae edd. *harenis,* quod et fit alibi. Iuſtam equidem et validam adſpirationis cauſam non reperio, quare eam cum recentioribus edd. ſuffragantibus etiam alibi viris doctis abieci. Vid. Cellarii Orthogr. T. 1. h. p. 178. h. v. ex ed. Harleſii; et ad 3, 10, 1.

oſtia) Quidam Codd. ut Cibin. Gud. (hic etiam *applicare*) Vindob. *hoſtia,* ut edd. aliquae antiquae. Ita nempe ſolent librarii adſpirationem et hic temere praeponere; cf. in fine capitis, 1, 17, 2. et alibi. Tum Cibin. *adducunt* mutatione in his crebra. Sic ſupra 1, 3, 2. *abduco* et *obduco* commiſcebantur. Hic ſenſus occlamat *obducunt.*

ſitque maior — quam debet emittit) Haec verba procul dubio non ſunt Melae, ſed Lectoris volentis compendio amplecti ante dictas incrementi Nili cauſas; quae in margine libri ſcripta librariorum inſcitia Pomponianae lectioni inſeruit. PINTIANVS. Nihil delendum cenſeo ſine librorum veterum auctoritate. Eſt enim ſatis apta enumeratio. SCHOTTVS. Haec omnia verba delenda exiſtimat Pintianus, ſed valde errat. Ita omnes libri

veteres, et ſane non video, quid in illis verbis abſonum ſit aut inconcinnum. VOSSIVS. Nec MSS. favent Pintiano, ut adeo, ſi quae corruptela huic loco adhaeſerit, antiquam fuiſſe oporteat. Crediderim tamen iuſto iudicio illum verba haec νοθείας arguere. Nam quid quaeſo in illis ineſt, quod non dictum ſit in proximis ſuperioribus? Quid, niſi brevis repetitio et explicatio trium cauſarum, quare Nilus ſolſtitio creſcat, ſeu fiat maior? Immo quid diſcriminis eſt inter haec ipſa *creſcit ſitque maior*, ſine ulla particula, quae vel repetitionem clariorem, vel concluſionem, aut effectum cauſarum denotet? Quod *nihil ex ſe amittit*, eo reſpicitur ſecunda cauſa, qua ſol altius abiens ſinit Nilum *integrum, et ut eſt pleniſſimus, ſurgere.* Quod *plus quam ſolet accipit*, eo declaratur prima cauſa a nivibus ſolutis petita. Tertia vero ab Eteſiis ſumta ultimis huius periodi verbis exponitur. Aliena haec videntur a Melae ſtylo et ingenio. Sed meam ego dixi ſententiam, de qua Lector ſuo arbitratu exiſtimet velim. PERIZONIVS. Recte monuit Perizonius, ſuperfluam hic ſubeſſe ſuperiorum repetitionem, quibus nihil omnino clarioris lucis adfundatur. At contra Codices non expulerim, cum praeterea, quae prolixiori narratione expoſuerat in artiorem ſummam contracta oculis ſubiicere voluiſſe videatur, nec omnino ab eiusmodi repetitionibus abhorreat. In quam rem Ciacconius duo loca indicavit, unum ex lib. 1. c. 12. alterum ex lib. 2. c. 2. Ibi enim dicit: *claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti;* hic *ad ferociam et numerum, ut multi immitesque ſint.* Porro ſi librarius ex gloſſa recepta ſubpleſſet, eundem ordinem ſecutus eſſet, quem Mela et gloſſator in margine praeiviſſet, ut taceam, nimis concinnam et ſonoram eſſe hanc repetitionis brevitatem, quam ut a gloſſatore ortam putem. Ita vero etiam noſter alibi inverſo ordine ſuperiora vel reddit vel explicat, uti in praefat. in. verbis *conſtat enim fere gentium — perplexo ſatis ordine;* 2, 2, 4. ubi illa *ceteras qui habeant*

poſteriori loco poſita, ad prius pertinent, locantur *ducendae.* Sic antea in eodem capite c. 1. Ceterum, quae in ſingulis libri variant, haec ſunt: Vindob. *quia nichil;* Cibin. *quod nichil;* Lipſ. *amictit*, ut paullo inferius *emictit.* Verba: *vel quod plus — accipit*, deſunt in edd. 30. 32. Denique Vindob. *vel qui, vel quod minus.* — At ſunt haec leviſſima.

alter orbis) Cod. Muſei Britann. *alterius orbis.* A verbis: *Quodſi* cap. 28. incipit Vinetus.

Antichthones) Varie haec vox vitiatur, aut etiam mutatur. Cibin. *antichtones;* Lipſ. Gud. *anthitones;* Vindob. *anthiones;* Rehdiger. *Anthiocones;* Cod. Muſei Britann. *Antithones;* Havn. Prag. Vatic. 3. Pariſ. 2. *Antipodes*, quod et de quibusdam Codicibus ex ſuis adfirmat Voſſius, et de ſuo Nunneſius ad 1, 1, 2. TZSCHVCKE. Male quidam Codices legunt *Antipodes.* Antichthones enim ſunt, qui auſtralem terram inhabitant. Antipodibus vero hic nullus locus eſt, utpote qui penitus ſub terram merſi κατὰ διάμετρον nobis opponuntur. VOSSIVS. Nempe parum conſtans fuit et firma veterum de Antipodibus et Antichthonibus opinio, unde facile haec gloſſa irrepſit, ut ſupra 1, 1, 2. quam Codices optimi ignorant. Vberior de iis disputatio aperietur ad lib. 1. c. 2. §. 2.

absceſſerit) Vindob. *obſceſſerit.* Particularum haec commiſtio nota.

in illis terris) Vindob. Venet. Lipſ. Vatic. 3. Prag. Voſſ. 2. 3. 4. Oxon. Rehdiger. *nullis* pro *in illis;* Gud. *nullus terris* aberrante manu vel oculo. *Terris* omittunt Voſſ. 1. 3. Cibin. et inde a Voſſio in edd. 40. 41. 42. TZSCHVCKE. Abeſt in veteribus libris τὸ *terris.* Recte, niſi fallor. *In illis* nempe Ἀντίχθοσι. VOSSIVS. Voſſius delet ultimam vocem, quia, ut ait, abeſt in vete-

ribus libris. At abeſt tantum in Voſſ. 1. ac 3. in reliquis reperitur. Sed et illi valde hic corrupti ſunt. Certe Voſſian. 1. habet *in illis ortum amnem tibi ſubter maria ex eo alveo.* Multi alii pro *in illis* habent liquido *nullis.* Exponit Voſſius *in illis* ſc. Ἀντίχθοσι· at quomodo ſupplebit ea, quae ſequuntur, et ad haec reſpiciunt *in noſtris?* Quum ergo hic intelligi neceſſario debeat *terris,* et in ſuperioribus exprimatur a plerisque, etiam Vaticanis, unde certe nihil annotavit Goetzius, [vid. ſupra] nihil ego hic mutaverim, aut, ſi Voſſio accederem, legerim quoque *in noſtro* ſc. *orbe*, quod praeceſſit. PERIZONIVS. Non eſt, cur vulgata lectio deſeratur, cum Antichthonum terris noſtra bene reſpondeat, nec, ſi remotius *orbis* ſubſtituere velis, aliud efficiatur. *Terris* etiam plerique nec ii mali Codices probant.

caeco alveo) Cibin. *ex eo alveo.* Poſt Vindob. *viſus* pro *rurſus.* Vatic. 3. et Prag. *in noſtrum reverſus emergere.* Si ad τὸ *orbis* retulerunt librarii, non debebant ante dare *nullis terris.* Pro *et hac re* Prag. *et hic ut.* Tum Cibin. antiqua forma *adcreſcere.* Pro *emergere* male ed. 36. *immergere.*

quod tum hiems ſit) Cibin. *quod tamen h. ſ.* Zaluſc. Cod. Muſei Britann. *quod tunc h. ſ.* Ed. 1. *accreſcere tum hieme ſit*, et ſic ed. 9. tantum *hyeme.* Pro *tum* ed. 2. *tam.* *Hiems* varie ſingunt libri. Cibin. *hyemps;* Vindob. *hiemps;* Lipſ. *hyems*, uti obſervatur alibi. De rectiori forma ſupra adtuli aliqua. Pro *ſit*, quod in hoc nexu bene habet Pariſ. 3. Lipſ. Gud. Rehdiger. Bonon. *fit*, mutatione facili. In ſequentibus *unde* abeſt in Vindobon.

§. 5. *Chemmis)* Cibin. *chenimis*, quod poteſt eſſe *chemmis*, ut in Venet. Bonon. *Cheminis;* Lipſ. (qui et antea habet *locu*) *Themnis;* Rehdig. *themis;* Zaluſc. *Chemus;* Gud. *chemmus;* Cod. Muſei Britann.

Chrenus f. *Chremis;* Prag. *chemis*, quod idem vult; Vindob. *chemnis*, uti habent edd. antiquae 5. 6. 7. 8. 10. 11. aliaeque plures, in iis Ald. Iunt. Vadd. Olivarr. cum Schotto. Inde a Voffio conftitit *Chemmis.* TZSCHVCKE. *Chemmis* legendum, uti eft in omnibus, quotquot vidi, libris antiquis. Ita quoque Herodotus [2, 156.] infulam hanc adpellat. VOSSIVS.

lucos) Cibin. *luchos.* Reliqua variatio haec: Vindob. *appolinis;* Gud. *fubftinens;* Venet. *impellitur.*

Pyramides) Codices aliqui et edd. *piramides*, noto errore. In margine Cibin. alia, ut videbatur, manu, adfcriptum: *unum de feptem miraculis;* a prima manu in Vindob. *piramides pedum* 300. Pro *tricenum* Cod. Muf. Britann. *tricentum;* ed. 13. *trecenum.* Poft Cibin. inverfo ordine *lapidibus pedum.* Tum *foli* abeft in Vindobon.

fua fede occupat) Varie hic locus tentatus et immutatus eft. Voffius de fuis Codd. haec: Vaticanus legit: *quae fede.* Vnus ipfius *quae cede;* alter optimus et antiquiffimus, qui olim fuit Latini Latinii: *quo cedat;* Codd. duo Ciacconii *qua fede* et *qua fedet;* immo, ut infra adfirmat Perizonius, *qua fedat*, ut aut hic vitium irrepferit in ed. A. Gronovii 1748. aut in notas Perizonii. Perizonius haec: MSS. omnes fere *quae*, vel *que*, vel *qua*, quod in uno ex Vaticanis [eft 3.] certe reperit Goetzius, *fede occupat.* Voff. 1. [et fic Cibin.] *quae cede occupat;* Voff. 2. *quae fedem occupat;* Dukero tefte Oxon. *q̃ fede.* A. Gronovius ex fuis adfert: *quae* f. *que fede*, uti et ex meis habent Vindob. Rehdiger. Parif. 2. 3. Lipf. Gud. In ed. 23. τὸ *m* in voce *fedem* obelo notatum erat, puto Vaticanorum monitu. Prag. *quam fedent occupant;* Parif. 1. *iugera fede occupat.* Reliqui cum fuis editionibus confenfiffe videntur. Ita autem hae: 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 19. 21. 28.

quae vel *que ſede;* 6. (in meo exemplari antiqua manus voluerat *ſede*) 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *quae ſedem;* Vadianus tacite repoſuit *ſua ſede*, quod ad adfines, Olivarianas aliasque propagatum eſt hodieque conſtitit. Tantum Reinoldius cum ſuis *quae ſede*. TZSCHVCKE. Legendum videtur, non 4 *ſoli iugera*, ſed 32. Nam quadrata erat Pyramis, et frontes ſingulae octona iugera occupabant auctore Herodoto in lib. 2. [c. 124.] Item non *ſua ſede* ſcribendum puto, ſed, *qua ſedet.* Nam et Aldus, *quae ſedem occupat*, legit, ut in deſcriptione Bithyniae [1, 19, 2.] *Trans amnem ſedet in cervice peninſulae Cyzicum;* et in Thracia [2, 2, 6.] *et in radice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia;* et lib. 3. [c. 1. §. 9.] in Hiſpania: *et tres arae, quas Seſtianas vocant, in peninſula ſedent.* PINTIANVS. Locus eſt mutilatus et inverſus. Dixi in commentario noſtro, quae mihi pro tempore occurrerunt; nunc illis damnatis ſcribendum arbitror ad hunc modum: *Pyramides, quarum maxima (tres namque ſunt) tricenum pedum lapidibus exſtructae quatuor frontibus octona ſoli iugera ſua ſede occupat;* ſeu, *qua ſedet, occupat*, ex Herodoto in Euterpe. [c. l.] Quo auctore non omnes Pyramides tricenum pedum lapidibus exſtructae ſunt, ſed maxima trium. Et *frontibus* ſcribo, non *fere.* Cur enim, quod ab Herodoto ſimpliciter traditur, hic noſter maximus eius compilator adſtringeret coerceretque per hanc voculam *fere?* Addidi etiam numerum *octona*, qui mihi omiſſus negligentia librariorum eſſe viſus eſt. Lege Herodotum. Deinde confer cum Pomponio et Plinium lib. 36. c. 12. [ſ. 17.] IDEM. Pintianus, niſi eſſet Geometriae atque Arithmeticae expers, 64 diceret. Tanta eſt enim area, quam obtinet ſoli quadratum, quod octo continet iugera quolibet latere. Vt magis etiam mentiretur, hunc locum in Retractationibus ita legit: *Pyramides* — [v. antea.] Verum in magna ignoratione verſatus fuit Pintianus, qui, quid ſit *plethrum*, quid

iugerum, ignoravit. Nam Herodotus octo plethra habere quamvis frontem dicit. Sed *fieri* poteſt, ut Mela alium auctorem ſequatur, qui vero ſimiliora tradiderit. Nam de Pyramidibus multos ſcripſiſſe Plinius [36, 17. ſ. 12.] refert. Forte: *qua ſedet.* CIACCONIVS. In hoc loco interpretando et corrigendo multum ſudant Pintianus et alii interpretes. — Scripſit, ut puto, Mela: *Quatuor fere ſoli iugera quoque latere occupat.* Hoc pacto recte ſe habebit totus locus. Sciendum vero, Melam hic non ſecutum Herodotum, qui octo plethra, quae quatuor faciunt iugera, unum quodque huius Pyramidis latus extendi ſcribit, ſed illos Graecos, qui 7 tantum plethra unicuique lateri tribuunt, inter quos etiam eſt Diodorus Siculus. [1, 63.] Itaque recte hic noſter auctor addidit *fere.* Plinius 7 iugera ſoli huic Pyramidi tribuit. [lib. 36. c. 17. ſ. 12.] Ita enim legendus ex optimis membranis locus ille: *Ampliſſima ſeptem* [vulgo octo] *iugera obtinet ſoli.* Verum hoc de laterum ſingulorum ſpatio, non vero de totius Pyramidis baſe eſt accipiendum. Illa enim iuxta Herodoti [c. l.] calculum eſt iugerorum 32, iuxta Diodorum vero et Melam $24\frac{1}{2}$. Notandum vero, Plinium ſemper πλέθρον Graecorum iugerum vertiſſe, cum tamen iugerum ſit δίπλεθρον. VOSSIVS. Multum circumſpexi, qua ratione ex lectione Codicum [v. ſupra] Voſſius effingat *iugera quoque latere,* nec quidquam reperio, ſi a feroci eius arbitratu diſcedas. Communiter autem vetus ſcriptura convenit Vaticano. Iuntina: *quae ſedem.* Vnde collegi Melam ſcripſiſſe *aequa ſede.* Sic lib. 3. c. 8. *Terris ei omnem partem et aequa portione cedentibus;* et cap. ſq. *pulchri forma, aequi corporis* Aethiopes. I. GRONOVIVS. Aliquid hic vitii haerere, declarant MSS. *Sua ſede,* quod habent multae editiones mihi non eſt reiiculum, quum minimae ſit mutationis et ſenſus optimi. Neque vero ſpreverim, quod Pintianus primum voluit, *qua ſedet,* hoc eſt, in ipſo ſolo, ut opponatur illis, quae ſequuntur, *totidem in alti-*

tudinem erigitur. Certe longe ego hoc praetulerim, quam quod ille dein maluit, audacissime multa Melae aspergens, quae in nullis eius Codicibus reperiuntur, et errans insuper, dum Herodoti *plethra* vertit *iugera*, et inde Melae ac nobis obtrudens *octona iugera.* De his *plethris* et *iugeribus* vide me ad Aeliani Var. Hist. 3, 1, 3. Optimus ille Codex, qui olim fuerit Latini Latinii, et quem hic tamquam suum citare videtur Vossius, est Ciacconii. Verum is ex eo profert, non *quo cedat,* sed *qua sedat.* [v. supra] Vossius in collationibus suis notat: V. C. *quae,* lego *qua.* Verum hoc videtur postea reiecisse, quia a Pintiano videbat praeceptum. Nam maluit dein coniectura ex illo Latinii Codice formata, *quoque latere.* Non male et illud, si addicerent ulli Codices. Ciacconius ex eodem cod. legit; *qua sedat,* quod tamen vitium scripturae putem pro *sedet.* [Ita et dedit A. Gronovius.] Ego vulgatum retinui, quod et ipse Vossius fecit. PERIZONIVS. Forte scripsit Mela *quadra sede.* Glossae Gr. Lat. τετράγωνος, *quadrus, quadratus, quadrata.* Τετράγωνον, *quadrum, quadratum.* A. GRONOVIVS. Non dimitti debet vox *sede,* cui tenaciter inhaerent omnes libri, etsi quidam male *sedem;* neque inde probari possunt emendationes, quae ea neglecta ad aliam ducunt. Summa et unica corruptio adfecit voculam *quae,* quam si retineas cum antiquissimis et Reinoldio, aspera et hiulca exsistit oratio. Quis enim Melam connexisse putet *quatuor fere soli iugera totidem — erigitur,* ubi molestissima sit vox *totidem.* Tum vero *sua sede* minima mutatione excuditur. At vix in notissima illa voce aberrasse videntur librarii, ut taceam difficultatem, quae accedit ex paris altitudinis notatione subiecta. Eadem difficultate premitur, etsi facilior etiam et lenior emendatio, *qua sedet. Quadra* nimis a librorum lectionibus recedit, posteriori quidem syllaba obtrusa. Accommodatissima videtur l. Gronovii lectio, quam et porro tueri conatus est, explosa Vossiana ad Herodot. 2, 124.

aequa sede. Τὸ *a* facile absorberi potuit a praecedenti voce, unde *qua* cum suis variationibus emanavit. Tum optime cum Herodoti narratione congruit, cuius sic declarat ἰσοπλευρίαν et ὕψος ἴσον. Ita enim ille c. l. πανταχῇ μέτωπον ἕκαστον ὀκτὼ πλέθρα, ὕψος ἴσον. Quae enim Herodoto 4 plethra, etsi passim Latini promiscue iugera reddunt, propius Noster ad veram mensuram 4 iugera expressit, caute interiecta voce *fere*, etsi Hero Mathematicus, in Analectis Gr. (Lutet. Paris. 1688. 4.) T. 1. p. 314. rotunde tamen magis, quam vere scripsit, duo plethra unum iugerum conficere. *Sedes* autem hic est *fundamentum*, cum quo coniungit Seneca Nat. Qu. 1, 1. His momentis impulsus recepi *aequa sede*, cum sine libris aliquid hic mutari necesse esset.

Moeris) Vindob. *merois;* Rehdiger. Cod. Musei Britann. *meris;* Prag. *Meothis;* Paris. 2. *Moetis.* Hinc cap. 29. exorditur Vinetus.

Viginti millia passuum) Sic omnes libri et editiones. Tantum Prag. XX *passuum*, et praeeunte Voss. edd. 40. 41. 42. *quingenta millia passuum.* TZSCHVCKE. Erratum rursus in numero scribendumque *quadringenta quinquaginta millia passuum* ex Diodoro lib. 1. [c. 51.] prodente, patere hunc lacum stadiorum tria millia sexcenta, quae faciunt CCCCL. M. pass. confirmante id quoque Herodoto in *Euterpe* [2, 149.] ad verbum. PINTIANVS. Forte legendum *quingenta millia.* Vide Aldum filium de Legibus 113. CIACCONIVS. Herodotus et Diodorus Siculus [cc. ll.] ambitum Moeridis paludis faciunt stadiorum 3600. Itaque Pintianus hunc locum sic refinxit: *quadringenta quinquaginta millia passuum.* Sed vero ita omnino scripserat Mela: *quingenta millia passuum in circuitu patens.* Non octo, sed septem stadia cum semisse etiam alibi cum mille passibus componit hic auctor noster. Ergo ter mille et sexcenta

ſtadia conficiunt quadraginta et octoginta millia. Mela vero numero, ut dicitur, rotundo quingenta tribuit. VOSSIVS. Ita quidem in gratiam revocatur Mela cum Herodoto et Diodoro, uti etiam agnoſcit, modo illa recte habeant, Weſſelingius ad Diodor. c. l. Variat quidem etiam Plinius 5, 9. f. eiusque circuitum facit vel 25000 paſſuum, vel Muciano auctore 45000, quo numero propius ad auctores illos Graecos accedit, ita tamen, ut utraque ratione aliquantum a Mela discrepet. Et ſic intelligitur, cur λίμνην πελαγίαν τῷ μεγέθει adpellare potuerit Strabo 17. p. m. 556. ſ. 809. Quis igitur exiſtimet, Melam adeo a teſtimoniis aliorum et ab ipſa veritate deſciviſſe? Quod ſi igitur cum Voſſio numerum plenum quingentorum milium paſſuum probes, facile cum iis conciliatur Noſter. At invitis Codicibus nihil auſim, et notandum unice putem hunc ſive Melae ſive librariorum errorem. At recte numerum vulgatum habere contendit Rollin in Hiſt. ancienne Vol. 1. p. 16 ſq. (ed. Halae 1756.) Neque tamen a vero disceſſiſſe Herodotum indicat Larcher ad 1, 149. T. 2. p, 481. dummodo diſtinguatur cum Strabone lib. 17. p. m. 557. ſ. p. 810 ſq. ipſa λίμνη naturae et eius διώρυξ artis opus. Plura Vol. 2.

in circuitum) Sic Perizon. Lipſ. Voſſianus optimus, ſeu 1. item 4. denique et Vaticanus, annotante Voſſio, Abr. Gronov. Mediol. reliqui, in iis Vaticani, Pariſienſes cum ſuis edd. *circuitu* habuiſſe videntur, certe ſic Vindobon. Rehdiger. Prag. nec aliter edd. antiquiſſimae ad 42. Inde a 45. *circuitum*, quod per ſilentium diligentiſſimi conlatoris dediſſe etiam videtur Vinetus, Reinoldius cum ſuis retinuit *in circuitu*. TZSCHVCKE. Vtrumque poſſit dici. Nam, ut hic, ſic fere Suetonius de Gallia in Caeſare c. 25. *Patetque circuitu ad bis et tricies centum millia paſſuum.* PERIZONIVS. Infra lib. 2. c. 3. *Hoc mare magno receſſu litorum acceptum, et vaſte*

quidem in latitudinem patens. Livius lib. 26. c. 40. [c. 42.] *Sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo vento oppositus, et quingentos passus introrsus retractus, paululo plus passuum in latitudinem patens.* Plinius 12, 19. [immo 3, 19. f. 23.] *Alpes in longitudinem* $\overline{X}$ *pass. patere a Supero mari ad Inferum Caelius tradit.* A. GRONOVIVS. Sic *in longitudinem patere* Plinius 5, 11. f. 10. *in longitudinem et latitudinem* Iustin. 2, 2, 2. et alii. Sic *crescere in* — et alia dicuntur. Similis variatio editionum quidem observatur in Quinctiliano 1, 10, 42. a Burmanno p. 113. quam omnino saepe experta est praepositio *in.* Hic cum adsit *in* ex frequentiori et recepto usu praetuli *circuitum* libris etiam plerisque adsentientibus. In aliis facile elabi aut omitti potuit lineola supra posita. Cf. ad 2, 2, 6.

quam) Omisit Rehdiger. et post dedit *quidem magnis;* Cibin. *hominisque.* Post τὸ *est* omisit Vadianus cum gente sua. Habent Codices et aliae edd. etiam 21. 28.

Psammetichi) Miram hoc nomen experta est corruptionem. Voss. 1. Cibin. Vatic. *Psammetici;* Perizon. Voss. 4. Rehdiger. *Psaminetici;* Oxon. *Psaminecie;* Lips. *Psaminetie;* Vindob. *Psanimecie;* Gud *Psamnetiei;* Ven. Bonon. *Psaventiae;* Prag. *Pasumecie;* Cod. Musei Britann. *Psamnienne.* Perizonius ex aliis suorum *Psaminetic* notat et *Psaminentie.* Illud etiam adparet in edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. (modo *ae* modo *e* in fine) ed. 2. *Psamiretie.* Post monente Hermolao Barbaro praeter superiores reliquae *Psammetichi*, ex auctoribus Graecis pluribus, cui scripturae proxime accedunt optimi Codices.

Labyrinthus) Cibin. *laberyntus;* Lips. Rehdiger. *laberintus;* Vindob. *labarintus.* *Edd.* 7. 8. *labiryntlius.* Vera scriptura constat.

ter mille) Prior vox abeſt in omnibus MSStis, qui adhuc conſulti ſunt. Primus ſuadente Pintiano interpoſuit Schottus, hinc Voſſius et reliqui. TZSCHVCKE. Scribendum *ter mille* ex eodem Herodoto; [2, 148.] quarum dimidia pars erant ſubterraneae, reliquae illis ſuperpoſitae. PINTIANVS. Legendum *domos ter mille*, ut recte monuit Pintianus. Ter enim mille domos continebat Labyrinthus iuxta Herodotum. VOSSIVS. Quid? ſequemurne in Mela recenſendo potius Herodotum, an illius Codicum conſenſum? Putem poſterius, et de priore in notis monendum. Sed et Herodotus tantum 1500 ſupra terram ſe vidiſſe tradit, reliquas fuiſſe ſub illis infra terram, in quas admiſſus non fuerit. Potuit ergo Mela ſuperiores et inferiores domos habuiſſe pro iisdem, et tantum ſuperiorum voluiſſe numerum exprimere, eumque rotundum, ut dicitur, quia ſatis amplum forſan credidit. PERIZONIVS. At quam facile *ter* excidere potuit, quod quidem probabilius videtur, quam quod de numero rotundo, qualis et ipſe hic eſt, et illo discrimine domorum dicitur. Herodotus enim, quem hic aperte reddit Noſter, diſerte omnino *οἰκήματα τριςχίλια* commemorat. Interim minoribus literis τὸ *ter*, ut alii, diſtinxi.

deſcenſum) Rehdiger. *diſcensſum;* Bonon. *denſum*. Nemo de vulgata dubitaverit. Sic 1, 13, 3.

anfractu) Ita Codices et editiones etiam antiquae. In Schotti edit. vidi *amfractu*, qua inconſtantia etiam alibi fluctuantur editiones, uti apud Lucan. 1, 605. Cornel. Nepot. 18, 8, 5. ubi Heuſingerus *n*, Staverenus *m*. — Sic etiam in diverſas partes eunt doctorum virorum ſententiae, qui de eius ſcriptura disſeruerunt. Vid. Giſanius in indice Lucretii h. v. Cannegieter ad Aviani fab. 31, 4. Dausquius in orthographia P. 2. h. v. Cellarius, immo Harleſius apud eum T. 1. p. 175. et

quos laudat. In Caefare de B. G. 7, 46. in. Codices multi praeferunt *m.* Vid. ibi Oudendorp. qui et fic edidit, ut Drakenb. in Livio 29, 32, 5. Et ita alibi. Contra in Virgil. Aen. 11, 522. per *n* Heyne aliique. Secutus fum librorum probam fcripturam.

alium fuper —) Parif. 2. Prag. Vatic. 3. Havn. *alium fuper alium.* Nempe offendit proximum *orbem.* In Vindob. haec verba ad *et fubinde* ex homoeotelevti repetito fono neglecta abfunt; Rehdiger. *alio* pro *alios.* et Prag. pro altero *fubinde* dat *deinde.* TZSCHVCKE. Recte Voffium [vid. poft] hic putem prius *fubinde* reiecisse, quod etiam ex textu ipfo excluderem, fi MSS. paterentur. PERIZONIVS. Molefta utique eft haec vox. Forte tamen hac repetitione Nofter parem declaravit rationem, qua fibi invicem refpondent.

tantum —) Prag. *tantum flexus, quem processerat;* Parif. 2. *fubinde tantum tenui flexu.*

explicabili) Lipf. qui in ipfo contextu *explicabili* fiftit, ad marginem eadem manu adfcriptum habet *inetricabili*, pro *inextricabili*, quod eft apud Virgil. Aen. 6, 21. Rehdiger. (poft *tantum err.*) Gud. Parif. 2. (*magno tantum et ine. tamen*) Prag. (omiffo *tamen*) *inexplicabili.* Sic et Venet. et Havn. cum fuis edd. habuiffe puto. Alii *explicabili.* Voff. 1. cum Cibin. omittit praeterea praecedens *et.* Edd. 1. 2. 9. 13. *explicabili;* 3. 4. 5. 6. (in meo exemplari antiqua manus correxerat *explicabili*) 8. 10. 11. (in textus quidem ferie prius repraefentatur, at ad calcem in erratis notatur, quorum infpectione neglecta falfo hic retulit Dukerus) 12. 14. et reliquae *inexplicabili.* Primus Voffius revocavit *explicabili,* eumque fecuti funt reliqui. TZSCHVCKE. Scio quidem Virgilium [c. l.] Labyrintho tribuere *inextricabilem errorem*, et Catullum [64, 115.] *errorem inobfervabilem,* fed hoc poetis licet, Melam vero non ita fcripfiffe certum

eſt, aut certe non addidiſſet adverbium *tamen.* Reddenda itaque vetus lectio, quam et Vaticanus et noſter Codices ſervant, atque ita ſcribendus eſt totus hic locus: *Quibus alium ſuper alios orbem agentibus, et ſubinde tantum redeunte flexu, quantum proceſſerat magno et explicabili tamen errore perplexus eſt.* VOSSIVS. Nam niſi explicabilis foret, notaret viam *irreducem*, uti dicit antiquus poeta. [Lucan. 9, 408.] I. Gronov. MS. 2. Neſcio, unde illud *inexplicabili* acceperint editores. [At vid. ſupra.] Nam antiquiſſimae et optimae Edd. Anonyma [1.] et Torini [9.] legunt *magno et explicabili.* Hoc ipſum omnes MSS. etiam collati exhibent, niſi quod Voſſ. 1. optime, ut puto, habeat, *magno, explicabili tamen errore.* Ceteroqui legerem: *magno, at explicabili tamen errore.* Non reiecerim tamen, aut ſolis poetis conceſſerim vocem *inexplicabilis*, ut facit hic Voſſius, quum et Plinius 36, 13. [ſ. 19.] de labyrinthis agens bis ea voce in uno hoc capite utatur; *quae itinerum ambages, occurſusque ac recurſus inexplicabiles continet.* Et dein: *perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem.* Quid, quod ipſe Cicero paſſim, tum Livius 37, 52. et Tacitus Annal. 3, 73. vocem hanc adhibuerint? PERIZONIVS. *Inexplicabili* in eo nexu, quo hic legitur, ſtare nequit. Recte et commode poterat in iis locis, quae ex Virgilio et Catullo excitavit Voſſius. Et ſic idem Virgilius de labyrintho 5, 591. *irremeabilis error.* Sublato *tamen* cum Cod. Prag. recte ſic et facile intelligatur. At, cum meliores illud agnoſcant, incuria potius librario elluxit. Qui illud *inexplicabili* habent, moti eſſe videntur eiusmodi labyrinthi epithetis. Remanet igitur alterum, ita ut vel omittatur *et*, quod praeeunt optimi duo MSS. vel cum Perizonio ad declarandam fortius diverſitatem mutetur in *at*, quod et a librariis ipſis aperte alibi fieri uſus docet. Vid. Drakenborch. paſſim ad Livium, in primis ad 36, 35, 7. ubi conlecta plurima loca proponit. Sic *at* pro *et* ex ſcriptis

libris et priſcis edd. reſtituit N. Heinſius in Silio Ital. 14, 427. ubi vid. idem Drakenb. Cf. etiam Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 72, 6. Erneſti ad Cicero. orator. c. 146. viri docti ad Cicer. Verrin. 1, 46. ut taceam alia loca. Poſſis etiam ſubſtituere *ſed*, cum et harum vocum commiſtio crebra ſit. Vid. ad 2, 7, 18. ſupra ad 1, 9, 2. Freinshem. in libello Varr. lectt. ad Curt. 6, 5, 8. Arntzen. ad Caton. p. 125. Staveren. ad Nepot. Pauſan. c. 5. f. Santen. ad Propert. 4, 11, 97. Iaeger. ad Panegyr. vett. in indice ſ. v. *et*, et quos laudant praeterea ſat multos. Sed nec ſimpliciter *et tamen* reiici poteſt, cum et alia in hunc uſum exempla adſint, quae reiici vel immutari recte non poſſunt. V. Sueton. Domit. c. 10. in. Cic. de Senect. c. 6. Disiunctivae etiam vim ſaepe habere particulam *et*, notarunt paſſim viri docti, ut Wopkens Lect. Tull. 1, 15. Heuſinger. et Harleſ. ad Nepot. Pauſan. 5. f. et alibi, quae eius vis ex diverſorum nexu et ipſo orationis contextu et ſenſu diſcitur. Quod cum hic valeat, poteſt vulgata lectio retineri, etſi *τὸ et* commode abſit. Confuſio tamen in hac compoſitione non inuſitata eſt. Sic *intemperantius* et *temperantius* in Plinii Panegyr. c. 68. f. *in revocabilem* et *in irrevocabilem impetum* in Nazarii panegyr. c. 24. in.

eſt) Ignorant Vatic. 5. et Prag.

§. 6. *Cultores)* Zaluſc. praeponit titulum hunc: *De moribus et cultu Egyptiorum, et quae de Egyptiorum antiquitate perhibent, deque Regionibus atque Urbibus.* Vinetus hinc cap. 30. conſtituit.

aliter a ceteris) Forte *ac ceteris.* CIACCONIVS. Blanditur id mihi ſic ſatis. Vellem MSSti id firmarent. Non nego tamen recte dici *alius ab* etiam per ellipſin. Phaedrus praef. lib. 5. v. 41. *Quodſi accuſator alius Seiano foret.* Cic. Famil. 11, 2. *Non quidquam aliud*

libertate communi quaesisse. PERIZONIVS. Plura huius structurae exempla dabunt Schefferus et Gudius ad Phaedr. c. l. Graevius ad Cicer. c. l. et qui laudantur ad Vechneri Hellenolex. p. 289. ed. Heusing. At voluit usus, ut nudus adponeretur ablativus pro nudo Graecorum genitivo. Hinc τὸ *a*, cum sine libris quidam in Ciceronis loco adiecissent, recte expulsum est a Graevio. Hic quidem agnoscunt omnes Codices raro aut nullo forte exemplo. Quare magis probem Ciacconii emendationem *aliter ac ceteri.* Sic enim voluit aut debuit, non *ceteris.*

limo) Voss. 1. Cibin. *fumo;* reliqui *fimo*, cum edd. antiquis et proximis. Vossius dedit *limo*, sed, quod puto, praeeunte Vineto, ex quo nihil diversi notatum erat, uti nec ex Codd. Parisiensibus, quod maxime vellem, ut magis constaret, in hoc verbo cum Vossiana edit. congruisse. *Limo* ab omnibus post Vossium servatum est. TZSCHVCKE. Forte *limo.* Nam Herodotus [2, 85.] luto oblini ait, et Diodorus [1, 72. et 91.] CIACCONIVS. Vera lectio est *limo* ex Herodoto. VOSSIVS. Liquet, unde Vossius eam hauserit coniecturam, quod dissimulare non debuerat. PERIZONIVS. *Limo* etiam voluerat Schottus ad Geographica Herodoti; (v. p. 353. in ed. A. Gron. 1748.) πηλὸν enim Herodoti lutum esse et terram aqua maceratam. Cum Herodotum aperte in his reddat, cardo disputationis poni debet in verbis, quibus ille est usus. Sunt autem haec: πλάττεσθαι τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον. Sic Diodor. 1, 72. et 91. πηλὸν habet, etsi in utroque loco additur καταπάσασθαι pro καταπλάσασθαι, quod et rectius adferunt quidam Codices, cum hoc ad πηλὸν, illud ad κόνιν proprie pertineat. Et sic Lucian. de luctu c. 12. κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται, et contra de morte Peregrini c. 17. in notando hoc Aegyptiorum ritu χρίεσθαι πηλῷ τὸ πρόσωπον. At πηλὸς non est fimus, sed lutum, coenum, unde πηλοῦσθαι in coeno volutari. Κόπρος si

adhibuiſſet Herodotus, potuiſſet quidem *ſimus* vertere Mela, etſi ad Latinam verbi vim non ſatis recte, quia κόπρος in Graecis latius valet, et coenum, pulverem etiam ſignificat, de quo vide Etymol. M. h. v. Heſychium h. v. et quae ibi notarunt viri docti. Hinc in luctu etiam dicitur, veluti apud Homer. Il. 22, 414. 24, 164. pro quo κονίαι Il. 22, 402. Qua cogitatione motus retinui relictis Codicibus vocem *limo*, quae facili errore in *ſimo* migrabat.

obliti) Cod. Muſei Britann. *obruti;* at in margine a prima manu correctum *obliti*, quod et eſt in aliis. Poſt pro *intra* Cibin. et Rehdiger. *inter*. Cf. ad 2, 1, 7. et 2, 7, 18.

Suis) Dictio *ſuis* ſuperfluit, ut in eo, quod ſequitur: *et extra ſua tecta capiunt.* PINTIANVS. Putavi provocabulum redundare, et ad priora interpunctione referendum. Herodoti enim Muſa aperte, non viros ipſos, ſed conductitios ſervos id facere. Forte *collocant ſuis*, id eſt, per ſuos ferri curant. SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti c. l.* Nolim hic Pintianum ſequi expungentem *ſuis*. Vult dicere auctor, habere eos proprias ſibi literas certe a Graecis diverſas, easque ſcribere ἐπὶ τὰ λαιὰ, hoc eſt ab dextra verſus ſiniſtram, quum Graeci et Romani contra facerent, quibus perverſum ideo videbatur illud ſcripturae genus. PERIZONIVS. Nulla hic opus eſt emendatione. *Suis* poſſit abeſſe, ſed non abeſt neceſſario. Tum nec activi frequens uſus repugnat, quo minus et eodem ſenſu ad Herodoti narrationem valeat.

Literis) Recentiores ſimplici *t* hic et alibi efferunt, ut et hic Codices quidam, etſi Orthographiae magiſtri disſentiunt, Manutius etiam duplex praefert ex Pandectis Florentinis et lapidibus. Sed vid. Cellarii orthogr. T. 1. p. 276 ſeq. Harleſ.

domos) Rehdiger. Mediol. Voff. 1. Prag. *domus*, ut edd. 1. 2. Mox Rehdig. *honera*.

feminae) Sic Cibin. cum lapidibus, unde probatur nunc unice. Vid. Cellarius c. l. p. 235. Antiquae edd. *foeminae*, ut alibi. Edd. 6. 7. 8. vitiofe etiam *foemininae*.

illis necesse — liberum est) Cum augmento haec reddiderunt libri: Parif. 1. 2. 3. Vatic. 1. 3. Cibin. Zalufc. Prag. Rehdiger. Lipf. (in quo *f.* fupra fcriptum erat, quafi in textu omiffum) omnes Perizoniani *illis mulieribus fcilicet* vel *f.* quod idem vult. Vindobon. Oxon. *illis fcilicet mulieribus*. Ex Venet. et Havn. nihil notatum inveni. Ita vero hac lacinia caruiffe videantur, quam certe removerunt omnes edd. etiam primae. Aliam adiecit Cod. Mufei Britann. qui legit: *egent nutrimento*, fed praeterea cum ed. Reinold. confenfiffe videtur. Tum turbat verbum *eft*, quod bis pofitum ante *his* et ante *alere* adiiciunt Codices omnes. Voff. 2. pofterius omittit cum Prag. Vatic. 3. et Lipf. qui praeterea habet *liberos*, plane ut tres Parifienfes, omiffo etiam *eft*. Cibin. *hiis liberum effe;* Rehdiger. *his liberis eft*. Pro priori *eft* Vindob. fcribit *effet*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et reliquae utrumque reddiderunt ad 21. (Camertinam vocat Dukerus ad h. l.) quam tamen fecutae funt folae Olivarianae cum 28. Vadianus cum Ald. Iunt. fuis, in quibus Saling. 1538. retinuerunt in utroque loco. Inde a Voffio prius conftanter exfulavit. TZSCHUCKE. Manifefta haec *fcilicet* eft gloffa, ex margine in contextum illata, fed quae unice a me annotatur, ut liqueat, omnes noftros Codices, etiam optimos, ex uno antiquiffimo exemplari pariter derivatos, unde tam inanem gloffam omnes receperint, quod et alias obfervaffe mihi videor, unde et tam pertinax corruptela in propriis faepe reperitur nominibus. PERIZONIUS. In illa gloffa

agnoſcenda et removenda nemo haeſitabit. Talis occurrit et exploſa eſt 2, 1, 11. *illo pecorum.* Nec verbum *egent* explicationem adiecto *nutrimento* deſiderat, cum ſatis ex adiunctis intelligatur, et ſic etiam ſaepe abſolute poſitum occurrat. At gravior ſubiicitur quaeſtio, cum utrumque *eſt* ſtare nequeat, utrum delendum potius ſit. Equidem relectis Codicum exemplis in retinendo priori ſubſtiti, cum et ſic eleganter Latini plenae ſuis verborum numeris ſententiae aliud connexum adpendere ſoleant.

tecta ſua) Sic 5 Cdd. A. Gron. Vaticani, Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. Edd. omnes cum primis *ſua tecta* ad 42. Inde a 44. *tecta ſua* reliquae praeter Reinold. Ita paullo poſt inverſo vulgari ordine Cibin. et Vaticani: *alia alii;* et paullo poſt Vaticani (etſi ſine Cod. ſigno notatum) et Prag. *omnium populorum.* Cf. ad 1, 2. extr. 1, 8, 1. Pintianus τὸ *ſua* tollendum cenſebat, de quo ſupra. Poſt Cod. Muſei Britann. *intimis taedium.*

§. 7. *effigies)* Rehdiger. *effigiem.* Pro *imprudentiam* Cibin. *impudentiam.* Totum autem locum ſic Rehdiger. exhibet: *adeo extincta ſunt, ut quaedam.* Edd. 1. 9. 13. *ideo ut quaedam.*

capitale) Cibin. *capital.* Non temere. Quidam adeo praeferunt, uti Snakenburg. in Curtio 8, 9, 34. ex plerisque Codd. cum antea ederetur *capitale;* Modius aliique poſt in Iuſtino 2, 7, 8. Harduinus in Plinio 12, 32. ſ. 14. (etſi ſibi non conſtitit lib. 10, 31. ſ. 25.) Burmannus et Oudendorp. in Suetonii Calig. c. 24. Drakenb. in Livio 24, 37, 9. Schneiderus in Columel. praef. extr. ad lib. 6. aliique alibi. In Silio Ital. 15, 155. aliter certe legi per metri rationem non poteſt. Sed vid. de h. v. Carrio emend. 1, 3. Tennulius et Oudendorp. ad Frontin. 4, 6, 3. ubi *capital* etiam legi in Cd. perantiquo Gothano, hic etiam ad Sueton. c. l. Gronov.

ad Senecae lib. 4, 8. epitom. declamat. Ernesti in clave Cicer. h. v. Modius et A. Gronov. ad Iustin. c. l. Salmasius ad Vopisci Tacit. c. 9. et quos laudant. Antiquior utique haec videtur fuisse scriptura, quod et legum tabulae declarant, (cf. Cicer. de legg. 2, 8. extr.) a posterioribus adpenso *e* prave aucta. Ipsa vox enim per se facinus indicat, cui capitalis poena est proposita. Fuit igitur in vocibus solemnioribus. Alias non absolute, sed addito alio nomine ponitur. Igitur hic recepi *capital*, uti iam ad Sueton. c. l. malebat Oudendorpius.

forte exstincta) Cibin. *fronte extincta.* Olivarius (ed. 25.) *sorte*, ut aliae quaedam eius familiae. Ita et Vinetus. Commutatio harum vocum per se facilis est et alibi obvia. Vid. Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. c. 7. p. 85. c. 15. p. 99. Drakenb. ad Liv. 1, 4, 4. Garaton. ad Cicer. pro Planco c. 42. Heyne ad Tibull. 4, 9, 4. et alii plures, quos laudant. Ita *fors* et *sors* saepissime commutari notum est.

sint) Voss. 3. 5. Oxon. Vindob. *sunt*, et sic, etsi haec disiicit, Rehdiger. Atque hoc se praelaturum, si reliqui adsenserint, adfirmat Perizonius. Ni fallor, utrumque recte dici et commode intelligi potest. Offenderit forte *sint* et *sit* prope distantia. Post Rehdiger. *seppelire;* Vindob. Rehdiger. *solempne;* Cibin. *sollempne.* Antiquae edd. *solenne*, uti recentiores etiam ante 44. Vinetus *sol'emne*, quod placuit et hodie quibusdam, uti Drakenb. in Livio. Sed vid. de variata scriptura, quae disputantur in Cellarii Orthogr. p. m. 557. *Solemnis* tamen ex nummo Gallieni profertur in Raschii Lex. numar. T. 4. P. 2. p. 1358.

dissimilis) Lips. *dissimili*, uti saepe fit, quando unum adiectivum coniunctorum Substantivorum alterutrum adficere potest; ut infr. 3, 7, 8. *intolerabilis* et *intolerabili* in MSStis. Sic libri in Virgil. Aen. 9, 163.

Purpurei et *purpureis;* Cic. pro P. Sextio c. 8. *terribilis* et *terribili;* Salluft. in Catil. 15, 2. *adultum* et *adulta.* Sed plura depromere nolo. Hic propter nexum cum praecedentibus et Codices alios vulgata praeftat.

coitu pecudis) Prior vox abeft in Cibin. In pofteriore confentit, uti Voffiani omnes apud Perizonium, ipfius Codex, quinque A. Gronovii, Venet. Lipf. Gud. Rehdiger. Prag. is, cuius lectiones notant edd. 27. et 29. In iis fuiffe etiam videntur Vaticani, uti contra Parifienfes et Havn. Ex Voff. 3. Perizonius, ex Oxon. Dukerus *pecudum* adferunt. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. omninoque Vadianae Olivarianae, quibus accefferunt Vinetus, Schottus, Voffius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. et Reinoldius *pecoris.* Prius exceperunt Ald. et Iunt. expulfumque revocavit A. Gronov. in ed. 44. unde fedem fixit. TZSCHVCKE. Placebit nonnullis magis lectio quorundam Codicum, in quibus exaratum reperitur, *nec coitu pecudis.* Sed vero cum in optimo noftro libro a prima manu fcriptum fuerit *pecoris,* omnino retinendam exiftimo vulgatam lectionem. Boves et equos paffim pecora vocant cum alii, tum praecipue Columella. VOSSIVS. Exputare nequeo, quem Voffius hic defignet *optimum fuum librum, in quo a prima manu fcriptum* fuerit *pecoris,* quod ideo vult retineri. — Viderit, qui fuam fidem hic tueatur. Sed inepta fatis eft altera ratio, quod Columella et alii boves quoque et equos *pecora* vocent. An ergo relinquemus idcirco conftantem fcriptorum Codicum lectionem? Immo vero frequentius ipfe Cicero coniungit cum belluis, equis et bubus. De offic. 1, 30. *Quantum natura hominis pecudibus reliquisque belluis antecedat.* Et 2, 3. *Expertes rationes equi, boves, reliquae pecudes.* Sueton. Caef. c. 77. *Nec pro oftento ducendum, fi pecudi cor defuiffet.* de victima folennis facrificii. Sulpic. Severus

Hist. Sacr. 1, 51. *Quum oneri boves feminas subiecissent, vitulosque earum domi retinuissent* Philistaei, *iter nullo duce in Iudaeam pecudes direxerunt.* PERIZONIVS. Eodem modo edd. variant in Livio 2, 64, 5. sed et Codices alibi; vid. Drakenb. ad Liv. 37, 39, 3. Proprie, puto, utrumque non nisi inflexione discrepat. Voluit tamen frequentior certe usus, ut *pecora* ad mixtas quasvis bestias referrentur, maiores etiam, quamvis et sic *pecudes* passim legi docuit Perizonius. Quare Codices hic valent.

diesque) Vindob. simpliciter *dies*. Ed. 1. *ginitur.*

§. 8. *Trecentos et triginta)* Ita Codd. et edd. antiquae; tantum Vindob. *tricentos.* Olivarianae edd. inde a 24. 25. *trecenos.* TZSCHVCKE. Scribendum videtur: *trecentos et quadraginta reges ante Anysin et Sethon* ex Herodoto lib. 2. [c. 142.] PINTIANVS. Nec mihi implet animum correctio illa mea, ut pro *Amasin et supra*, ut prius legebatur, *Anysin et Sethon* substituatur. Nam etsi mentio illa 330 regum totque annorum et aetatum cadat in Herodoto statim post reges *Anysin* et *Sethon*, tamen, quia paullo post sequitur mentio *Amasis*, clarissimi omnium Aegypti regum, nolo omnino, ut quippiam de antiqua lectione mutetur. IDEM. Nihil hic mutat Pintianus ex vetere lectione. Legendum fortasse ex Herodoto in lib. 2. [100.] *Trecentos et triginta reges et ante Amasin septendecim millium annorum aetates.* Non autem ait Herodotus, trecentos et triginta reges ante Amasin fuisse, sed a Mene, qui primus Aegypti fuit rex, sacerdotes alios trecentos et triginta reges nominari. CIACCONIVS. Excidisse videtur denarius numerus; *Trecentos et quadraginta reges ante Amasin, et supra undecim millium annorum aetates, certis annalibus referunt.* Attamen cum Herodotus alibi, [2, 100.] ubi de primo Aegyptiorum rege Mene agit, inducat sacerdotes ostendentes trecentos et triginta reges ex suis

libris, fieri poteſt, ut ad hunc Herodoti locum reſpexerit Mela. Imo hoc veriſſimum eſſe exiſtimo. Vndecim enim illi reges, qui ſimul cum Pſammeticho aliquamdiu regnarunt, auferendos eſſe arbitror. Alias non video, quomodo poſſit Mela cum Herodoto, vel Herodotus ſecum componi, utpote cum hoc loco trecentos et triginta, alio vero loco [2, 142.] trecentos et quadraginta unum reges numeret. Sive autem reges iſtos annumeremus, ſive non, idem annorum manet numerus, nempe undecim millium exacte. Tot enim annos numerabant Aegyptii ab exceſſu Ori usque ad obitum Anyſis. VOSSIVS. Valde hic haeſitant interpretes, ut Melam cum Herodoto in utroque numero 33 et 13 millium concilient. Nec mirum, cum receptam lectionem conſtanter in his numeris tueantur MSS. eaque ab Herodoto, quem tamen Mela videtur ſequi voluiſſe, palam recedat. Reſpexit autem Mela non Herodoti 2, 100. ut putat Voſſius, quum iſtic 330 reges non *ante Amaſin*, ſed *ante Seſoſtrin* exſtitiſſe memorentur, atque hic ideo illis ſucceſſiſſe. Verum reſpexit manifeſte Herodoti 2, 142. ubi tamen is reges 341 fuiſſe ait, et *aetates*, γενεὰς, quae faciunt undecim millia et 340 annos. Neque haec omnia ante Amaſin, vel certe non usque ad Amaſin, ſed ante Sethonem iam exſtitiſſe tradit. Sequitur iam iſtic de ſole quater curſus ſuos mutante inter illas aetates, ſed quod itidem liberius reddidit Mela. Quid ergo hic dicendum eſt? Vel Melam negligentius hic adhibuiſſe Herodotum, ſive memoriter, ſive ex Excerptis incurioſe factis ea repetierit, et nonnulla inſuper de ſuo ex coniectura, aut errore, liberius adſperſerit; vel emendandum hic eſſe ad fidem praeeuntis Herodoti, praeter ſuorum Codicum auctoritatem, legendumque *trecentos et quadraginta reges ante Anyſin* et *ſupra undecim*. — Sed prius putem veriſimilius. PERIZONIVS. Tutius etiam Mela, quod ex adiunctis adparet, ſine dubio Herodoti locum 2, 142. reſpexit, et aut ipſe erravit, aut librariorum manibus in

errorem deductus eſt. Iis nempe Amaſis forte notior fuit, aut ex ſequentibus huc arceſſitus eſt. Certe idem, quod hic, in Taciti Annal. 6, 28. accidiſſe putat Perizonius in Orig. Aeg. c. 16. p. 268. quia alias ille locus ad aliquam veri ſpeciem revocari nequeat. Ceterum unus Reinoldius recepit *undecim milium.*

Amaſin) Sic Rehdiger. Venet. Alii ut Cibin. Lipſ. Gud. Vindob. Cod. Muſei Britann. cum vetuſtis multis edd. *Amaſim.* Praeferenda utique videtur forma Graeca. Venet. ſic porro locum inſtruit: *Amaſin habuiſſe, et* —

tredecim) Sic omnes libri. Reinoldius tamen obſecutus doctorum virorum de Herodoto monitis poſuit *undecim.* TZSCHVCKE. Legendum fortaſſe *totidem hominum aetatibus*; aut ſi placet numerum annorum retinere, et aetates hominum in annos reſolvere XI. M. CCCXL. *annorum aetates,* utrumque ex Herodoto. PINTIANVS. Error tamen eſt calculi in Herodoto 2, 142. ſive ipſi imputandus is eſt, ſive librariis. Si enim probe a me ſubducta ratio eſt, leg. *οὕτω ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ ἑξήκοντα ἕξ* [vulgo *τεσσαράκοντα*] *ἔλεγον ἱρέες* etc. Excurrunt enim 11366 anni, menſes octo, et Melam ſupra *decem millium annorum* ſcripſiſſe praeſtare auſim, ſi, ut ſolet, Herodotum bona fide exſcripſit. SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti* p. 335. in ed. A. Gronov. 1748. Ego ex Herodoto locum reſtitui, et ex obſcuriſſimo planum feci hoc modo: *Et ſupra totidem hominum aetates certis annalibus referunt; mandatumque litteris ſervant, dum Aegyptii ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſolem, ac bis iam occidiſſe, unde nunc oritur.* SANCTIVS. Vid. p. 1051. in eadem ed. Gronovii. Tum vero antea etiam cum Herodoto legi debet *trecentos et quadraginta reges,* quos per totidem aetates regnaſſe ſcribit. id eſt per

11340 annos, uti quidem computat Herodotus, etsi, quod recte Schottus monuit, debebat ponere 11360, aut etiam aliquos insuper, cum ipse aetates tres annis 100 compleri adfirmet. At Mela cum tantum 330 reges commemoret et tamen supra tredecim milium annorum aetates subiiciat, insigniter a vero calculo aberravit. Ita nimirum debebat et poterat efficere tantum 11000 annos. An vero Sanctius 340 reges antea scripserit, equidem nescio, cum eius editionem nullo modo et studio exquirere potuerim.

Milium) Ita libri mei omnes; tantum Cod. Musei Britann. *tredecim mille.* Perizonius tamen quosdam suorum habere etiam *milia* adfirmat. Edd. 1. 2. 9. 13. vitiose *multum*, quae voces et alibi mutantur. Vid. Drakenb. ad Liv. 27, 30, 2. et alibi. TZSCHVCKE. Ita vero constructio est, vel *aetates millium annorum supra tredecim*, vel *aetates annorum supra tredecim millia.* Sic Suetonius saepe. In Caes. c. 20. *Campanum agrum divisit ad* XX *millibus civium;* hoc est, divisit millibus civium usque ad viginti sc. millia. Aug. 38. *super* XXX *ducibus iustos triumphos decernendos curavit*, hoc est, ducibus super XXX scil. duces. Hic quoque Vossianus 2. 3. diserte habent *super.* [Dukerus addit Oxon.] Sed et MSS. semper *milia, milium* etc. unico *l*, et recte haud dubie. PERIZONIVS. Ita *milium*, uno *l* certe ex meis Cibin. Lips. Gud. Rehdiger. Vid. de scriptura Bronkhus. ad Propert. 1, 5, 10. et quos laudat, Cannegieter. ad Avian. fab. 10, 9. Staveren. ad Nepot. 1, 5, 1. 14, 8, 2. Drakenb. ad Liv. 4, 2, 8. In numis, etsi propioris aevi, *Milliarium* occurrit et *Miliarium.* Vid. Rasche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 717 sq. et T. 4. P. 1. p. 1550 sq. Magna auctoritate et fide in columna publica apud Gudium in inscrr. ant. p. 69. n. 1. *Miliaria.* Et sic *μίλια* scribit Paeanius in versione Eutropii Graeca, et fragmenta antiqua de mensuris et ponderibus in Stephani le Moyne

Varr. Sacr. T. 1. p. 502. Sed vid. omnino Cellarii orthogr. T. 1. p. 288 ſq. Quod de altera ſtructura monet Perizonius et exemplis probat, petita ea eſt ex Graecis, qui ſic πρὸς adhibent, quod etiam in eadem Herodoti narratione 2, 142. ex Cdd. recepit Weſſeling. qui videatur ibi et ad 1, 156.

Aegyptii) Cibin. Gud. Vatic. *Aegypti;* Vindob. *egiptii.* Cf. ſupra ad 1, 2, 6. Ante Voſſ. 1. et Cibin. *quatuor.*

ſidera, ac ſolem bis) Ita omnes libri. TZSCHVCKE. Lego *quater curſus ſuos vertiſſe ſolem, ac bis iam* etc. Reliqua ſuperfluunt ex Herodoto lib. 2. [c. 1.] Praeterea videntur hic deeſſe aliquot verba ad complementum ſenſus ex eodem Herodoto evidentiſſime. Ea ſunt: *et bis illinc ortum eſſe, ubi nunc occidit.* Alioqui non quater vertiſſe *ſol curſus ſuos*, ſed *bis tantum* intelligeretur. PINTIANVS. Non eſt neceſſe haec addere. Fieri enim non poteſt, quin ſol toties occiderit, ubi ortus ante fuit, quoties ortus eſt, ubi antea occidebat. CIACCONIVS. Haec explicanda ex ſequentibus. Nam de ſolo *ſole* hoc dicit Herodotus. Neque vero opus, ut Pintiani ſupplementum Melae ingeramus ex Herodoto, in quo illud ipſum eſt ſupervacuum, quod recte iam monuit Ciacconius. Ceterum ſi ſol bis ita paulatim mutavit curſus ſuos, ut tandem occiderit, unde nunc oritur, etiam bis neceſſario eos rurſus ita mutavit, ut denuo oriretur, unde nunc oritur; atque ita *quater* ſuos curſus vertit. PERIZONIVS.

iam) Hanc voculam plane hic ſuperfluam cenſet I. Gronov. in notis MSS. quia iam ſatis temporis ſpatium verbis, *dum Aegyptii ſunt*, definierit auctor. At augere ea videtur vel efficacius declarare Aegyptiorum vetuſtatem. Plane tamen ea abeſt a Vindob. et Gud. Poſt Cod. Cibin. et Muſ. Britann. *non oritur.*

§. 9. *Viginti milia —)* A MSS. noſtris abeſt *milia.* Alii legunt XX *urbes*, ut Meus, et Voſſian. 1. Reliqui XX *urbium.* Ita Perizonius. Cibin. Rehdiger. XX *urbes;* Oxon. Vatic. 1. 3. Prag. Venet. Lipſ. Gud. *viginti urbium.* Alii cum ſuis edd. habuiſſe videntur. Vindob. certe XX*ti milibus.* Edd. omnes hanc vocem agnoſcunt. TZSCHVCKE. *Milia* per unum M ſolet notari, et ideo excidit. Cf. Herodot. 2, 177. PERIZONIVS.

Amaſi) Pariſ. 2. *Amaſo.*

Sais) Rehdiger. forte etiam alii quidam, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. aliaeque poſt *Says*, etiam 24. 25. Olivarianae 37. Gr. Σαΐς. Et ſic Cibin. Lipſ. Gud. Prag. habent. Vindob. hic omiſſum reiecit poſt *Thebae.* Ita Cdd. quidam, uti Lipſ. Rehdiger. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. — *Memphys.* Contra *Siene* Gud. Vindob.

Bubaſtis) Vindob. *tubatiſtis;* Prag. *Subaſtis.*

Elephantis) Perizonius ex ſuis ſupra ad §. 2. adfert *Elephantine* et *Elephantin;* A. Gronov. ex Leid. *Elephantin;* ex reliquis *Elephantis, Elephantim, Helephantim* et *Elephantum.* Ex meis Cibin. *Elephantine;* Gud. *helephantim;* Rehdiger. Prag. Pariſ. 2. *Elephantim;* Cod. Muſei Britann. *Elephantarim;* ceteri cum edd. ſuis aut *Elephantin*, aut *Elephantis* habuiſſe videntur. Nam edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. (— *im*) 10. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 28. *Elephantin;* 13. 16. 18. 22. et hinc Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voſſius ceterique *Elephantis;* tantum in ed. 44. *Elephantin;* Vinetus *Elephantine*, quod excepi auctoritate non ſolum Herodoti, ſed et fide Codicis optimi, ut ſupra §. 2. *Elephantine*, ubi vid. notata. Ita etiam hic volebat Pintianus. Atque ita ſibi Mela conſtat rectius.

Thebae) Cibin. (omiſſo antea *et*) Rehdig. *Thebe.* Vindob. *et thebe et ſais*, quae poſterior vox ſupra omiſſa hic acceſſit. *Thebae* ex Herodoto 3, 10. et alibi, et praeter alios maxime ex Homero Il. 9, 381. hic receptum, etſi quidam ex Latinis, uti Plin. 5, 11. ſ. 9. parum tamen ſibi conſtans, Iuven. 15, 6. *Thebe* etiam ſcribunt. Accedit huc proxime *habent*, et quod Codd. *e* et *ae* promiſcue adhibent. *Thebe* tamen habet hic Vinetus.

uti quae) MSS. A. Gronovii, Cibin. Rehdiger. Oxon. et alii quidam in iis Vaticani, *utique;* Lipſ. Gud. Voſſ. 3. Prag. *utque;* Pariſ. his omiſſis: *thebae, ut homero.* — Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et poſt Vadianae, Olivarianae, cum Vineto, Schotto *utique;* Voſſius dedit *uti quae*, et ſic reliqui. In ſequ. Vinetus et Schottus legunt *habens*, quod quidem praeiverat Stenus. (10.) At aliae edd. omnes cum MSS. *habent.* TZSCHVCKE. Videtur ſcribendum *habentes*, non *habent*, ut conſtet ſenſus. PINTIANVS. Legendum *quae* pro *utique.* CIACCONIVS. Malim *quae, ut Homero dictum eſt.* [pro *utique ut* —] SCHOTTVS. *Vti quae* emendavimus. Thebas Aegyptias dicit eſſe clariſſimas, uti quae teſte Homero etc. Nihil clarius. VOSSIVS. Locus hic eſt, in quo aliquid haeret obſcuri, immo et vitii, et ideo ab interpretibus adhuc, ut puto, nequaquam intellectus. Nam, ut cetera mittam, quo pertinet aut referri debet illud *ſolitasque ſingulas* etc. Voſſius edidit, ſed ſine ope Codicum, *utique quae* [immo *uti quae*], quod tamen etiam ultimae Edd. [vid. antea] receperunt. Ciacconius et ex eo Schottus, voluit *quae*, et deinde *habuit.* [ubi?] Sed nihil in τῷ *utique* mutandum, quod ex optimorum Auctorum uſu notat etiam *praeſertim, praecipue*, vel *maxime.* Livius 37, 33. *Id multo, quam de navali victoria, laetius fuit, utique poſteaquam eo venerunt.* — Petron. cap. 134. *Quid vos in cellam*

meam, tamquam ante recens bustum, venistis, utique die feriarum, quo etiam lugentes rident? Suetonius Tiberio cap. 47. spectaculis *rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comoedum Actium coactus est manumittere.* Sed et ipse Mela 3, 2. *Iactat navigantes atrociter, utique si alio ventus, alio unda praecipitat.* Et cap. 5. *Silvae aliaque dira animalia, verum et tigres ferunt, utique in Hyrcania.* Haec nunc ad hunc locum applicari velim. Nominat istic Auctor *clarissimas* tantum urbes istius tractus, et, quum quinque nominasset, addit ultimam, sed omnium etiam harum longe clarissimam, et quae vel maxime nominari deberet. Rectissime ergo dixit phrasi sibi solita, *et Thebae utique,* quae idcirco male ab se invicem distinguuntur a Schotto, Vossio aliisque, licet aliter praeiverint Veneta, Herm. Barbari, Vercellensis [8] Aldina et Iuntina. Tu totum locum sic restitue levissima mutatione in planissimum et genuinum maxime sensum: *Thebae utique, quae (ut Homero dictum est) centum portas, sive, (ut alii aiunt) centum aulas habent totidem olim principum domus, solitaeque singulis, ubi negotium exegerat, dena armatorum millia effundere.* Tò *quae* excidit propter praecedens *utique,* atque adeo eiusdem syllabae repetitionem. Optimus porro est constructionis nexus, *quae habent, solitaeque* sc. sunt. Postquam haec ita iam scripseram, et meo Marte constitueram, deprehendi a Gronovio Patre 1. Observ. 16. haec non in eadem quidem verba, sed eundem plane sensum et nexum redacta ac emendata; id quod a Filio ita plane in duabus Edd. praetermissum ac neglectum, ut vere dicam, satis mirari non potui. PERIZONIVS. *Vtique, ut* placuit Avo, qui lib. 1. observ. c. 16. integram hanc periodum ita emendabat: *Et Thebe utique, (ut Homero dictum est) centum portas, sive, (ut alii aiunt) centum aulas habere,* vel *habens* (ita Vinetus et Schottus ediderunt) *totidem o. p. domos, solitaque singulis,* vel *solita, singulisque, ubi negotiorum ratio exegerat, dena*

armatorum millia effundere. A. GRONOVIVS. Lectio *uti quae, ut Homero* etc. non eſt mutanda. Nam ſi *utique quae* legendum eſſet, non deberet praecedere *et* ante *Thebae*, ut loca ab ipſo Perizonio allegata oſtendunt. Vid. quoque ſupra 2, 7, 43. [§. 5.] *ut quae aliquando novem regna ceperit*, i. e. quia illa. — Tacit. Germ. 17, 3. 22, 1. Mela 3, 7, 26. [§. 2.] quidam libri habent *ſerpentes, ut qui*, haud male. Lactant. 2, 12, 10. Livius 22, 7. KAPPIVS *in indice* ſ. v. *utique.* Cum vox *utique*, eo ſenſu, quo vult Perizonius nec alias inuſitato, nectendi vim habeat incremento auctam, aut *et* ante *Thebae* delendum ſit, et omittit certe Cod. Cibin. aliis tamen omnibus renitentibus, aut, quod ipſi vel adferunt aperte vel indicant, *uti quae* legendum, ut recte vidit monuitque Kappius. Accedit, ſi tanti eſt, quanti eſſe videtur in noſtro Auctore, eiusdem ſoni ingrata et moleſta repetitio ſine re obtruſa. Ita vero in explicationibus *ut qui* poni ſolet, ut multis exemplis docuit Gronov. ad Liv. 45, 18, 8. Nec offenderit, quod hic *uti quae* legatur, cum perinde ſit, aut ſi offenderit, adeſt *ut quae* ex aliis Codicibus. Reſtat quidem alia ex parte idem ſonus in *ut* repetitus, qui tamen, quodcunque recte tentes, vitari non poteſt.

principum) Lipſ. *principium*, ut edd. 1. 2. et Codd. apud Livium 21, 20, 8. 26, 36, 4. et alibi. Vid. Drakenb. ad Liv. 2, 27, 12. et quos memorat de hac genitivi forma.

ſolitasque) Perizonii emendatio ſupra indicata; at illa durior in hoc nexu, quam ut probare poſſim. Tum novam adtrahit in *ſingulis*, quae dubiam reddit explicationem et vagam. Quibus enim *ſingulis* effundunt aulae ſeu portae? Aut quomodo, ſi omiſſo *ex* interpreteris, aulae ex ſingulis, quae etiam debent eſſe aulae, emittere armatos poſſunt? Poſſit certe τὸ *que* adpenſum ſalvo

ſenſu omitti, quod et temere paſſim adpenditur, de quo vid. Oudendorp. ad Frontin. 2, 5, 44. At, cum habeant omnes Codices; videndum quomodo ſtare recte et ſervari poſſit. Nempe τὸ *ſolitas* referendum eſt ad *aulas* ſ. *portas* ex Homero Il. 9, 383. et τὸ *que* pendet a ſuperiori *centum aulas*, et mora interpoſita lenitur. Io. Aug. Muellerus in proluſione ſcholaſtica, quae Specimen 6. animadverſionum in Melam continet (Miſenae a. 1792.) totum hunc locum ſic conſtituendum cenſet: *Bubaſtis, Elephantine, Thebae utique, ut H. dictum eſt, centum portas habentes, ſolitasque ſingulas* (vel *ſingulis*) — *effundere.* In ſtructura verborum *ſolitasque ſingulas* ἀνακόλουθον agnoſcit, nimirum quod forte ex ſuperioribus, *ut Homero dictum eſt*, verbum *dicere* Melae obverſatum fuerit.

negotium) Quaedam edd. vitioſe *negotiorum*, ut 6. 7. 9. 15. 17. 20. Cognatae 10. et 23. recte.

dena armatorum milia) Sic omnes libri et ſcripti et editi. Solus Schottus dedit *ducentos armatos milites effundere.* TZSCHUCKE. Hunc locum corruptiſſimum poſt Hermolaum et Vadianum nos ex Homero [Il. 9, 384.] reſtituimus; et miror Hermolaum non vidiſſe, dictionem illam διηκόσιοι [apud Homerum] ſignificare *ducentos.* Quare ita legendum eſt: *Ducenos armatos milites effundere.* OLIVARIUS. Lego, *ducenos armatos effundere*, neque eſt neceſſe addere *milites.* De cetero hunc locum fuiſſe a me primo caſtigatum ex nono Iliados, cum quarto decimo abhinc anno Pomponium Salmanticae publice enarrarem, teſtis eſt univerſa Salmanticenſis Academia, ſicuti illum etiam in relatione Thraciae lib. 2. c. 2. *manentque dominos proci*, pro quo ego ſubſtitui, *moerendo minus profici.* Hi poſtea ab auditoribus meis invulgati, et ſubinde in multorum aures transmiſſi, dominum, ut fieri aſſolet, mutavere. PINTIANUS. *Ducentos armatos* milites leg. ex illo Ho-

meri loco vero vincitur. Forte ex numerorum compendiis, ut fit, natum mendum, nisi inter Melae μνημονικὰ ἁμαρτήματα numerare libet. Perstringit vero Pintianus suppresso tamen nomine Pet. Olivarium, qui huius loci emendationem, cum forte editionem antevertisset, sibi impudenter vindicavit. SCHOTTVS. Primus Pintianus hunc locum ita conatus est corrigere *ducentos armatos milites effundere*, eamque emendationem valde probant viri eruditi. Nempe non recte intellexerunt versus istos Homeri Il. 9, 381. οὐδ' ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται, Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν. Loquitur hic non de universa Thebanorum militia Homerus, sed de solis aurigantibus et ἁρματοτρόφοις. Viginti enim curruum millia ex hac urbe ad bellum solita fuisse prodire, affirmat Diodorus Siculus. [1, 45.] Sed vero numerus militum is omnem videtur fidem superare. Nam si ex unaquaque porta dena armatorum millia ad bellum proficiscerentur, iam oportet, ut numerus militum fuerit decies centenum millium. Recte tamen sese habere locum hunc Melae, adparebit ex illustri loco vetustissimi cuiusdam auctoris, cuius verba nobis servavit scholiastes quidam ad nonum Homeri librum, ante aliquot annos in Germania [Helmstad. 1620. 8. ab Horneio] editus. Is itaque hoc pacto de Thebis loquitur: Ἐν ταύτῃ δὲ ἦν πρότερον τὰ βασίλεια τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἃ πολλοὺς ἔφερον φόρους Λίβυες, Αἰγύπτιοι, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διόσπολις ὀνομάζεται. Εἶχε δὲ κώμας μὲν τρισμυρίας τρισχιλίας τριάκοντα. Τὸ δὲ ἄστυ εἶχεν ἀρούρας ψ' καὶ πύλας ἑκατὸν, ἀνδρῶν δὲ μυριάδας ψ'. Ταύτην ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς Ὄσιρις. Ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐστράτευον ὁπλῖται μὲν μύριοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι, ἁρματηλάται δὲ διακόσιοι. Haec verba unice confirmant hanc, quam reddimus Melae lectionem. VOSSIVS. De *denis armatorum millibus*, quae perperam et audacissime contra Codd. con-

ſenſum hinc eiecerat Pintianus, eumque ſequi ſolitus Schottus, vide hic Voſſium. PERIZONIVS. De ipſa re eiusque fide, dubia an vera, Vol. 2.

milia) ſic et hic Lipſ. Gud. Rehdig. Cibin. De hac ſcriptura dictum ſupra ad §. 8. Pro *contermina* Lipſ. *contermia;* Prag. *continua.* Poſt Vindobon. *Peluſum;* Cibin. *horas*, ut ſupra 1, 8, 5.

ſecant) Sic Codd. omnes, et edd. 1. 2. poſt etiam 9. 10. 11. Aliae *ſecat*, quod invexit 3. hinc 4. 5. 6. 7. 8. 12. 13. 14. 15. 16 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, in iis Munſterus, Vinetus, (ex diligentiſſimi conlatoris fide) Vurſtiſius, Stephanus, Heniſchius, Schottus, Graſſerus. Voſſius revocavit *ſecant*, aliis ſubſequentibus. Sed neque ſic vel recentiores vel vetuſtiores in diſtinguendo loco conſentiunt. Nempe, qui *ſecat* legunt, ita diſtinguunt: *contermina, Peluſium Arabiae ipſas oras ſecat.* Qui *ſecant* praeferunt, ſic: *contermina, P. Arabiae. Ipſas oras ſecant C.* atque ſic etiam edd. poſt Voſſium, qui tamen ſic effinxit: *contermina, Peluſium Arabiae, ipſas oras ſecant, C.* TZSCHVCKE. Dictiones: *Peluſium Arabiae* ſuperioribus adiungendae. Deinde ſeorſum et per maiorem literam legendum: *Ipſas oras ſecant*, *Canopicum*, etc. PINTIANVS. *Secat* reſcripſerunt, cum prius legeretur *ſecant.* Vt itaque omnia plana fiant, reddenda eſt vetus lectio: *In litore Alexandria*, *Africae contermina*, *Peluſium Arabiae*, *ipſas oras ſecant.* Oras Africae et Aſiae ſecant Alexandria et Peluſium. Nihil clarius. Paſſim ſic loquitur, cum totas continentes *oras* vocat. VOSSIVS. Recte Voſſius, quod lectionem veterem reddidit, an et veram veteremque diſtinctionem exhibuerit, dubito. Dicit Oras Africae et Aſiae — — vocat. [vid. antea.] Si volumus, quod res eſt, nihil profecio obſcurius. Nunquam ab Mela ſtatuitur urbs ſecare oram, ſed tantummodo

fluviorum alvei. Lib. 2. c. 1. *Maeotidos flexum Buces amnis ſecat.* Lib. 2. c. 1. *Rhion deinde latus orae ſequentis incidens.* Lib. 5. c. 5. *Araxes, quoad campos Armeniae ſecat.* Lib. 5. c. 8. Euphrates *non ſecat continuo agros.* Idque facit ex imitatione aliorum, ſic praeeunte Virgilio Aen. 8, 63. *Pleno quem flumine cernis Stringentem ripas et pinguia culta ſecantem.* Item Ovidio Faſtor. 2, [703.] *Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis Sectus humum rivo lene ſonantis aquae.* Ita hoc loco per Nili alveos et oſtia ſecari oras ipſas ſcribit, facta diſtinctione, quam haec editio [41.] iterum, ut praecedens [40.] tandem refert, opinor, veriſſimam. De Alexandria autem et Peluſio id praedicat, eas clariſſimas urbes in litore, quum reliquae ſint longe a mari. Sed hoc iam viſum Patri meo [Io. Freder.] in obſervationum lib. 1. [c. 16.] Difficilius eſt, quod ſequitur. I. GRONOVIUS. Poſtrema tria *ipſas oras ſecant* referentur ad ſequentia in editione Vineti, quam lectionem, quamvis nonnulli etiam ante illum probarint, ego tamen ideo non admittendam cenſui, quod, ut alii, ita quoque Mela magnas tantum continentes aut longos litorum tractus *oras* appellare ſoleat, non autem brevia intervalla, qualia inter oſtia Nili intercedunt. Si ſcripſiſſet Mela *ipſam oram ſecant,* iam potuiſſet haec diſtinctio admitti. Quod ſi de magnis continentibus Aſia et Africa haec intelligantur, iam abſurdus fuiſſet Mela, ſi terminos adſignaturus utrique continenti omnia Nili nominaſſet oſtia. Terminos praeterea Aegypti ad mare deſignans, Peluſium nempe et Alexandriam, non recte facturus fuiſſe videtur, ſi illos nominaſſet tantum, et non addidiſſet, illos eſſe terminos. Rectius itaque ad praecedentia haec referuntur. Vt paſſim alibi, ita quoque hoc loco Herodotum [2, 15, 17.] ſequitur, qui Aegyptum inferiorem, Delta nempe, neque Aſiae neque Africae adſcribit, ſed mediam facit inter utramque; Libyam enim Canopico, Aſiam vero Peluſiaco terminat oſtio. Sed vero Herodoti

aetate nondum erat Alexandria, poſtea demum condita et Aegypto attributa. Hac itaque in parte ab Herodoto receſſit Mela, poſteriorem ſecutus distributionem et totum Alexandrinum tractum Aegypto tribuens. Attamen inquiunt nonnulli, non urbium, ſed fluminum proprium eſſe ſecare. Verum longe aliud eſt ſecare campos et agros, quam ſit oras ſeu litora ſecare, cum altera ſectio non fiat, niſi in longo tractu, iſta vero etiam in puncto ſpatii. Sic via viam, ſemita ſemitam, limes limitem et denique linea lineam ſecant in puncto, aut certe in brevi ſpatio; aeque enim dicitur ſecare, qui capillum ſecat ſeu ariſtam, quam qui arborem a vertice findit. Nec intereſt, utrum lapis, foſſa, civitas aut quaelibet alia res intercedat. Quidquid enim dirimit aut ſolvit continuitatem, id ipſum etiam ſecat et dividit. Recte itaque Peluſium et Alexandriam oras ſecare dicit, cum in ipſo ſectionis ſeu decuſſationis puncto ſitae ſint hae civitates. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Placuit ſibi Voſſius in contemplanda diverſitate *orae* et *litoris* apud Melam. — Quod quam verum ſit, oſtendit ipſe Mela 1, 7, 36. [§. 5.] *Promontorium Bryon, ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuiſſe dicuntur, usque ad Phycunta importuoſo litore pertinet;* ubi in una ora agnoſcit clare unum litus; nec aliam inter has voces differentiam, niſi oram, ſpatium terrae ad mare, quod ab hominibus colitur aut coli poteſt; litus eam partem, quam obtinet ac inundare ſolet mare ſine ullo reſpectu magnitudinis. — Mendacium eſt, magnas continentes aut vocatas eſſe ab Mela, aut vocari poſſe oras. Quod de longis litorum tractibus addit, tantundem eſt. Et ecce ipſum noſtrum auctorem 1, 18, 14. [§. 2.] *Tum in promontorio eſt Cana oppidum, quod praetervectos ſinus excipit non pronus, ſed longe ac molliter flexus, retrahensque paullatim oras usque ad ima montis Idae.* En alterum latus unius ſinus deſcribens, non oram modo agnoſcit in eo, ſed oras; quod quantum a magna continente diſtat? Tanto autem abſurdior eſt

in hac Aegypto Voſſius, quod ipſe mox Mela ſic ſcribat 2, 7, 55. [§. 6.] *Pharos Alexandriae nunc ponte coniungitur, olim ab eisdem oris curſu diei totius abducta.* Itaque non oras dicit de Aegypto, quod per brevia intervalla inter Nili exitus intercedentia extendatur tractus litoralis, ſed ut alibi [1, 2, 6.] *ripas* dixit pro una ripa. — Quod ad ſequentia, aliquis terminos Aſiae et Africae adſignaturus, abſurdus ſit, ſi omnia Nili nominet oſtia? Quis hoc Geographus non facit? aut quidni faciat? Rurſus Mela ſcribens *in litore Alexandriae Africae contermina, Peluſium Arabiae*, tantum notat terminos, et non addit illos eſſe terminos? — De phraſi ſive *ſecare campos* et *agros*, ſive *ſecare oras* ſeu *litora*, cur non affert vel unum exemplum, ubi urbs dicitur ſecare oras vel litora? Quis intelligit, Peluſium et Alexandriam in ipſo decuſſationis puncto ſitas eſſe? I. GRONOVIVS *in epiſtola de appendice Voſſii* p. 104 ſqq. MSS. *ſecant*, non *ſecat*, ut Schottus et aliquot alii. Sed recte iam olim Pintianus et deinde Vinetus haec iunxere ſequentibus. Hic vero non obtemperaſſe Pintiano, cui ceteroquin, etiam ubi non debebat, auſcultare ſolet, Schottum, quis non indignetur? Sed et Voſſio turpe eſt, hanc Pintiani emendationem ſpreviſſe, vel neſciviſſe, et, quum dein ea in memoriam ipſi a Gronovio revocaretur, vel in oculos ingereretur, tamen pertinaci faſtu, quia antea eam ipſe non animadverterat, et perplexa prorſus disputatione repudiaſſe, et ita manifeſta nimis contumacia contra liquidiſſimam veritatis lucem inſurrexiſſe; quod indignum eſt Viro erudito. Rectius longe primum Gronovius Pater 1. Obſerv. 16. Pintiani ſententiam agnovit probavitque. Deinde et Filius, non tamen ſuam nunc *tandem*, ſed *veterem iam*, in textum recepit, ut oportebat. PERIZONIVS. Plura addere non opus eſt, nec commodum.

Bolbiticum) Lipſ. Cibin. Vindob. Prag. Gud. Rehdiger. Cod. Muſei Britann. Pariſ. 2. 3. Vatic. *Volbi-*

ticum, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 20. 23. Venet. *Vobilticum;* Bonon. *Vobiliticum;* Parif. *Vuolbicum.* Boccatius de fluviis f. v. Nilus *Voluptionem* vocat et *Volbitium.* Camers repofuit *Bolbiticum*, quem exceptis fuperioribus fecuti funt reliqui. TZSCHVCKE. *Bolbiticum* Ptolemaeus, [4, 5.] Stephanus, [f. v. Βολβιτίνη] Plinius, [5, 11. f. 10.] Diodorus, [1, 33.] Herodotus [2, 17.] *Bolbitinum*, non *Bolbiticum.* Strabo tantum alternat, modo *Bolbitinum*, modo *Bolbiticum* proferens. [vid. 17. p. m. 551. f. 801.] PINTIANVS. Rectius quidem fic fcribi puto, cum ab urbe nomen traxerit, quam Βολβιτίνην vocat Stephanus, qui quidem folus eam proferre videtur. In Strabone etiam Cd. Mofc. conftanter legit Βολβίτινον στόμα. Neque aliud ab urbe adiectivum gentile adfert Stephanus. Attamen altera forma reperitur in Scylace p. 43. (ed. Hudf.) et in Ammiano 22, 36. f. 15. ad quam cum deducant hic Codices omnes, mutare nolui.

Sebennyticum) Vatic. *Pfevennyticum;* Prag. *Pfeveniticum;* Cibin. *Seu emuticum;* Vindob. *Seviniticum;* Rehdiger. *Senemyticum;* Lipf. Parif. 2. 3. *Seveniticum;* Gud. Cod. Muf. Britann. *Seveuniticum;* Parif. 1. *Sivenicum.* Ed. 1. *Sevenniticum;* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 20. 23. *Seveniticum;* aliae, ut Camertis *Sebeniticum*, vel *Sebenniticum*, ex iis Vadianae, Olivarianae, etiam Saling. 1538. et Roftoch. 1591. cum Schotto; Vinetus *Sebenyticum;* Voffius cum fequentibus *Sebennyticum.* Boccatius c. l. refert *Sceveniticum.* TZSCHVCKE. *Sebenniticum)* Sic quidem Strabo [lib. 17. p. m. 551. f. 801. et 802.] et Diodorus [1, 33.] fcribunt. At Ptolemaeus, [4, 5.] Stephanus, [f. v. Σεβέννυτος] Herodotus cum η in lib. 3. a fine [2, 166. vel potius 2, 17.] *Sebennyticum.* PINTIANVS. *Sebennyticum* recte habet ab urbe ex Stephano antea commemorata. Quod de Strabone refert Pintianus, in eo variatur

vulgo in ι et ο, de quo etiam v. Wesseling. ad Herodot. 2, 166. In vulgata tamen forma consentiunt etiam alii, veluti Scylax, Ammianus cc. ll. aliique, cum MSStis.

Pathmeticum —) Vindob. Cod. Musei Britann. Cibin. Lipf. Gud. Rehdiger. et omnes Perizoniani, nihil enim diversi adfertur, *Pathameticum;* Vaticani *Pathameticum* vel *Patameticum*, hoc etiam Prag. et Venetus; parvo discrimine Parif. 2. 3. *Patamethicum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. *Pathameticum;* 9. *Pathamericum;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. ad Vinetum omnes *Pathmiticum*, et post Vinetum etiam 32. 34. 35. 36. Vinetus dedit *Pathmeticum*, hinc Vossius et reliqui. In nomine *Mendesium* libri consentiunt. Tantum Prag. *Mendisium.* De ordine deinceps. TZSCHVCKE. *Pathameticum.)* Scribo *Pathmiticum* ex Ptolemaeo. [4, 5. in quo tamen η.] HERMOLAVS BARBARVS. Strabo libro ultimo [p. m. 551. f. 801.] *Phatnicum*, vitiose, ut reor, pro *Phatniticum.* Ptolemaeus [c. l.] *Pathmeticum*, sicut in Pomponio legebatur, antequam correctores manus in eum iniicerent. PINTIANVS. Et hic quoque peccarunt in ordine, contra fidem veterum librorum, in quibus *Pathmeticum* recte praecedit. VOSSIVS. Turbatus hic fuit ordo, quum praemitti debuisset *Phatmiticum* ex auctoritate MSStorum Melae et primarum editionum. Accedit situs locorum, qui idem postulat. Verum hoc iam curavit Vossius. PERIZONIVS. Nempe Olivarius cum suis praeposuit *Mendesium*, hic desciscens ab ed. 24. quam alias reddere solet. Secuti tamen sunt Olivarium etiam Vinetus et Schottus. Ed. Saling. 1538. vulgatum hodie et a Vossio revocatum ordinem tenuit. In ipso prioris ostii nomine variant auctores, de quo vid. ad Diodor. 20, 75. hic tamen Codices ad *Pathameticum* ducunt Ptolemaei forma.

Cataptystum) Multas formarum mutationes expertum est hoc nomen. Voff. 1. Cibin. *Capatystum;*

Voſſ. 2. *Cap cataptiſcum;* 3. et 5. Gud. Leidenſ. *Cataptiſium;* Voſſ. 4. Vatican. 1. et alius Vatic. in ed. 23. *Cataptyſium;* Mediolan. *Catapyſium;* Venet. Pariſ. 3. *Cataptiſcum;* Lipſ. Prag. *Captatiſcum;* Vindob. Oxon. Cod. Muſ. Britann. *Captatiſium;* Perizon. *Captatiſiium;* Vatic. 2. *Captiſcum;* Rehdiger. *Catiſium;* Bonon. *Cataptiſiicum;* A. Gron. *Captatirium;* Boccatius c. l. *Cataptiſium;* Havn. cum ed. 3. habuiſſe videtur *Cataptiſcum;* quid Pariſienſ. 1. et 2. non notatum erat; quin enim cum ed. Voſſ. legant *Taniticum*, dubitare licet. Quod ex Vaticano optimo Voſſius refert *Captatiſcum*, idemque ex ſuo optimo *Captatiſium*, coarguitur a Perizonio, qui tamen ipſe erravit, dum ex Vaticanis in ed. 23. notavit *Cataphyſium*, et ex Voſſ. 3. et 5. teſte quidem in his Dukero, quippe qui *Captatiſium* legant. Edd. 1. 2. (non *Cataptiſium*, ut vult A. Gronov.) 3. 4. 5. 9. 11. *Cataptiſcum;* 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 20. 23. 39. 40. *Taniticum;* 12. 14. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. et ſic poſt Vadiana et Olivariana familia vel adfines, Vinetus, Vurſtiſius, Stephanus, Heniſchius, Schottus, 36. 37. Graſſerus *Tanicum;* 41. 42. *Calaſiricum;* 43. 44. et reliquae *Cataptyſium.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus [4, 5.] et Strabo [17. p. m. 551. ſ. 801.] *Taniticum;* Plutarchus *Tanaeticum*, [immo Ταναϊτικὸν de Iſide p. 405. ed. Lipſ.] Plinius [5, 11. ſ. 10.] *Tanicum*, [immo *Tanaiticum*] ab urbe *Tani.* HERMOL. BARBARVS. *Tanicum.*) Legendum *Taniticum* ex Strabone, Ptolemaeo, [cc. ll.] Marcellino, [22, 15.] Plinio [c. l.] ſcriptae lectionis; in quo tamen perperam Hermolaus *Tanico* legit reclamante etiam analogia. Nam ut *Sais*, *Saiticum*, teſtibus Stephano et Herodoto, [2, 17.] et a *Naucratis* *Naucratiticum* ex Plinii [c. l.] ſcripto exemplari, ſic a *Tanis* urbe *Taniticum.* PINTIANVS. Pro *Tanaitico* vel *Tanico* aliud ſubſtituendum videtur. An κατάπλευστον ſcripſit Mela? A facili appulſu poſſit videri dictum hoc oſtium. Interim nullum

relinquitur dubium, quin idem fuerit, atque Taniticum, quamvis non ignorem etiam alia fuisse Nili ostia, praeter illa, quae vulgo a Geographis referuntur. VOSSIVS. Quis in contemplatione lectionis vetustae moderatus et elegans indulgeat accedatque Hermolao Barbaro, quum ipsius temporibus ederetur *Catapiscum*, [*Cataptiscum*] ad Ptolemaeum, Strabonem, Plutarchum Pliniumque abeunti, et inde *Tanicum* procreanti? aut hanc ipsam vocem augenti Pintiano, ut nunc habetur, nullo respectu vetustatis, quae omnis praeter exiguam mutationem convenit ad citatam scripturam *Cataptisium*, vel *Captiscum* in Mediol. *Catapystum*. Hinc Vossius ausus est rogare: An κατάπλευστον scripsit Mela? et ne ratione destitui putemus, addit, a facili appulsu possit videri dictum hoc ostium. Sic ridendus, dum inter cetera Nili ostia, omnia vere Aegyptiaci sermonis, statim ob literarum convenientiam infulcit aliquid Graeci. — Vix, fateor, prima fronte ex hac tam differente tamque obscura lectione aliquid vere extrices, vel potius vix decernas, quid eligas. Sed tamen nullus, spero, ostiorum Nili paulo peritior diffitebitur, quin recte contemplatus vel superius positas scripturas, vel Vaticani Codicis *Captatiscum* vel *Caplatisium* [at vid. supra] alterutrum dicat latere, vel *Aphthiticum* ex auctoritate Herodoti lib. 2. c. 166. iungentis nomos Aphthiten, Taniten, Mendesium, unde potuit ostio circa has partes appellatio contigisse, vel *Cabasiticum*, ut Ptolemaeus [4, 5. ubi quidem Καβασίτης νομὸς] aut *Capasiticum*, ut Plinius [5, 9. vid. varr. ibi] nomum eundem agnoscunt, etsi ille tam longe hinc eum removeat, ut vix videatur ostio inter Mendesium et Pelusiacum inde accidisse nomen. Quidquid sit, alterutrius vocis literae his persimiles. I. GRONOVIVS. An ergo *Agathodaemon* etc. *Heracleoticum* ostium, an *Bucolicum*, *Naucraticum* et *Diolcos* ostia non sunt Graeca nomina? An *Pelusium*, *Alexandrinum*, et *Ceramicum* ostia voces sunt Aegyptiae. Pergit tamen Gronovius et confidenter

affirmat, pro *Cataptyſium* legendum eſſe vel *Aphthiticum*, vel *Cabaſiticum.* Dicit literas eſſe perſimiles. Si terminationem auferas, vix aliquid ſimile ſupererit, ſitus vero non permittit, ut alterutrum admittatur. Si enim a *Cabaſa* ullum unquam appellari potuiſſet oſtium, fuiſſet hoc Sebennyticum. Illud autem octoginta minimum paſſuum millibus abeſt a Tanitico. Aphthiticus nomus et ipſe quoque quam longiſſime abeſt a Tanitico, cum ſitus fuerit ultra omnia Nili oſtia in illo inferioris Aegypti nomo, quem Arabicum vocat Ptolemaeus. [4, 5.] At vero ſi *κατάπλευστον* legas, omnia bene ſe habebunt. Ex omnibus enim Nili oſtiis tutiſſima et maxime navigabilia et olim et nunc habita ſemper fuere Naucraticum et Taniticum, vulgo dictum *Damiatae,* olim *Thamiathicum* a Thamiathi oppido. Vt itaque Naucratis et Naucraticum dictum, quod navium capax eſſet iſte Nili alveus, ita quoque ſimile de cauſa Taniticum dictum *κατάπλευστον,* quod navigabile eſſet, cum Peluſiacum et alia vicina non eſſent navigabilia. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Scripſit auctor *Calaſirium* vel *Calaſiricum.* Eam vocem univerſam habes in lectione Vaticani Codicis et alterius, quem optimum appellat Voſſius, ſi abieceris literam *p.* Scilicet Herodotus, quum lib. 2. c. 164. dixiſſet de Aegyptiis, *ὅτι μάχιμοι αὐτέων καλέονται* Καλασίριες, addit c. 166. Καλασιρίων *δὲ οἵδε ἄλλοι νομοί εἰσι,* Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀφθίτης, Τανίτης, Μενδήσιος, Σεβεννίτης etc. Ex his ergo patet, ad illos pertinuiſſe praefecturas multas Deltae et *τῆς κάτω χώρας,* ut dicebant; ubi ab eisdem oſtium fuiſſe denominatum, mirari nullus poteſt; quod quia ſic prope accedit ad priſcos codices, id reſtituere contextui non dubitavi. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Olim ſcribebat Voſſius Vaticanum legere *Captatiſcum,* optimum ſuum Codicem *Caplatiſium.* Nunc exſtat in libris vetuſtis *Captatiſcum* vel *Cataptyſium.* — Quid eſt, ſi non hoc, ita quaedam verba ex libris ſcriptis citare, quo magis veriſimilem

ſuam efficiat coniecturam? Vocem *κατάπλευστον* non aliunde ego avertere volui, quam a Mela, unde et certiſſime averti per eam rationem, quod ceterae appellationes vere ſunt Aegyptiaci ſermonis a Mela huc allatae; quae alterius peregrini ſermonis foſſae hic pedetentim adiectae ab aliis citantur, ut nihil ad Melam pertinent, ſic nihil ad nos. Vnicum reſtat Peluſiacum, quippe quod Graecum a pluribus cenſeri video. Sed primo abſolvamus, quod agimus. Quid ergo? an id oſtium, apud omnes ſcriptores clariſſimum et vetuſtiſſimum prorſus, nempe Taniticum, poterit documento et exemplo eſſe, ut perſuadeamur, Melam inter ſua, quae ſunt omnia reliqua notiſſima, etiam numeraſſe appellationem nullibi lectam, nullibi auditam, adeo quoque generalem, ut omnibus vel maxime conveniat, eamque in vicem appellationis vulgatiſſimae et Aegyptiacae, ut eſt *Taniticum*? Det ullum alium, quo auctore tale quid infulcire et comminiſci ſit auſus. — Vt concedamus aliquid, vel potius fingamus de duobus navigabilibus; primum a quo ita dictum legit? Secundo, ſi Taniticum Graecam aliquam ſortitum fuit appellationem, iam ut ei aequetur Naucraticum, debet hoc vice verſa aliam quoque habuiſſe appellationem Aegyptiam et ea nunc uti auctor. Tertio, quis Naucraticum dictum credet ab alveo navium capace, et non ab ipſa urbe appoſita introrſus, ſicut alia Melae memorata? Rurſus quum illa ſint omnia talia, ut vel ab oppido vel nomo ſic dicantur, an poterimus credere, unum his immixtum ex alieno coelo neſcio quam derivationem adferens? Sed an Naucratis ſic Graeco vocabulo dicta, quod navium capax eſſet iſte Nili alveus? Vnde et ex quo Grammatico id deducit, cum Stephanus Ναύκρατις, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων. Vt communis vox, unde eius origo, ναυκρατεῖν nunquam notat navium capacem eſſe, ſed navibus ſuperiorem eſſe; ut contra ναυκρατεῖσθαι, ſic Mileſii ναυκρατοῦντες et θαλασσοκρατοῦντες hanc urbem

dicarunt memoriae eius gloriosi temporis et facti sui. — Vbi ullibi apud Graecos legit vel audivit, κατάπλευστον esse navigabile, uti nunc scribit? vel facilem appulsúm? — Tum in omni mea nota non occurrit *Cataptysium.* — Ne autem videar aliquid reliquisse dubitationi residuum, quale esse posset, quod omnia ostia Nili apud Melam dixi Aegyptiaci sermonis, quum inter illa sit Pelusiacum, quod Graeci suum vindicant, tamquam ab luto, suo πηλῷ, dictum, id scias bene me et ante biennium et nunc meminisse, sed nunquam id mihi potuisse approbari. Quippe quum et hoc ostium ab urbe Pelusio sic dictum sit, Pelusium iactetur Isidis opus; unde Graeci ad hanc originem pertinere potuerunt? An ipsa Io credi debet, quum suum Graecum nomen in Aegypto dicatur mutasse, hoc tamen Graecum vocabulum exstare illic voluisse fabulosi casus et itineris sui documentum? Qui credam? I. GRONOVIVS *in epistola de appendice Vossii* p. 106 sqq. Non male Vossius ex scriptura Codicum suspicatur scripsisse Melam κατάπλευστον, vel Latinis literis *Cataplysium,* hoc est, ostium, in quod facile navigari potest, et quod opportuna habet litora, si modo probari posset alicunde, proprium hoc fuisse illius ostii nomen, aut quemquam unquam eò nomine vel epitheto istud ostium designasse. Gronovius itaque malit *Aphthiticum* vel *Cabasiticum.* Verum haec, ut nimis remota a *Tanitico*, reiecit in Appendice Vossius. Sed et ipse postea neglexit ea et praetulit tandem *Calasiricum,* inque ipsum immisit textum. At *Calasiries* non fuerunt gens aut populus, aut regio Aegypti, et idcirco apud Geographos Strabonem, Ptolemaeum, et alios nusquam plane, vel nusquam ita nobis occurrunt; sed erant certum genus, seu ordo hominum, in cuiusmodi genera septem divisi fuerunt Aegyptii. In his classibus, seu generibus hominum, erant et bellatores, qui iterum dividebantur in *Calasiries* et *Hermotybies.* Hi sparsi erant in varios Nòmos, seu regiones, unde colligebantur, et ubi habi-

tabant inter reliquos cives opifices, aut alio vitae genere victum quaerentes, qui longe iſtic maiore erant numero. Atque adeo, ut olim Romae tres tribus explebant militibus, quos ſingulae conferebant, Legionem, ſic fere illi Nomi in Aegypto ex ſe conficiebant numerum, qui requirebatur, in ordines iſtos, ſeu claſſes bellatorum explendas, niſi quod plerumque haec dignitas iſtic eſſet hereditaria. Vide Herodotum 2, 164. 165. 166. Nihil ergo hoc nomen ad regionem certam pertinet, unde oſtium aliquod Nili poſſet denominari, atque inſuper *Taniticum* magis, quam *Mendeſium*, aut *Sebennyticum*, ex quibus Nomis aeque ac ex Tanitico ſumuntur *Calaſiries*. Quid vero tu, dicet quis, an melius quid aut ſpecioſius habes? Nihil omnino. Hoc enim eſt eius generis, ut poſſit certius aliorum coniectura refelli, quam vera erui. Neque vero hinc expedire ſe videtur potuiſſe Cellarius, qui, quantum ſcio, locum hunc Melae, medicinae adeo indigum, nusquam attigit. Videant peritiores an ex urbe et metropoli *Panephyſi*, quae opportuno certe loco inter Mendeſium et Taniticum oſtium eſt ſita, aliquid extricare poſſint. Ego crediderim in antiquiſſimo iam exemplari, unde reliqua dein ſunt deſcripta, quod hoc ipſo in capite iam liquido, ni fallor, documento probavi, locum hunc fuiſſe vel fortuito caſu iam corruptum, vel temporis, aut ſcriptionis, culpa obſcuratum, atque inde factum, ut poſteriores dein pariter hanc tam obſcuram lectionem etiam magis ab ſe vitiatam nobis iam obtrudant. Operae tamen pretium duxi variantes lectiones omnes bona fide exponere, ut, ſi qui velint, et poſſint, ingenii ſui hic exercendi opportunam habeant occaſionem. PERIZONIUS. Cum *Taniticum* vel *Tanicum*, illud quidem ſimpliciter melius, nimis disſideat a codicum ſcriptura, ad alias nominum ſimiliores formas recte confugerunt viri docti, ſed parum laeto ſucceſſu. Nec κατάπλευστον eximam, ſatis, opinor, a Gronovio refutatum. Nec magis probatur coniectura a Perizonio facta, cum nusquam ab urbe

Panephysi ostium adpelletur, nec in vetustioribus auctoribus urbs ipsa occurrat, etsi situs a Ptolemaeo 4, 5. indicatus minime repugnet, quo minus ad Taniticum referri possit. Denique nihil eiusmodi ex scriptura Codicum eliciatur. Restat unus Plutarchi locus, quem, mirum, omnes hic neglexerunt aut ignorarunt, cum tamen apte transferri possit ad lectionem, quam temere tanto consensu tueri Codices minime sustinuissent. Exstat autem in libello de Iside et Osiride p. 405. Vol. 7. ed. Lips. Postquam narravit, Osirin arca fraude inclusum per Taniticum ostium in mare demissum fuisse, ita pergit: ὃ διὰ τοῦτο μισητόν ἐστι νῦν, καὶ κατάπτυστον ὀνομάζειν Αἰγυπτίους. Habes diserte idem verbum, quod servarunt hic optimi codices, alii ad formas parum diversas deflexerunt. Mirum tamen utique, cur Mela *Taniticum* non ipso proprio nomine adpellare, sed remotiori hoc et sacro quasi indicare voluerit.

Pelusiacum) Prag. *Pelusiachium;* Vindob. *Pelusiacicum.* Post Vindob. Lips. Cibin. Prag. Cod. Musei Britann. *hostia*, uti et veteres editiones non hic solum, sed et alibi. Sic cap. 10. *habundat.* Cf. supra ad §. 4.

CAP. X.

Codex Zalusc. inscribit: *De Confinibus Arabiae Partiumque eius conditionibus.* Lips. Gud. Paris. 1. *de Arabia*, uti edd. 1. 2. 9. 13. Continua serie nectunt cum superiori Cibin. Prag. Rehdiger. Segmento facto distinguunt edd. 3. 4. 5. 6. 10. 11. *Arabiae descriptio* praeponunt 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Arabia* 12. 14. 19. et cum cognatis Olivarianae, Vadianae et post aliae cum recentioribus. In capitum numero, si quae indicant, differunt item, veluti cap. 6. edd. 8. 20. 23. cap. 7. ed. 13. Olivarius cum suis, Schottus, Vossius et posteriores cap. 10. Reinoldius cap. 11. Vinetus hic adponit cap. 33.

ad Rubrum mare) Vindob. *ad mare rubrum.* Ante Rehdiger. *arabya.*

illic) Sic cum aliis Vadiani ed. prima, et quae eam reddit 18. Poſt *illinc*, et in ſequentibus ed. 22. *hic* quidem retinuit, ſed aliae eius familiae *hinc*. Vid. poſt.

laeta) Lipſ. *late*, ſed in margine eadem manu adſcriptum *al. leta.* Mox Cibin. *dicior;* ed. 11. *dictior.* TZSCHVCKE. *Editior* videbatur legendum, ut antitheta eſſent *laeta* et *editior planae* et *ſterili.* Sed quum Plinius 5, 11. [ſ. 12.] *Arabiam ad mare rubrum pertinere, et odoriferam illam ac divitem et beatae cognomine inclitam* ſcribat, ampliandum cenſeo. Quamquam defendi poteſt *editior* ex ipſo Mela 3, 8. de Arabia felice, *quae inter oſtia extenditur* (Perſici et Arabici ſinus) *ſilvae cautesque exaſperant.* CIACCONIVS. Nihil in Mela mutandum, quod et ipſe Ciacconius dein videtur ſenſiſſe. PERIZONIVS. Nempe obpoſitio nec per ſe eſt neceſſaria, nec a libris adiuvatur. Quod porro verbis *ditior* et *abundat* offenſus etiam Schwartzius in monumentis ingenior. Tom. 3. p. 166. Ciacconii emendationem probat; *ditior* vox eſt latiſſimi ſenſus, quam ſubiecta definiunt.

thure) Eiecta adſpiratione dedi, quam et omiſit Cod. Gud. Alii cum recentiſſimis edd. etiam inſerunt. Cibin. *thurae.* Vid. Dausqueius in Orthogr. P. 2. h. v. Cellarius in Orthogr. T. 1. p. 376. ed. Harleſ. Drakenb. ad Liv. 10, 23, 2. Sed profligata nunc res videtur.

abundat) Et ſic cum adſpiratione praemiſſa multi Codices, uti Cibin. Lipſ. Prag. Vindob. Omiſit et hic Gud. Cf. ad finem ſuperioris capitis.

hic niſi qua) Edd. aliquae praeter Vadianas, de quibus paullo antea, in iis 7. 8. *hinc.* Pariſ. 2. Prag. *haec niſi qua;* Vindob. *niſi quaſi.*

Casio) Prag. *Cathesio;* alii geminata litera *Cassio,* in iis Cibin. Rehdig. Lipſ. cum edd. 1. 2. 9. 11. 13. 35. 43. quaedam etiam ex Olivarianis, uti Lugdun. 1539. et 1609. Sed ſimplici *ſ* iam edd. 3. 4. 5. Recte et comprobantibus auctoribus Graecis antiquioribus, poetarumque locis, in quibus correptum *a* invenitur. Vid. Lucan. 8, 470. et alibi, Dionyſ. Perieg. 901. Avien. in deſcr. Orb. terrar. v. 1059. Accedunt numi, maxime in quibus crebro Ζεὺς Κάσιος occurrit. Vid. Patinus in num. Imper. Roman. p. 180. et omnino, quae adtulerunt Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 428. T. 2. P. 2. p. 1309. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 189. et Vol. 3. p. 326. praeterea Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 14. et ad Solin. c. 34. ſ. 37. p. 401. Wolfius ad Autolyc. lib. 1. p. 44. Reland. in Palaeſtin. p. 45. ed. 1716. Poſteriori aevo duplex *ſ* invaluit, et ſic in Appiano de Bell. Civ. 2, 84. ubi et retinuit Schweighaeuſerus, etſi alterum rectius cenſet, quod et habet Ptolemaeus 5, 15. contra atque ille adfirmat. Antonini itiner. p. 152. ed. Weſſ. Peuting. tab. 9. Et ſic videntur poetae etiam poſteriores. Probat adeo Grotius in Martiano Capel. lib. 6. p. 220. ex ſuo Codice, ubi vulgo *Caſius.* Vid. ad 3, 8, 3.

plana et ſterilis) Aptiorem putamus lectionem, *plana, ſed ſterilis.* Nam ad planitiem videtur conſequi ubertatem. In Arabia autem Aegypto contermina e contrario ceſſit. Idcirco quadrat optime adverſativa, ut vocant Grammatici, particula. PINTIANVS. Nihil in his verbis, quod male ſeſe habeat, aut quod obſcurum ſit. Arabia felix, quae ad mare rubrum pertinet, thure et odoribus abundat, haec vero Petraea, quae pertinet ad mare internum, ſterilis et plana, utpote arenis obducta, praecipue ubi Aegyptum contingit, et ſolo monte Caſio attollitur. VOSSIVS. Non inepte quidem *ſed* emendat Pintianus, cum has particulas ſaepe

mutari conſtet, de quo cf. Drakenb. ad Liv. 21, 26, 6. praeter alios, et ſupra ad 1, 9, 5. ſed ſine neceſſitate, cum et ſic intelligi poſſit, et invitis libris omnibus. Ceterum vox *plana* abeſt a Cod. Vindob.

Azotum) Venet. *Azotum aromatum ſuarum et mercium.* Pro *Azotum* Havn. et Pariſ. 2. *aromatum;* Cibin. Gud. Rehdiger. *Arotum;* Prag. *Agothum.* Alii ex ſuis nihil hic diverſitatis adtulerunt. Vox *aromatum* ex margine irrepſiſſe, et poſt in Azoti vicem ſubiiſſe videtur. Schwartzius in monum. ingenior. T. 3. p. 167. emendat *Azotus,* et, ſublata diſtinctione maiori, verba *qua in altum* etc. ad Azotum refert, ut rem mirabilem narrare noſter cogatur. Equidem non ſequor, et alteram formam Melae uſitatam eſſe puto.

edita) Lipſ. diphthongi ſigno ſubpoſito dedit *aedita*, in quo alibi etiam peccat. Tamen etiam *aedita* exhibent 1. 2. 9. Olivarius in utroque exemplari ed. 25. et quaedam ex familia. Deinceps τὸ *ex* omiſſum in edd. 7. 8. Poſt Rehdiger. *et quarta vigilia.* TZSCHVCKE. Cum ſint duo montes *Caſii*, alter Arabiae, alter Syriae, quod Pomponius tribuit Caſio Arabiae, Plinius [5, 18. ſ. 22.] Marcellinus [22, 14. Gron.] ceteri Caſio Syriae adſignant. Quapropter verba haec in Syriam transferri debent et monti Caſio adnecti. Inhumanum enim eſt, malle errores tam ſupinos Pomponio, quam librariorum ebrioſae oſcitationi impingere. PINTIANVS. Haec non debuerunt in caput ſequens transferri, cum Melá ipſe alterius montis Caſii non meminerit. Neque enim, quod Mela ab aliis diverſum adfert, ſtatim tollendum, quum non obſcurum ſit, quot diverſa inter ſe auctores tradant, et praecipue in Geographia. CIACCONIVS. Transferre in ſequ. caput, tametſi Pintianus iubeat, non auſim. Saepe enim auctores variant, nec ipſe Mela usquequaque Herodoti veſtigiis ita inſiſtit, ut in eius verba iuraſſe videatur.

De Syria enim (non longe abiero) ab Herodoti Clione diverſa narrat. SCHOTTVS. Iſtud potiſſimum doctis viris displicuit, quod Aegyptio Caſio vel Arabico tribuerit, id quod alii tribuunt Antiocheno. Itaque Pintianus verba ſequentia ad caput 11. reiicienda eſſe cenſebat. Verum non recte, cum alios auctores ſecutus ſit Pomponius, qui hoc idem de iſto prodiderint Caſio. Sane Lucanus [10, 434.] *Lucifer a Caſia proſpexit rupe, diemque Miſit in Aegyptum primo quoque ſole cadentem.* Idem tamen Lucanus lib. 8. [463.] miraculum hoc Antiocheno videtur tribuere Caſio: *Nec tenuit Caſium nocturno lumine montem.* Multi e veteribus videntur duos hos montes confudiſſe. VOSSIVS. Ad poſteriorem Lucani locum cf. Oudendorpius, qui dedit *gratum* pro *Caſium*, et quae contra Voſſium monuit. Plura dari poſſunt de his montibus eorumque excelſitate Vol. 2.

- *oſtendat)* Venet. *ſolis ortum oſtentet.* Vltimum etiam habent edd. Ald. et Iunt. nec disſenſiſſe videntur Vaticani, praeter 2. quippe ex quo ſolo in ed. 23. adnotatum legi *oſtendat*, quod habent reliqui libri. Amat quidem frequentativa auctor noſter et ſic in ſimili nexu c. 18. §. 4. *mons orientem ſolem aliter, quam in aliis terris ſolet adſpici, oſtentat;* 1, 13, 3. ſpecus *nihil non venerabile — oſtentat;* ſed et 3, 8, 6. *frontem quae inter oſtia oſtenditur*, etſi forte hic discrimen exquiri poſſit. At nihil mutem propter ceteros libros, et quod alibi ſoleant frequentativa et primitiva inter ſe mutari. Sic *distendit* et *distentat* apud Lucan. 4, 628. ubi vid. Oudendorp. *tracta* et *tractata* apud Eutrop. 5. extr. *detrectare* et *detrahere* apud Frontin. 3, 6, 7. et alia plurima. Vid. Corte ad Salluſt. Catil. 2. in. Iug. 19, 7. Havercamp. ad Oroſ. 2, 19. p. 141. Drakenb. ad Liv. 21, 1, 3. 39, 32, 10. Fiſcher. in libello varr. lectt. ad Nepot. 7, 3, 2. Iaeger ad Nazarii Panegyr. c. 24. p. 65. Sed in his ipſis verbis ſaepe variatur in Livii libris, uti

docet Drakenb. ad 28, 3, 11. Sic *ostendens* legi in Cod. Wurzenensi Suetonii in Iul. Caes. c. 14. pro *ostentans*. Hic tamen praeter Venetum omnes in vulgata consentiunt, quam et recte habere puto, cum non sit identidem iteratisque vicibus et mutata forma ostendere, ut 1, 18, 4. Sed semel omnino et semper. Cf. de hac notione Drakenb. ad Liv. 2, 23, 4. et Bunemann. ad Lactant. 3, 27, 10.

CAP. XI.

Cod. Zalusc. inscribit: *De Siria et Siriae Regionibus, Fluminibus, Vrbibus atque locis.* Lips. Gud. *De Syria*, vel *Siria*, uti edd. 1. 2. 9. 11. (capitulum 7.) 13. Intervallo posito Paris. 1. 2. ut edd. 3. 4. 5. 10. 15. 17. 20. 23. absque intervallo Cibin. Prag. Paris. 2. praemisso titulo *Syria* Camers Vadianus, Olivarius cum suis et ceteris. Capitis 11. initium, qui numerum addunt Olivarianae et recentiores, constituunt; tantum Reinoldianae c. 12. Vinetus simpliciter cap. 34.

§. 1. *litora)* Lips. *lictora.* Aliqui ante *Siria*, ex more. Prag. *lata* et post *latus.* Cib. Vindob. ignorant *etiam.*

introrsus aliis —) Forte sic est distinguendum, *terrasque etiam latius, introrsus aliis, aliisque nuncupata nominibus.* Nam *introrsus* his appellatur nominibus, in littore vero Palaestina, Phoenicia, Antiochia. Plinius lib. 5. c. 12. [s. 13.] *Palaestina*, inquit, *qua contigit Arabas; deinde est Phoenice, et qua recedit intus, Damascena, Babylonia, Mesopotamia, Sophena, Comagena, Adiabena, Assyria ante dicta, et, ubi Ciliciam attingit, Antiochia.* Inde in Aldinis sic legitur. CIACCONIVS. Distinxi ante *introrsus*, quod et Aldum ac Iuntam fecisse video. Reliqui fere ex antiquissimis nullam

nec ante, nec post fecerunt distinctionem. Posteriores male post *introrsus* eam ponunt. Auctor Syriae partes et appellationes vult exponere in *littoribus* et in *terris*. In his *introrsus*, quae habeat nomina, seu partes prius commemorat; at dein etiam illa in littoribus, unde incipit, et quae maxime persequitur. Idcirco dicit *Hic*, in littore. PERIZONIVS. In notis I. Gronovii MSStis haec legi ad vocem *introrsus:* „Hoc etsi fiat, non videtur tamen ea mens fuisse Melae, sic loquendi ex supervacue. Dum enim terras dicit, ita ut eas opponat littoribus, ex se patet mediterraneas et internas intelligi, ut vox *introrsus* plane illic nihil momenti afferat, sed videatur annectenda sequentibus. Id enim mox adiungit, ut pateat introrsum aliis aliisque nuncupatam nominibus fuisse. „Plinius c. l. Melam sic reddidit: *Iuxta* (Arabiam) *Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus;* Plinium totidem fere verbis Martianus Capella lib. 6. p. 219. ed. Grot. Quibus verbis hoc efficere voluisse videtur: Syria non solum litus occupat, sed et introrsus latissime patet, ut terrarum sit maxima. Veteres editiones continua serie verba haec nectunt, aut post *introrsus* distinguunt, uti Vadianus, Olivarius et post alii cum recentioribus. Tantum ex illis Aldus et Iunta Ciacconii distinctionem referunt, ex his Perizonium sequitur ed. 44. Veterum distinctionibus quod pretium sit statuendum, obvia loca docent. Igitur ex nexu et mente nostri caussa diiudicanda est. Verba *aliis aliisque* seiungi minime possunt, sed, ut alibi, ita et hic coniunctim et de una re accipi debent, quod et comprobat Syriae interioris in varias regiones descriptio. Quaeritur magis de priori parte. Atque ita I. Gronovius in notis MSStis recte monuit *introrsus*, nisi quis velit ieiune locutum esse Melam, ad sequentia referendum esse. Tum vero cum Perizonio distingui debet post *latius*, unde sensus exsistit commodus, et quem idem explicavit, dummodo infra cum

melioribus legeris *hic*, non *hinc*, quae lectio et ex hac explicatione adſtruitur. Deſidero tamen in hac progreſſione, quam facit verbo *late* concinnam alias Melae brevitatem, ex quo haec lectio exſiſtat: *Syria late litora tenet, latius terras*, uti paullo poſt *potens* — *longe potentiſſima*. Et ſic alibi ſimilia. Cf. diſſertatio de Mela §. 7. Cui lectio favet aliquatenus Cod. Cibin. qui omittit τὸ *etiam*, etſi vel ſic obſtat τὸ *que* adpenſum verbo *terras*. At, ni fallor, vulgata aliorum omnium librorum lectio ſtare et hac diſtinctione poteſt: *Syria late litore tenet terrasque etiam, introrſus latius* ſc. tenet, ut ſignificet, latius in mediterraneis patere, quam in litoribus. Neque enim ſic ſuperfluum eſt vel languidum τὸ *introrſus*, quia ſic *terras* cum augmento reddit et interiores indicat.

Coele) Cibin. *Caele;* Prag. *cele;* Rehdig. *cocle;* Gud. *ecele;* Lipſ. *et ecelle;* in margine eadem manu: *al. cele;* Pariſ. 1. *Soele.* Vera ſcriptura indubia. Poſt Rehdig. *Meſſopotania*, ut duplici *s* ed. 2. Tum Pariſ. 1. *Dameſene.* Pro *Adiabene* Cibin. *ab ādyabn̄;* Rehdiger. *Adyabene;* Vindob. *duabene;* Vadianus cum ſuis *Adiabaene;* at 21. et 28. et hic deſciſcunt. Edd. Lugd. 1605. et 1609. verba *et Adiabene* ignorant. Graecis Ἀδιαβηνή. Poſt *Adiabene* particulam *et* omiſit Vinetus. Sic in *Babylonia* peccant, pro quo *Babilonia* Vindob. Rehdiger. edd. 1. 2. 11. et forte aliae. *Iudea*, uti ſcribit Rehdiger. paſſim etiam ſic ex numis notatatur; vid. Patin in numiſm. Imper. Rom. p. 141. 147. et quae conlegit Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1028 ſqq.

Commagene) Omnes MSSti a Voſſio, Perizonio et A. Gronovio inſpecti, quibus etiam accedunt mei, habent *Colophone*, tantum Pariſ. 1. *Solophone.* Prius etiam referunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. Hinc 6. 7. 8. 15. 17. 20. *Sophone*, quod et retinuit Vinetus; 23. *Sophoene;* 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25.

et aliae cum Camerte, Vadiano et Olivario ad ed. 42. unde ex Reinoldianis receptum eſt *Comagene*, vel, uti Kappius dedit *Commagene.* At Reinoldius cum augmento praeterea dedit: *et Iudaea et Comagene et Sophene.* TZSCHVCKE. Scribendum puto non *Colophone*, ſed *Sophene*, de qua multis locis in Plinio disſerui. HERMOLAVS BARBARVS. *Cholobetene* locum hic videtur habere non poſſe. Nam et Plinius, qui Melam ſecutus eſt, inter provincias Syriae *Sophenen* quoque recenſet. Manuſcripti tamen Pliniani legunt illic [5, 13. ſ. 12.] *Sophoene*, ut exiſtimem, et apud hunc noſtrum et apud Plinium reponendum eſſe *Sophonene.* Σωφηνὴ et Σωφανίνη et Σοφονίνη eadem eſt, docente id Stephano Grammatico [ſ. v. Σοφηνὴ] et Procopio multis locis. [de aedificiis 3, 2, 5. de B. Perſ. 1, 21. At uterque poſtremam Voſſii formam ignorat.] VOSSIVS. *Sophene.*) Regionem huius nominis nemo non, uti par eſt, Armeniae attribuit, et quidem illi, in qua Tigris dicitur emergere. Itaque tam remotum id eſt ab Syria, ut nullo modo ſub ea comprehendi aliquando potuerit vel poſſit. Id tamen incepit ſtatuere Hermolaus Barbarus, nec refragatur Voſſius vel propter Plinium, qui ſic refert lib. 5. c. 12. Syria *qua transit Taurum Sophene.* Vnde is videri poteſt in Mela ita nunc legiſſe. Mihi credibilius videtur ab Plinio eam opinionem de Sophene tam vere ex Pomponio noſtro hauſtam, quam ſequens ab eodem accepta eſt, qua ſtatuit Commagenen quoque Syriae annecti. Accedit, quo minus id perſuaderi nobis poſſit, quod ipſa ſeries vocabulorum, prout ab eo recenſetur, foret confuſiſſima profecto et perverſi calami opus, ſi, quum Meſopotamiam, Damaſcenen et Adiabenen praemiſeris, tum admixtae Iudaeae annectas Sophenen. Nulla miſerabilior Geographia. Iam vero etiam clare vetant MSS. in quibus omnibus reperitur *Colophone*, quam a Plinii haud dubie ſeculo propagatam ſcripturam ſi hic adeo ſuſtinuit invertere, profecto non ſecutus eſt, ſed ex perperam intellecto Mela

aliquid finxit; ficut Hermolaus, quum fcribendum putat non *Colophone*, fed *Sophene*, non adiuvit leniter Melam et ex corrupta paullulum veram eius manum reftituit, fed incondite ex ingenio fuo finxit. Neque enim haec conftantiffima fcriptura, adeo ubique teftata, vel debet, vel poteft, vel meretur ita detorqueri. Quin ex ea proxime et veriffime ad ipfam Melae manum acceffuros nos fperamus, fi in contemplanda littera *h* utamur eadem via, qua lib. 1. c. 7. in aliis ufi fuimus, diducentes eam in *it*. Putamus enim hic latere *Colpitene* vel, fi ita praefers, *Colopitene*. Sic enim apparet dictam fuiffe partem aliquam Syriae inprimis circa Phoenicen et Iudaeam, ita ut Stephanus illam teftetur, aliquando appellatam Κολπιτήνην vel Κολπίτιν, ut alii ex corrupta ibi vocis terminatione emendant. I. GRONOVIVS. Et hic quoque turpiter fe proftituit infelix Geographus. Negat Sophenen effe in Syria, negat quoque Melam fic fcripfiffe, cum tamen ex Plinio contrarium conftet. Sed dicit Plinium erraffe et vitiofam fecutum fuiffe Melae lectionem, utpote qui et Commagenen quoque Syriae annectat. An ergo Samofata Commagenes metropolis non eft in Syria? An Lucianus non fuit Syrus? Dicit Sophenen effe in Armenia et quidem in illa huius parte, ubi Tigris dicitur emergere. Et hoc quoque peffime. Solas infpexit Ptolemaei tabulas et tamen ne illas quidem intellexit. Ptolemaeus [5, 13.] Sophenos ponit in ulteriore Euphratis ripa et quidem in loco, qui minimum centum et quinquaginta paffuum millibus abeft a fontibus Tigris. Ifte vero iuvenis mifere deceptus Euphraten fumfit pro Tigri, et ἐκτροπὴν Euphratis putavit effe fontes Tigris, et demum exclamat: *nulla miferabilior Geographia;* et fane verum dicit, fi illa, quae ipfe facit, ratione tractentur Geographica. Vt vero fciamus magnam Syriae partem fuiffe Sophenam, non folae Ptolemaei tabulae, fed et alii, et praecipue Strabo erant confulendi. Quam late ripas Euphratis accoluerint Sopheni, vel ex eo intelligas, quod lib. 12.

[lib. 11. p. m. 359. f. 522 et fq.] adfirmat Strabo eos oppofitam Commagenis Euphratis tenuiffe ripam, eorumque regionem in meridiem pertinuiffe usque ad montem Mafium et Nifibin, unde fatis cognofcas, quantam Mefopotamiae partem infederint Sopheni. Supereft iam, ut Mefopotamiam quoque neget Syriae fuiffe portionem. Pergit tamen, et, expulfis e Syria Sophenis, gentem comminifcitur nusquam terrarum reperiendam. Scribit Stephanus Phoenicen dictam fuiffe Ῥαββωθὶν vel Ῥαββώθη, uti eft in libris fcriptis. Huic Syriacae voci, ut placet doctis, expofitionem addit κολπίτης. Cum ipfa Phoenice nihil aliud fit, quam ora maritima Syriae, ut Plinius et alii loquuntur, non male Phoenicum populus dicitur κολπίτης. Nec in Syria tantum, fed et ubique terrarum, cum portuum, finuum et litorum maris accolae fuerint Phoenices, recte appellentur κολπῖται. Ex ifto tamen Phoeniffae gentis epitheto mirifica fane analogia fingit regionem Colpitenam vel etiam Colopitenam, et iftam gentem dicit tenuiffe partem Syriae, in primis circa Phoenicen et Iudaeam. Explofo denique Plinii teftimonio et iuffis ad Tigridis fontes migrare Sophenis, imaginario populo fedes quoque adfcribit imaginarias, et quibus rerum natura nullum unquam conceffit locum, illis locum vindicat apud Melam. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* An, ut difcam Sophenen effe partem magnae Syriae, Strabonis locus in lib. 12. adeundus erat, qui Strabo et Epitomator diferte [lib. 11. p. m. 359. f. 521.] fcribit Σωφήνην τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, et p. 520. [lib. 11. p. m. 367. f. 527.] Acilifenam fuiffe fub Sophene? An potuit quidquam de Armeniaca Sophene teftari ille apertius, fcilicet quia Sopheni coluerunt oppofitam Commagenis ripam, ergo et Sopheni et Commageni fub eadem gente habiti funt? Enimvero fecura in Geographicis argumentatio? — Falfo fcripfit, me dixiffe Plinium erraffe, et vitiofam fecutum fuiffe Melae lectionem, utpote qui Commagenen quoque Syriae an-

nectat; eiusdemque generis eſt, quum in collocatione Sophenes ſcribit, me ſolas inſpexiſſe Ptolemaei tabulas, quum referrem ipſa verbi Iuſtini ex lib. 42. c. 5. f. [innuit prioris notae verba: *in qua Tigris dicitur emergere.*] Et quaeſo ubi ſunt illi a me iuſſi ad Tigridis fontes migrare Spheni? Vt tecum, mi Lector ex vero aliquid communicem, quum verſus Iudaeam hic deflectat Mela, an in iſta *Colophone* non videtur tibi ſedere *Gobolene*, quae Γοβελῖτις dicitur Ioſepho, [antiqu. 2, 1.] incolae Γομολῖται Stephano, portio Idumaeae. I. GRONOVIVS *in poſteriori nota.* Voſſius tuetur *Sophenen*, quod primus legi iuſſit Hermolaus. Sed revera regio haec Armeniae potiſſimum adſcribitur, atque adeo, quum inſuper tam longe a MSStis recedat, non debuiſſet huc ex coniectura inferciri. Probarem Gronovii poſteriorem coniecturam *Gobolenen*, ſi apud ullum occurreret ſcriptorem pars Syriae iſtius nominis, immo ſi hoc ipſum nomen apud Graecos reperiretur, aut Latinos antiquos, praeterquam apud Ioſephum et Chriſtianos Patres et Grammaticos, qui iam iſtos legerunt. Quid ergo? Nullum mihi dubium eſt, quin legendum ſit *Comagene.* Haec enim una ex notiſſimis partibus eſt Syriae, certe Melae tempore, id quod nemo, ut opinor, animum ſedulo attendens negabit. Ea tamen a Mela, ut vulgo editur, ceteroquin foret omiſſa, licet Syriam longiſſime extenderit. Dein, non longius illa a MSStis recedit, quam aliorum coniecturae. Denique, quod praecipuum eſt, Plinius in Syria dividenda Melam plane ſequitur 5, 12. niſi quod inſuper addat Sophenen quoque atque ipſam Armeniam. At in ceteris pro *Colophone*, quod Codd. Melae habent, offert nobis *Comagenen*, quae quum nominari hic debuiſſet, et magna ſit Syriae pars eaque notiſſima, quis dubitet, quin iſti certiſſime corrupto vocabulo ſit ſubſtituenda? PERIZONIVS. Varia adferuntur remedia, quibus corruptus hic locus ſanetur. *Colopitene* Gronovii ultimum locum tenet, immo poſt

Vossii monita, nullum. Melius occupat suum *Goboleue.* Iosephus antiqu. 2, 1. f. et 3, 2. in. *Gobolitin* in Idumaea ponit, et in altero loco circa Petram Arabiae. Diserte vero Eusebius in Onomastico adfirmat, hanc regionem esse circa Petram, quam et ipse alibi in terra Arabiae Edom ponit, et nunc dici addit *Gebalenen,* quam vocem saepe usurpat, et de Idumaea explicat. Apud Stephanum varia scriptura profertur Γάβαλα regio Arabiae, Γέβαλα τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης et Γομολῖται ἔθνος τῆς Ἰδουμαίας, quae huc spectare et ad idem fere pertinere videntur. At, quidquid est, quod Eusebius dicit νῦν καλουμένη, recentius nomen indicat, quod ideo in Mela locum habere non potest. Cf. Relandus in Palaestina 1, 12. et 15. et Bernardus ad priorem Iosephi locum. Succedunt *Sophene* et *Commagene*, quorum hoc tuetur situs et Geographica ratio, illud propior cum Codd. similitudo, quam adiuvat Paris. 1. utrumque Plinius c. l. ubi et Sophenen commemorat et Commagenen Melam aperte secutus. Qua re etiam motus Reinoldius utrumque nomen recepit, etsi alterutrum ferant tantum Codices. *Sophene* etiam in fine sic alibi invertitur, ut in *one* desinat, veluti in Lucano 2, 593. Martiano Capella lib. 6. p. 219. Grot. Accedit, quod Iosephus *Aram Soba* 2 Samuel. 8, 3. 1 Paralip. 18, 3. reddit Σωφηνὴ de antiqu. Iud. 7, 5. in. et hinc Sophenen ad Syriam retulisse videtur. Cum Iudaea etiam coniungunt alii, veluti Lucanus c. l. Claudian. in Eutrop. 1, 220. et hinc etiam *Sophene* hic retinendum censet Oudendorp. ad Lucan. c. l. At in hoc connexu parum est subsidii, cum et finitimas regiones adtingat, non eiusdem regionis partes indicet. Tum Iosephum errasse docet Bochartus in Phaleg. 2, 6. et ex aliis locis efficit, Syriae Soba limitem orientalem fuisse Euphratem, ultra quem Sophene ponitur. In quo Iosephi errore agnoscendo consentiunt etiam docti viri ad Iosephi locum. Si alios Geographos audias, utique ad Armeniam potius Sophene referri debet ultra

Taurum et Euphratem. Sua aetate Cappadociae adscriptam fuisse, cum antea eadem et Gordyene Armeniam minorem conficeret, adfirmat Appian. in Mithrid. c. 105. At contra *Commagenen* nemo non Geographorum Syriae partem facit, cuius mentionem Mela recte omittere non poterat. Forte utrumque, quod Reinoldius praefert, fuit in nostro, et hinc in Plinium migravit, prolatatis Syriae finibus; sed cum unum tantum velint Codices, praestat eligere Commagenen, aut potius receptam relinquere, ne incertum incerto temere mutetur. De scriptura nominis *Commagene* dictum ad 1, 2, 4.

§. 2. *Hic)* Sic Cibin. Gud. Vatic. Rehdig. Paris. 1. 3. Voss. 1. 3. 4. Mediolan. Leid. et duo alii A. Gronovii, Oxon. edd. 1. 2. 9. 13. 29. *Hinc* Lips. Prag. et alii cum suis editionibus. Sic enim edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. omninoque post Camertinae, Vadianae, Olivarianae et post Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Reinoldius revocavit *Hic* cum A. Gronovio et ceteris. Cogit ratio Geographica ut *hic* praeferatur, qua particula Noster alteram Syriae partem in litore sitam persequitur. De commutatione utriusque vocis vid. ad 1, 5, 3.

Palaestine) Sic omnes MSSti Perizonii, Mediol. Leid. Lips. Prag. Vindob. Cibin. Rehdiger. Gud. tantum per *e* in antepenultima plerique. *Palestina* vel *Palaestina* edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. — ad 42. Retinuit Reinoldius, sed *Palaestine* reposuit A. Gronovius inde ab ed. 44. quod remansit; recte ex usu Melae Graecos referentis, apud quos Παλαιστίνη, etsi in numis etiam passim per *e*. Cf. Patin in numism. Imperr. Rom. p. 263. et omnino Rasche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 412. 417 sq. Tum vero paullo post §. 3. etiam *Palaestine* reponendum videatur, ut sibi in hac forma constet. At Latinam terminationem, si non fallunt infidi Codices, in Genitivo, Dativo et Ablativo servare videtur.

Qua tangit Arabas) Cibin. *Arabes.* Sed vulgata ex usu Melae praestat. Prag. *qui tangit ambas.* Pintianus sic dispungendum et cum maiore scribendum censet: *qua tangit Arabas. Tum Phoenice.* Parum refert ad sensum.

tum Phoenice) Lips. Gud. Prag. Rehdiger. Paris. 3. et alii cum edd. suis *cum* praeter Paris. 1. 2. et Cibin. Nempe edd. antiquae 1. 2? 3. 4. 5. et reliquae legunt *cum*, quod et retinuerunt Vinetus et Schottus. Vossius cum posterioribus excepto Reinoldio reposuit *tum*, uti voluerat Pintianus. TZSCHVCKE. *Cum)* Certissimus est error omnium Codicum sic legentium. Nimirum librarii non perspexerunt, *Phoenice* istic esse Nominativum. Recte autem iam olim Pintianus monuerat corrigendum esse: *Tum Phoenice.* Turpiter ergo rem gesserunt Schottus et alii, qui hoc neglexerunt; turpius etiam illi, qui in textum admiserunt, sed dissimulato Pintiani nomine. PERIZONIVS. Recte Pintianus. Post Lips. *foenice;* Gud. *fenice;* Prag. Vindob. Rehdig. ed. 11. *Phenice,* quae nota sunt vitia librariorum. Hinc Lips. *commictit*, ut alibi.

Antiochia) Gud. Vindob. Rehdiger. *anthiochia;* Prag. *Anthiocia;* Cibin. *antiochya.* Sic vitiose Vindob. *Semeramis;* Cibin. *olim potens ac diu.* Prag. *sed tum eam.* Idem et Vatic. 3. *tenuit Semiramis.*

operibus) Ita Codices et antiquae edd. tantum Venet. *Operibus terrae eius. Ex operibus* dedit Vadianus, post Olivarius, et qui utrumque referunt. Retinuerunt etiam Vinetus et Schottus. Primus eiecit Vossius, quem secuti sunt ceteri. TZSCHVCKE. *Ex operibus —)* Constat quidem sensus, etiamsi sic legatur; sed nescio, quomodo aptior erit pleniorque lectio, si *quae* relativum adieceris: *Ex operibus eius, quae certe insignia sunt, duo maxime excellunt.* PINTIANVS. *Ex operibus.)* Haec

lectio nefcio unde [vid. antea] fit profecta, Pintianus enim iam in fua editione fic invenit, et inde voluit ulterius progredi addendo *quae.* — Verum in nullis MSStis reperitur *ex*, neque in prifcis edd. anonyma optima, tum mea, ut et Veneta, Torini, Aldi, Iuntae. Recte ergo veram et priftinam lectionem reftituit Voffius. Sic fupra c. 7. de Vtica et Carthagine: *Illa Catonis fato infignis, haec fuo.* Et infra c. 19. *Abydos magni quondam amoris commercio infignis eft.* Suetonius Caef. c. 61. *Vtebatur equo infigni pedibus prope humanis*, hoc eft, qui notabilis et confpicuus erat eo ipfo, quod haberet tales pedes. PERIZONIVS. Qui *ex* addiderunt, ita nexum fenfumque loci ceperunt, ut *operibus* referrent ad priorem fententiae partem, quafi: multa opera eius funt infignia. At Perizonii exempla, fatis quidem fic obvia, volunt effe, notationem pofteriori parti adnexam, quafi: multa eius funt infignia operibus. Vtrum ex mente Auctoris praeferendum fit, fequentia declarant, quae non folum opera fpectant, fed et numero definito praecipua eorum adponunt, ut inde hic fenfus efficiatur: Etfi multa eius opera funt infignia, excellunt tamen duo maxime. Ita vero prior ratio probanda videtur, quae tamen non nifi addita vel fubintellecta praepofitione expediri poteft, quorum alterum Codices vetant, alterum fit infolentius, etfi fieri aliter nequit. Ita vero 3, 6. in. ante *angulo* praepofitionem *ab* inferi volunt viri docti.

excellunt) Leid. *excellenter;* Cibin. Gud. Vindobon. Rehdiger. multi Perizon. *excellent*, quod etiam ex ed. Reinold. notant A. Gronovius et Kappius. Ita quidem priores. Recentior an. 1775. *excellunt* exhibet, ut confulto illud expreffum effe non videatur. Nota quidem fuit prifcis auctoribus haec forma et paffim adhibita, uti docent veteres Grammatici, Diomedes lib. 1. p. 371. Prifcianus lib. 8. p. 838. lib. 10. p. 896. et alibi in Putfchii auctorr. Gr. Lat. Cf. etiam Voffius de Ana-

logia 3, 28. Sic contra *fervere*, *effulgere* apud Virgil. Aen. 8, 677. penultima correpta. Obtrudere tamen Melae in Codicum dissensione nolui, sed notis continere.

urbs) Cibin. *urbis;* Vindob. *babilon*, ut edd. quaedam antiquae. Idem *scicis;* Rehdiger. *Syos olim* pro *siccis olim.* Tum Lipf. Gud. Prag. Vind. *Eufrates*, uti solet. Sic quidam *Tygris*, (Cibin. Prag.) quod et ferunt multae edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 18. 19. 23. 24. 25. et omnino, quae pressius Olivarium sequuntur. Rehdiger. *Thygris*.

§. 3. *Palaestina)* Hac forma omnes libri proferunt, tantum ex more quidam *Palestina*, cum tamen supra Graecam reddiderint. Vid. ibi. A voce *Ceterum* cap. 35. incipit Vinetus.

ingens et) Vatic. 3. Prag. *ingens etiam munita Gaza*, omissa voce *admodum*.

nomen est) Vindob. *nomine est*.

Cambyses) Gud. *Cambisses;* Vindob. *Cambises*, uti adeo Vinetus; Prag. *Cambases*. Idem mox: *cum Egyptum armis*. Vatic. 3. *quod Cambyses cum*.

belli et opes) Prag. Venet. Parif. 2. ut edd. 15. 17. 20. 23. *belli opes;* Voff. 1. Cibin. *et belli opes et pecuniam*, quod rectius censet Perizonius et ego nunc posui. Ita nempe luculenter separantur subsidia ad bellum gerendum necessaria a pecunia, quae non solum belli usibus inservit, sed et omnino vitae. Tum *pecunia belli* durius est.

Ascalon) Sic plerique Codd. A. Gronovii, ex meis Parif. 1. 2. 3. Lipf. Rehdiger. Gud. Prag. quod etiam de Vaticanis, Veneto, Havn. conlatorum silentium

indicat; Voss. 1. Cibin. *Ascalo.* Edd. 1. 2. 9. 11. *Aschalon;* Vinetus, hinc Vossius et 40. 41. 42. *Ascalo.* TZSCHVCKE. Scribendum *Ascalo.* Sic Pliniani Codices antiqui praeferunt, [5, 14. s. 13.] ut *Narbo, Naro, Hippo, Anco* et plura huiusmodi. PINTIANVS. Sic passim *Agamemno, Laco, Cimo* et alia. Vid. de hac forma Quinctilian. Instit. Orat. 1, 5. et ex recentioribus Burmann. ad eundem c. l. et ad 1, 4. p. 47. Drakenb. ad Liv. 34, 61, 10. Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 14. n. 6. Oudendorp. ad Lucan. 1, 214. et multi alii, quos nominant. In primis consulenda, quae prolixius disseruit Stephanus de abusu L. Gr. cap. 4. p. m. 63. (ed. 1736.) Sic infra 1, 19, 5. *Iaso,* 2, 4, 8. ubi v. Vossius, *croto. Ascalo* in Plinio c. l. sine ulla varietatis nota. *Ascalon* apud Corippum 5, 89. ubi metrum *Ascalo* non admittit. Si in tanta horum nominum per libros inconstantia certi aliquid constituere licet, videntur usitate et proprie Latini in simplex *o* ea nomina Graeca in ων terminare, quorum Genitivus facit ωνος. Hinc Plato, Aristo, Dio, Parmeno et plurima alia. At contrariam in aliis eiusmodi rationem aut libri invexerunt, aut usus receptus probavit. Hic quidem optimos illos Codices secutus dedi cum Vossio *Ascalo.*

Iope) Varie prodit in libris. Cibin. *Ioppe;* Paris. 2. (pro *est* habet *et*) Vatic. Prag. Chis. A. Gronov. *Iope;* Venet. Rehdiger. Paris. 3. tres A. Gronovii *Iopen;* Vindob. Paris. 1. *Iopem;* Lips. Gud. *Yopen;* reliqui cum edd. suis consensisse videntur. Edd. pleraeque inde ab antiquis *Iope;* Olivarius in ed. 25. cum suis, Vinetus etiam, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. *Ioppe.* Hinc cum Reinoldio iterum *Iope.* TZSCHVCKE. *Iope.)* Ita libri veteres. Vtrumque enim rectum Ἰόπη et Ἰόππη. Hinc toparchia Iopica apud Plinium. [5, 15. s. 14. vid. post.] VOSSIVS. Recte de duplici scriptura monet Vossius. In Plinio tamen c. l. et ante Harduinus duplici *p* edidit

et ſine nota varietatis. In aliis parum ſibi editi libri conſtant. Sic Ptolemaeus 5, 16. Ἰόπη in Argentor. 1520. Ἰόππη ſecundum Bertium. Sic Stephanus ſ. v. Ἰόπη et Αἰθάλη. In Solino c. 37. ſ. 34. *Iope* ed. Veneta 1491. aliae cum Salmaſio *Ioppe*. Nec ſibi conſtitit Havercampus in Ioſepho, etſi plerumque geminationem praefert, qualem etiam uſurpant Geogr. Raven. 2, 14. tabula Peuting. ſegm. 9. Hierocles in ſynecdemo p. 719. Weſſel. ſed et ex vetuſtioribus Conon narr. c. 40. Strabo 16. p. m. 522. ſ. 759. 1 Maccab. 10, 75 ſq. Vitruv. 8, 3. — In aliis eſt Ἰόπη, uti ſcribunt Dionyſ. v. 910. et ex eo Priſcian. v. 852. et Avienus v. 1069. Quod quidem metri cauſa factum putat Cellarius in Geogr. ant. 3, 13. 96. Contra *p* ſimplici recte ſcribendum contendit Salmaſius ad Solin. c. 34. ſ. 37. p. m. 401. (ubi vulgo *Ioppe*) cui adſentitur Schraderus ad Avien. c. l. Diſputationem dirimit numus, qui metri vinculis ſolutus libere egit et ex uſu probato. Vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 822. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 433. etſi in utramque partem hic inclinat de ſcriptura. Numum igitur ſequi non dubitavi. Poſt *ferunt* excidit in Pariſ. 2.

accolae) Vindob. *incolae aſſirmavit, qui.* Pro *titulum* Voſſ. 5. *tumulum*, quod, etſi ipſe non multae ſit auctoritatis, tamen non malum eſſe iudicat Perizonius. Solebant enim, inquit ille, tumulis apponi arae. Hinc *ſepulcrales arae* apud Ovid. Metam. 8, 480. Et *acerram* Feſtus exponit *aram, quae ante mortuum poni ſolebat.* Immo apud Sponium itiner. T. 1. p. 419. maritus mortuam uxorem dicitur *βωμῷ τιμήσας, ara honoraviſſe.* Haec ille, ſalva tamen Codicum aliorum omnium lectione. Habet tamen etiam Venetus bonus, etſi vitio adſperſo, *tumulis eius.* Ante *Ibi* pro *ubi* idem.

veteres quaedam arae) Omnes, quos vidit Perizonius, Codices habent *vetereſque damare*, vel

clamare. Ex meis Gud. Rehdig. Vindob. *veteresque clamare;* (uti notante Dukero Voss. 3. 4. cui addit Oxon.) Lips. *clam are,* sic ut hoc signum, ÷ praepositum esset. Cibin. *veteresque damare.* Ex Voss. 1. Dukerus adfert *veterisque clamare.* Et sic τὸ quaedam omittit Boccatius in Genealogiis, ubi hunc Melae locum repetit 12, 25. tantum *veteres clamare.* Vaticani, Paris. 1. 3. Havn. videntur habuisse *quaedam arae,* vel, uti solent, *quedam are,* quo spectant male divisa verba in Cibiniensi. In Venet. Prag. et Paris. 2. voces *quaedam arae* plane absunt. Ed. 1. 2. *veteresque clamare;* 9. *clam are;* 13. *veteresque quaedam arae;* reliquae recte inde a 3. Non igitur primus vulgatam dedit Hermolaus, quod Torini editio notat in margine, et adfirmat Perizonius.

quin etiam) Rehdiger. *cum etiam.* Mox Cibin. *fabulisque;* Boccatius c. l. *atque fabulis.*

servatae) Lips. Gud. Cibin. Rehdig. et cum edd. suis conlati *servataeque,* uti refert etiam Boccatius c. l. Sed sine *que* Dorvillianus notante Oudendorpio, et Prag. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. et reliquae usque ad 44. legunt *servataeque,* quod et placuit Reinoldio. Illa (44.) primum abiecit τὸ *que* et hinc aliae. TZSCHVCKE. Mallem: *servatae a Perseo.* Nam haec res est illa *celebrata carminibus fabulisque* PERIZONIVS. Probat Oudendorpius in nota A. Gronovii, et simile exemplum adfert ex lib. 2. c. 2. ubi: *Turris signum fabulae.*

a Perseo) Τὸ *a* ignorant Vossianus optimus et Cibin. Neque Oudendorpius in nota A. Gronovii admiserit hanc particulam pro stylo auctoris. Sic enim lib. 2. c. 2. *colonia Milesiis deducta,* uti omnes MSSti, non *a Milesiis.* Ibid. *Rheso regnata.* Lib. 3. c. 6. *Quam Geryone habitatam.* Et lib. 2. c. 4. *Roma pastoribus condita,* in MSS. aliquot, ubi vid. et ipse Oudendorp. ad Histor. Belli Alexandr. c. 78. et Vechnerus in

Hellenolexia p. 322. ed. Heuſing. Sed exempla facile obiiciuntur. Minime equidem damno hanc lectionem, quam tamen ubivis obtrudi ex uno alterove Codice nolim, cum et hic modus ſervandus ſit a plerisque praeſcriptus.

Andromedae) Rehdiger. Lipſ. *Andromade*, et ſic in margine hic *Andromada*, uti Gud. *Andromade*, cum recte ſcribat in ipſo contextu. Mirum, quod etiam editiones quaedam non quidem ex antiquiſſimis exhibent *Andromadae*, uti 14. adeoque 24. 25. Olivariana cum ſequacibus etſi non omnibus. Eandem varietatem notat apud Hyginum fab. 64. Munckerus.

marinae belluae) Sic 4 MSSti teſte A. Gronovio; ex meis Vaticani, Lipſ. Prag. Vindob. Cibin. Rehdiger. Nec aliter Boccatius c. l. Reliqui cum edd. inverſo ordine verba haec poſuiſſe videntur, *belluae marinae*, uti edd. ad Reinoldium usque et Gronovianam 42. Poſt *marinae belluae*, quod cur laceſſatur, cauſa ſubeſt nulla.

oſtentant) Vindob. cum Boccatio c. l. *oſtentat*.

CAP. XII.

Proxime et ſine intervallo ſuperiori capiti adnectunt Codices, veluti Pariſ. 2. Lipſ. Gud. Prag. Cibin. Zaluſc. Rehdiger. cum edd. 1. 2. 9. 11. 13. et noſtra aetate Reinoldianis; *Phoenicen* maiusculis tantum literis praemittunt 3. 4. Parvo intervallo et ſine titulo 5. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Phoenicia* primus inſcripſit Camers in ed. 12. Secuti ſunt eius ſectatores cum edd. Vadianis, Olivarianis, Schotto, Voſſio, ad I. Gronovium, qui mutavit in *Phoenice*. Secuti ſunt ceteri. Vinetus hinc cap. 36. incipit. TZSCHVCKE. Quum hae inſcriptiones factae ſint ab editoribus (in MSS. enim, certe quorum

nos confcii fumus, non habentur, nifi paucae) caufa nulla fuit, ut eorum ineptias fequens ederem quoque *Phoenicia*, prout Voffius et contextui et fuis obfervationibus praefigit; quum et hoc loco et iam ante et rurfus capite feptimo libri fecundi appareat, Melam non agnoviffe, certe noluiffe ufurpare, nifi *Phoenice*. Immo quod mirandum in notis Hermolai fimul et Pintiani fic citatur, ut nulla haefitatio me coercere debuerit. Ortelius, quum citat ex Evagrio *Phoeniciam Libanifiam*, viderit, quum Evagrius lib. 6. c. 5. recte fcripferit ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας. Sed et is ipfe fic Palmyram ait defcribi ab Procopio lib. 2. Aedificior. [c. 11.] *In Phoenicia Libanum.* [Φοινίκῃ ἡ παρὰ Λίβανον.] Etiam in ifta Phoenicia faeces forbet Harduinus in pagina extrema Tomi ultimi Pliniani, ubi agit, de arce Phoeniciae, uti amat loqui, oppido, cum in nummis illuftratis bene noffet *Phoenicen.* Notavi et in Cicerone lib. 5. [4.] de Finib. c. 20. Sed et hanc eius appellationem probat nummus apud Triftanum T. 2. p. 100. I. GRONOVIVS. Recte et ad ufum Melae apte, qui et proximo et hoc capite eam formam praetulit. Cellarius adeo in Geogr. ant. 3, 12, 76. unice Latinum putat *Phoenice,* planeque reiicit *Phoenicia,* quod adeo barbarum cenfet Relandus in Palaeftina 1, 9. fin. Monuit tamen ad Cellarium Schwartzius apud Varronem de L. L. 4, 6. *Phoenicia* reperiri. Et fic praeeunte Manutio multi apud Ciceronem de Fin. 4, 20. in iis Ernefti, etfi locus eft controverfus, et libri fere habent *poetica,* uti Cod. Gedanenf. quem primus contulit vulgavitque Lengnich in Nachrichten zur Buecher und Muenz-Kunde T. 2. (Gedani 1782. 8.) Gronovius dedit *Phoenicia* pro *Phoenice,* de quo vid. Ernefti in clave Cicer. h. v. Pofterioribus certe *Phoenicia* magis frequentata eft; vid. Martian. Capella lib. 6. p. 219. (Grot.) Geogr. Raven. 2, 16. Orofius 1, 2. Φοινικία Chronicon Pafchale p. 26. ed. Ven. Exftat etiam infcriptio, quam ex columna opere publico in

honorem Septimii Severi erecta descripsit Poierressonus e soc. Iesu et exhibuit Gudius in antiqu. inscrr. 69, 1. ubi *Legatus Provinciae Phoeniciae.* Et sic ex auctore Iudaico eandem formam notavit Relandus in Palaestina 1, 7. p. m. 29. Numi tamen etiam Imperatorum, veluti Antonini Pii, Caracallae, praeferunt *Phoenice* antiquitus probata magis forma. Vid. Rasche Lex. num. T. 3. P. 2. p. 1246. Eckhel doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 353. et Drakenb. ad Livii epit. 101. ubi libri inter utrumque haerent. *Phoenice* in Mela recte praefertur, siquidem segmento praefixa inscriptione divellendum est hoc caput, licet aperte Mela Phoenicen Syriae partem faciat, quam, uti antea Palaestinam, nunc persequitur. Rectius igitur illi fecerunt, qui continua serie utrumque connexuerunt, quod, quo minus nunc ipse revocarem impediit cogitatio recepti ordinis, qui sic disiiciatur.

§. 1. *Phoenicen)* Rehdig. Cibin. Vind. in fine per *m*, uti quaedam edd. ex Olivarianis, etiam 9. 13. Tralaticium in priori syllaba librorum *Phen.* vel *Fen.*

Solers) Ita quidem inveni in Codd. Gud. Cibin. Rehdiger. Prag. et in plerisque editionibus et recentioribus omnibus. Geminari tamen volunt τὸ *l* Orthographorum, Manutii, Cellarii monita ex Grammaticis, libris veteribus et lapidibus, nec aliter sistunt multae editiones probatae. Equidem his rationibus motus cessi et hic.

ad belli — munia) Vindob. ad *pacis bellique munia.* Edd. 7. 8. vitiose *munimina.*

et literarum operas) Venet. *ad litterarum opera.* TZSCHVCKE. Probabilior lectio *et syderum operas* Plinius lib. 5. [c. 13. s. 12.] *Ipsa,* inquit, *gens Phoenicum in gloria magna litterarum inventionis, et syde-*

rum navaliumque ac bellicarum artium. PINTIANVS. Et hunc quoque locum mutare conatus eſt Pintianus, ſed profecto errat. Literas enim hic vocat Arithmeticam et ſcientias mathematicas, quae numerorum beneficio indigent. VOSSIVS. Violentam et hic manum iniecit Melae Pintianus, quam omnes repulerunt, etſi in explicando verborum ſenſu interpretes a Voſſio recte disceſſerunt, quorum conlectas disputationes ſiſtet Vol. 2.

aliasque etiam artes) Voſſ. 1. Cibin. et antiquus Codex in ed. 27. notatus addunt *exercere.* Pariſ. 3. *atque alias artes.* TZSCHVCKE. Voſſ. 1. addit *exercere,* ſed perperam, ut puto. Videtur librarium turbaſſe, quod in una conſtructione et periodo participio *commenti* modo accuſativos, modo infinita verba videbat additos; qua etiam cauſa vix dubito, quin mox Pintianus tria illa verba *regnum proeliumque* voluerit eiecta, licet aliud praetexat. PERIZONIVS.

maria) Vadianus, neſcio unde et cur, inde ab ed. 16. poſuit *mare,* quod repetierunt reliquae ex ſuis et cognatae. Edd. 21. et 28. aliaeque cum MSStis *maria,* idque melius etiam ad declarandam longiorem Phoenicum navigationem.

regnum proeliumque commenti) Cui non pellucet, tria illa verba regnum proeliumque enarrationem eſſe illorum, quae ſtatim praeceſſerunt, *claſſe confligere, imperitare gentibus,* a librariis per ignorantiam verſibus auctoris immiſta? PINTIANVS. At ſine iis verbis manca fuerit oratio, quae Melae ſemper fluit. CIACCONIVS. Absque iis verbis manca eſt oratio. Sane minus laborandum eſt in emendando hoc auctore, abstergendisque iis maculis, quas veteres induxere librarii, quam in iudicandis et expurgandis pravis lectionibus, quas eruditi huius ſeculi obtrudere voluerunt. VOSSIVS. Eadem de cauſa Pintianus deleri volebat 2, 2, 10. verba: *factus*

freto navigabili pervius; Oudendorpius *exordium* 1, 5, 1. et ibidem poſt *uſuro* Voſſius eiecit non improbante Perizonio. At in adſtricta Melae brevitate ſunt tamen plura, quae redundare videantur, nec reciſa anxie deſiderentur, ut 2, 2, 1. *ad ferociam et numerum;* 1, 11, 2. *excellunt;* hic infra *miſcet:* Quae quidem omnia quis amputet, cum non ſolum explicationis lucidioris cauſa, ſed et ad numerum ſonantioris orationis adiecta eſſe poſſint, nec librariorum manus prodant, certe ad unum omnia? Vid. diſſertatio de Mela cap. 7. Ceterum Schwartzius in monumentis ingenior. T. 3. p. 168. totum hunc locum ſic emendat: *literas et ſtellarum ope has aliasque etiam artes — regnum praecludere commenti.* Ita vero etiam ingenioſam auctori brevitatem ſervatam eſſe putat.

§. 2. *et Tyros)* Abeſt *et* a Cod. Gud. nec habuiſſe videntur Havn. et Pariſienſes cum ſuis editionibus. At, quod notant Perizonius et A. Gronovius, habuerunt ipſorum Codices, teſte quidem Dukero, Voſſ. 1. 3. 5. Oxon. Ex meis agnoſcunt Vaticani, Lipſ. Cibin. Rehdiger. Prag. In Veneto eſt *etiam Tyros.* Primus addidit A. Gronovius in ed. 44. cum ante eum omnes, etiam Reinoldius, omiſiſſent. Retinui et ego. Poſt dedi *adnexa* uti ſcribunt Cibin. et Perizoniani pro *annexa* aliorum.

deficit, qua ab —) Locus hic usque ad verba *et adhuc* — non uno aditu difficilis et librorum diverſis lectionibus obſtructus. Primum alii adferunt *deficit,* Voſſio teſte, ipſius Codex antiquiſſimus, tum Perizoniani, Mediol. Leid. A. Gronov. ex meis Pariſ. 2. 3. Cibin. Venet. Gud. Lipſ. Prag. Rehdiger. et cum ed. 23. Vaticani; pro eo Havn. *deſſicit;* alii, ſed numero aliquanto pauciores, in quibus Chiſ. et ex ſilentio collatoris Pariſ. 1. *defecit,* uti pleraeque contra editiones inde a primis, 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 21. 28.

Retinuerunt Vadianus 16. 18. 22. Olivarius 24. 25. cum ſuis, in quibus etiam Vinetus. *Deficit* legi primum in ed. 6. unde propagarunt 7. 8. (non item 10.) 13. 15. 17. 20. 23. Revocavit mutatum Voſſius, et probarunt ſequentes. Omiſerunt 14. 19. 35. (Schotti.) Poſt ex Codice antiquiſſimo Voſſius profert: *Quondam ab impugnante quondam Alexandro.* Alii *quod* (*q̃* fere) *ab*, uti tantum non omnes Perizonii, Mediol. Leidenſ. A. Gronov. Lipſ. Gud. Pariſ. 2. 3. Prag. Rehdig. Cibin. et ex ſilentio Vaticani, Havn. Venet. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 23. Ed. 20. *qō* i. e. *quo.* Tum *quando ab* 16. 18. 21. 22. 24. 25. omninoque, quae ſtant a partibus Vadiani et Olivarii, etiam Vinetus. Eiecit Schottus, cum Voſſio, quem ſecuti ſunt Gronovii in edd. 40. 41. 42. mutavit Reinoldius in *qua*, et ſic inde ab ed. 44. ſtetit. Poſt Vadianus intruſo *ſunt* dedit *iacta ſunt opera.* Propagarunt 18. (non item 21. 28.) 22. 24. 25. omnino Vadianae et Olivarianae cum Vineto. Ed. 23. *iacta opera ſunt.* At contra Codices omnes inſpectos. Expulit igitur illorum auctoritate Voſſius cum ceteris; excepto Reinoldio, qui iterum revocavit. Schottus immutavit ſic: *terris, ab impugnante qu. Alexandro iacto opere.* Denique *vici tenent ulteriora* plerique habent MSSti Perizoniani. Codex Ciacconii, Voſſ. 2. Lipſ. *vi tenent;* Prag. *viri;* Cibin. Voſſ. 1. *vicit*, omiſſo verbo *tenent;* reliqui *vici tenent.* Ex edd. 15. 17. 20. 23. *tenet* praemiſſo minori inciſo, ut ſic ad τὸ *Sidon* referretur. Poſt *tenent* diſtinctionis maximae ſignum ponunt plerique, veluti Gud. Rehdig. Cibin. Voſſ. 1. Chiſian. Prag. Tum Voſſ. 1. Cibin. Chiſ. Rehdiger. *Vlterior.* Inde vero adparet, totum hunc locum in libris potioribus ſic fere variari: *deficit* ſ. *defecit*, *quod* ſ. *quondam*, ſ. *quando* ſ. *qua* praeterquam ubi particula nulla praemittitur, *ab impugnante Alexandro iacta* ſ. *iacta ſunt*, *opera. Vici tenent ulteriora*, ſ. *opera vici. Vlteriora* ſ. *Vlterior*

et adhuc. — Schottus: *annexa terris, ab impugnante quondam Alexandro iacto opere. Vici tenent ulteriora: et adhuc* — ut poſtremam variationem omittam. TZSCHVCKE. Scribo: *nunc annexa terris ab impugnante quondam Alexandro iacto opere.* Reliqua redundant. [Ita reddidit Schottus.] Pari brevitate Plinius [5. 15. ſ. 17.] *Nunc*, inquit, *Alexandri oppugnantis operibus continens.* Perſuaſum quoque habeo, verba illa protinus ſequentia, *Vici tenent ulteriora*, non eſſe Melae, ſed alicuius, qui eam forte oram luſtraverat. Cuiusmodi homines ſolent plerumque bonos auctores ineptis expoſitionibus additamentisque inquinare inſolentia quadam et frivola in parvis iactantia. PINTIANVS. Dicam, quod ſentio. Verba *defecit* usque ad *opulenta* non videntur Pomponiana. SCHOTTVS. In antiquiſſimo Codice ita hic locus concipitur: *deficit. Quondam ab impugnante quondam Alexandro iacta opera.* Si repetitum iſtud auferas adverbium, habebis veram lectionem. Recte vero addit *deficit*, quia, poſtquam ab Alexandro haec urbs continenti iuncta fuit, prorſus fatiſcere et deficere coepit, et ſola tantum floruit purpurae tinctura. Itaque Plinius [5, 17. ſ. 20] *nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura conſtat.* Mirum tamen, quod Strabo dicit libro poſtremo, [lib. 16. p. m. 521. ſ. 757.] urbem hanc, licet tam graviter ab Alexandro afflicta fuerit, tamen ſeſe recollegiſſe, melioremque factam eſſe ex hac calamitate. Idem quoque videtur innuere Seneca Natur. Quaeſt. lib. 6. [c. 1.] *Tyros aliquando infamis ruinis fuit.* Aliter itaque accipiendus eſt forſan hic locus Pomponii, *nunc annexa terris deficit.* Sic nempe, ut ſubintelligatur, *deficit eſſe inſula.* Priorem tamen interpretationem veriorem eſſe exiſtimo. Sequentia verba, *Vici tenent ulteriora*, male delenda cenſet Pintianus. VOSSIVS. Negari nequit, quin vix duas urbes paſſim recenſeat Mela, ubi non eadem verba locum habeant et immiſceri debuerint, utpote inter quas ut plurimum vici et parva oppida

interſint, quorum Auctor rationem non habet; ſemel clariſſima modo et notiſſima oppida recenſere conſtituens. Neque profecto ulla eſt in hoc loco ſingularis cauſa. In MSto Chiſiano legebatur: *Vici tenent. Vlterior et adhuc opulenta Sidon.* An poteſt hoc placere, ut inſulam Tyron non tam Pomponii aetate nobilitaverit ingens urbs, ſed potius omnibus per ruinas interciſis vici quidam tenuerint, quorum tamen unus maior frequentiorque id nomen ſolennius habuerit, paulatimque beneficio Caeſarum rurſus accreverit. I. GRONOVIVS. Cum ipſa luce clariora ſint iſthaec verba et minuta, quae Tyrum et Sidonem intercedunt, oppida vocet vicos, Gronovius tamen ex vitioſo aliquo libro reponere conatur: *Vici tenent. Vlterior et adhuc opulenta Sidon.* Sed profecto lectio haec non ineptam tantum continet locutionem, ſed et manifeſte falſa eſt. Et quot verba in expoſitione, totidem errores. Poſt inſtauratam ab Alexandro Tyrum et poſtea ſub regibus Syriae et demum tempore Strabonis adeo habitata fuit haec peninſula, ut nullus omnino locus in ea reperiretur aedificiis vacuus. Itaque Strabo [c. l. paullo antea] illam eadem ratione inhabitari ſcribit atque Aradum, et propter anguſtiam peninſulae, utpote cuius ambitus demta cervice non excedebat ſtadia XXII domus ibi altiores et plurium fuiſſe tectorum, quam Romae. Nulla ibi ruinarum veſtigia, nulli vici, niſi quales in media quoque erant Roma. Cum vero poſt aetatem Melae beneficio Caeſarum incrementa accepiſſe dicit, apparet illum credere, Melam eſſe vetuſtiorem Strabone, cum tamen hic ſub initium Tiberii, alter demum ſub Claudio ſcripſerit. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Sed an agimus de aetate Strabonis? An non Mela aperte teſtatur, eam nunc deficere? Dein, an haec omnia licet colligere ex verbis Strabonis lib. XVI. p. 756. Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος σχεδόν τι συνῳκισμένη παραπλησίως, ὥσπερ Ἄραδος. In his nihil de multiplici contiguatione tectorum. Imo nihil aliud in his indicat Strabo, niſi

insulam totam fere occupatam aedificiis, perinde ut erat Aradus, ut solam superficiem inde constet repletam fuisse exstructionibus, nihil in his de altitudine et multitudine tectorum. Scilicet spoliatio opum ex templo Herculis sub Iulio Caesare, ablatio libertatis sub Augusto nihil nocuerant insulae, effecerantque, ut nulla ibi essent ruinarum vestigia, quod credit et spargit Vossius, opinor, nullo credente; qui tamen ipse Vossius in prioribus ad Melam [1, 2, 5.] scripserat, Tyron deficere. Calumniam in fine adspersam non tango. Sufficit me nihil scripsisse illic, nihil cogitasse de aetate, vel Melae vel Strabonis. I. GRONOVIVS *in posteriori nota.* *Deficit* hic neutiquam notat, illam non amplius exstare, aut ad interitum vergere, neque vero desinere esse insulam, quod Vossius maluit, sed eam descissere iam multum a pristina gloria et potentia, quae summa olim fuit per mare mediterraneum. Et certum est, in bellis navalibus inter Syriae reges et Romanos nullam fere Tyriorum fieri mentionem, sed frequentissimam Rhodiorum, ad quos omnis navalis potentiae gloria iam tum transierat. Non disputabo nunc, an recte satis Mela eam *deficere* dicat, quod verbum est magnae profecto significationis, immo et mox ei quasi opponat opulentiam Sidonis, tamquam *adhuc* durantem, quod non faciat Tyri opulentia. Sed tamen etiam Plinius [5, 17. s. 20. *olim portu clara, urbibus genitis — nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat*] ac Curtius [4, 4. etr. *nunc longa pace, cuncta refovente, sub tutela Romanae mansuetudinis adquiescit.*] tenuiter de ea urbe suo tempore loquuntur, nec tamen nimis, quasi de urbe in suis ruinis iacente. Ast e contrario Strabo paulo ante Melam describit lib. 16. Tyrum nobis, ut urbem etiam suo tempore splendidam. Nam Sidonem et Tyrum ait p. 756. 757. esse urbes *et olim et nunc celebres et splendidas,* esse Tyrum ὅλην νῆσον, hoc est, *totam constare in insula et eam replere;* sed et diserte post excidium Alexandri

Magni *ſe* ſuasque vires *refeciſſe* navigatione et purpura vendenda. Denique frequentem adeo fuiſſe, ut domos habuerit plurium tectorum, quam Romae eſſent. Immo et poſt Melam reperimus, eam *Metropoleos* titulo in nummis ornatam. Et valde ab Vlpiano l. 1. pr. D. de Cenſibus *ſplendoris, nobilitatis, potentiae* nomine celebratur. Tantum abeſt, ut tempore Melae potuerit iacuiſſe exhauſta et in vicos redacta. Peſſime autem Pintianus omnia, quae parum ipſi arrident, eiicit continuo, ut hic non modo *defecit*, et *vici tenent ulteriora*, ſed et in retractationibus etiam, quae de Alexandro dicuntur, furcillis expellit. Librarii tamen hic quoque adhaeſerunt, dum voluerunt haec nexu quodam prioribus adiungere, et ſic plura dein corruperunt, ut ſolet error errorem trahere. [Sequuntur lectiones ſupra notatae.] Si quid in his corrigendum, legerem, *nunc adnexa* (ſic MSSti) *terris deficit* (ſic iterum MSSti non *defecit*, ut multae primarum editionum) *ab impugnante quondam Alexandro iacto opere victa et incenſa;* niſi quis malit ſolum *incenſa*, vel potius *deficit; ab impugnante quondam Alexandro opera vici tenent. Vlterior* (quod etiam voluit Gronovius) *et adhuc opulenta Sidon.* Omnia tunc erunt plana, modo per *vicos* hic intelligantur caſtella, cum quibus ideo vox vicorum ſaepe coniungitur, et unde *vici* paſſim dicuntur *expugnati et capti.* Vide omnino Gronovium Obſerv. 2, 20. Sic itaque videtur Alexander vel alius quispiam poſt eum, in illis ipſis operibus, ne a Tyriis dein rurſus exſcinderentur, et inſula a continenti denuo abrumperetur, vicos, ſeu caſtella exſtruxiſſe, quae ea opera tuerentur. Etenim agger ille, qui quatuor minimum ſtadia in longitudinem habuit, debuit in tam rapido freto etiam iuſtam habuiſſe latitudinem, ut violentiae maris ac procellarum reſiſteret. Immo in iaciendo aggere iam tunc *latitudinem quoque aggeri adiecit* Alexander tantam, ut *turres in medio aggeris erectae procul teli iactu abeſſent*, hoc eſt, ne homines in iis ex

navibus ab ulla parte telis peti poſſent, teſte Curtio 4, 3. Si tam latus ille fuit, ut turres iſtius in medio tutae eſſent a telis utrimque, tum vero etiam vici, ſeu caſtella in eius aditu, vel capite, exſtrui facile potuerunt. Diodorus Siculus quidem lib. 17. p. 583. [c. 40.] aggerem ab Alexandro coeptum in obſidionis initio fuiſſe δίπλεϑρον, *duorum plethrorum*, hoc eſt, 200. minimum pedum ait; ſed alterum aggerem longe fuiſſe latiorem putem, ut diſerte alii, Curtius [4, 5, 8.] et Arrianus quoque de Exped. Alex. 2, 19. tradunt. Certe talis iam olim fuit, ut aquae ductus ex ciſternis, ut dicuntur, Salomonis, per hunc aggerem in urbem Tyrum fuerit deductus, ut teſtatur Maundrellus p. 83. et 85. Ed. Gall. ubi reliquias eius deſcribit, et addit, in aditu Iſthmi, vel aggeris, reperiri antiqui caſtelli in exiguo colle veſtigia, ubi nunc ſit templum Turcicum. PERIZONIVS. Venuſte Ed. Exon. [Reinold.] *qua ab impugnante quondam Alexandro iacta ſunt opera.* At verbum Subſtantivum abeſt ab omnibus MSS. Avus quoque eleganti coniectura, quam margini editionis Antwerpienſis [35.] adſcripſit, hunc locum in integrum reſtituere conatus fuit, et quidem hunc in modum: *nunc annexa terris. Fecerunt ab impugnante quondam Alexandro iacta opera;* quomodo infra lib. 2. c. 5. *In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt. Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, et quae minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes, quae aſſidunt.* Voſſius ad oram editionis Baſileenſis a. 1522. excuſae adnotaverat: *defecit*, id eſt, defloruit, niſi mavelis *defoetuit.* Nam *Tyrus portu clara* Plinio. A. GRONOVIVS. Tria verba *vici tenent ulteriora* in parentheſi poſuerim. Mela dicere vult, in Phoenice duas eſſe urbes illuſtres Tyrum et Sidona, ſed inter has urbes *vicos* tantummodo eſſe, non oppida aut urbes ignobiles. KAPPIVS *in ed. altera* p. 100. Vera loci ſatis impediti lectio pendere videtur a vocula *et* ante *Tyros.* Quae ſi retineatur, (et habent bonae notae Codices) manifeſta

eſt oppoſitio: *in ea eſt et Tyros — et adhuc opulenta Sidon;* ac tum quidem, quod poſterius hoc membrum praecedit, ad *Tyrum* referendum eſt; nec video, quo fere alio modo conſtitui poſſit locus, quam factum eſt in Gronoviana. Sed abeſt *et* a Chiſ. et Reinoldi codicibus, [adhuc quidem ignotis] nec noſtrum Codicem [Cibinienſem; vid. ſupra] habere, credibile eſt inde, quod in Veneta [ad quam ille conlatus erat] deeſt. Itaque ſi deleas, haud paulo expeditior erit ratio, quod iam poſſis ita pergere: *Vlterior et adhuc opulenta Sidon.* Sed vel ſic tamen neſcio quid ſcabri habent verba ita iuncta: *in ea eſt Tyros — deficit,* niſi velis ſuccurrere interpunctione maiore poſt *inſula* ponenda, ſic: *In ea eſt Tyros, aliquando inſula; nunc annexa terris deficit* rel. Sed praeterea moleſtum eſt illud *qua,* ortum haud dubie e nota ꝗꝫ quam cum varie interpretarentur librarii, dederunt nunc *qua,* nunc *quod,* nunc *quando;* quare noſter Codex [Cibin.] *quod* uncis [equidem non notavi] incluſit, incertus, ut videtur, ſententiae. Coniecturae locum facit Voſſius, qui in antiquiſſimo Codice inveniſſe ſe affirmat: *nunc — deficit. Quondam ab impugnante quondam Alexandro iacta opera.* Quid igitur, ſi *quondam* vera eſſet lectio? quae vox cum per notam ꝗ eſſet ſcripta, ſed aliter intellecta, quod ad perfectam ſententiam aliquid deeſſe putarent, inculcarunt alterum *quondam.* Itaque rationibus ſubductis mihi quidem ſic legendum videtur: *In ea eſt Tyros, aliquando inſula; nunc annexa terris deficit. Quondam ab impugnante Alexandro iacta opera vici tenent. Vlterior et adhuc opulenta Sidon.* Sed nihil definio. Qui *deficit* idem eſſe volunt, quod *inſula eſſe deſinit,* non ſatis cogitaſſe de oppoſitione videntur: *et adhuc opulenta Sidon;* quae deleto etiam priore *et* tamen manet. Eſt igitur: eius paulatim imminuuntur opes et atteruntur, aut, multum deſciſcit iam a priſtina gloria et potentia, ut Perizonius explicat. IO. AVG. MVELLER in proluſione Scholaſtica

(Mifnae 1792) quae animadverfionum in Melam fpecimen 6. continet. Vides, in quanto gurgite laborent haec verba, cuius equidem aeftus ne augeam, pauca tantum adfpergere liceat, quae magis forte coerceant. *Defecit* editorum potius librorum, quam fcriptorum opera adeft, etfi fic paffim in libris praefentia cum praeteritis mifceri folent, uti apud noftrum fupra 1, 2, 3. *accipimus* et *accepimus*, et in eodem verbo apud Vegetium 3, 1. et Noftrum 3, 8, 8. Ita *qua* debetur unice arbitrio Reinoldii, cum nec adhuc in Codice fuerit repertum, nec ipfe Codices fuos protulerit. Quod enim Iacobus Gronovius ad 1, 2, 3. Codicis Gudiani fcripturam ꝗ, explicat *qua*, ut fenfus fit, qua parte, quo latere vel puncto, de quo disferit in epiftola ad Graevium de appendice Voffii p. 41. aberravit a vero, cum potius haec nota fit particulae *quod*. Tum illud *qua* parum ad fenfum valet. Nec magis τὸ *quando* Vadiani Codicis fide adftruitur. Qui particulam plane eiecerunt, non cogitarunt, artius coniuncta fic male in partes feparatas divelli. Atque eadem caufa valet etiam in fequentibus. Aperte enim Mela dum duas has celeberrimas urbes commemorat, fingulis adpendit, quibus maxime inclaruerint. Sed praeterea loci lectio et vera diftinctio pendet a fenfu vocis *deficit*, quam plerique de potentia eius imminuta explicant, atque ex obpofitis verbis *et adhuc opulenta Sidon* repetunt. At obftare non levia impedimenta video, quae adfenfionem meam quidem cohibent. Non enim ita Melae aetate exhaufta languensque iacuit Tyros, ut vere et recte nunc deficere noftro dicatur. Praeter ea enim, quae iam alii adtulerunt, diferte Iuftinus 18, 4. in. *Tyrii Alexandri aufpiciis* (vid. caput 3. f.) *conditi parcimonia et labore quaerendi cito convaluere.* Cf. Diodor. Sic. 17, 46. et 47. Tenuiter quidem Plinius 5, 17. f. 19. de ea urbe loqui videtur, dum dicit: *nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura conftat.* Nempe duplicem ibi facit obpofitionem, quarum haec refertur ad

verba praemiſſa: *olim portu clara urbibus genitis.* At in altera obpoſitione Melam ſic reddit, ut ſimul explicet: *Tyrus quondam,* inquit, *inſula — nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens;* quod in noſtro eſt *adnexa terris deficit.* Etſi enim per late patentem ſignificationem hoc verbum utique indicare poteſt opum viriumque deiectionem, de quo Vulpius ad Tibull. 3, 4, 20. id tamen unice, ne fluxa vagetur interpretatio, ex nexu indicari debet, vel ex adiunctis. Quae hic valeat obpoſitio, ſatis declaratur vocibus *aliquando* et *nunc,* ultra quas proferri vel diſpici non debet. Accedit uſus Melae. Sic 1, 8, 4. *ubi dies deficit, ibi noctem agunt;* 3, 8, 5. Euphrates *nusquam manifeſto exitu effluit, ut alii amnes, ſed deficit;* 3, 8, 8. *Pygmaei, minutum genus, et quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando deficit.* Sic Suetonius in Galba in. *progenies Caeſarum in Nerone defecit.* Alia in Lexicis proſtant, quae tamen omnia ſatis docere poſſunt, verbum hoc grave in hac re eſſe, nec commode ad opulentiam hic referri, niſi quis Melam in re teſtata errare velit. Accedit, quod in multis nummis metropolis honore inſignitur; vid. Holſten. in notis ad Stephanum p. 332 ſq. Raſche in Lex. num. T. 5. P. 2. p. 537 ſqq. Neque id poſt Melae ſolum tempora, ſed, quod docet Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 386. ſub imperio Claudii, et hinc aetate Melae. Sed et ipſa illa antiquae inſulae converſio ſatis fuit memorabilis, quae hic breviter adiecta cauſa indicaretur, uti factum ab aliis, veluti Ovidio Metamorphoſ. 15, 288. Sed res eſt vulgata, et iam prolixius, quam pro conſilio, disputatum. Fuit autem hoc, ut docerem, narrationem de Tyro nec poſſe vulgari interpunctione in partes ſeparatas disſecari, nec *deficit* aliud eſſe, quam inſula definit eſſe. Locum igitur hac facta interpunctione minima quidem cum mutatione vel nulla ſic lego: *In ea eſt Tyros, aliquando inſula; nunc adnexa terris deficit, quod ab impugnante quondam Alexandro iacta opera vici tenent; Vlterior* (ſic

Cdd. optimi) *et adhuc opulenta Sidon* rel. Nempe quia vicis agger ille conferi coeptus est magisque muniri et artari, paene insulae formam constantiorem nacta est Tyros. Contra Pharos, etsi ponte Alexandriae coniuncta, uti manebat insula, sic Tyros desiit, aggere manibus facto et constructo, quem alias maris impetus facile evertisset. Adpendam emendationem Schwartzii in monumentis ingeniorum Tom. 3. p. 172. sic legentis: *terris defecitque ob impugnantis quondam Alexandri iacta opera*, vel *ab impugnantis quondam Alexandri tempore. Vicit eam ulterior, et adhuc.* — Paullo longius illa a libris Melaeque forma recedere videtur. Tum *vicit* nihil in praecedentibus habet, quo commode referatur.

Sidon) Codd. quidam, in iis Prag. Rehdiger. etiam Cibin. *Sydon*, uti ex edd. 7. 8. 11. 23. Post *asperis* pro *a Persis* literis male disiectis Cibin.

§. 3. *Euprosopon)* Sic MSSti Vossii, Perizonii, nec aliter mei, etsi cum depravatione; Lipf. *euprosophon*, ut ed. 19. Prag. *emprosopem;* Havn. *Emprosopon;* Rehdiger. *Euporsopon;* Paris. 1. *cupousopon;* Cibin. Gud. et ex silentio conlatorum Paris. 2. 3. Vaticani, Venet. cum edd. antiquis *Euprosopon.* Primus Schottus, monente Pintiano mutavit in θεοῦ πρόσωπον, sed praeter Reinoldium nemo secutus est. Adscripserat etiam antiqua manus in exemplari ed. 6. *theuprosopon.* TZSCHVCKE. Legendum: *Ab ea ad promontorium Theuprosopon* ex Ptolemaeo [5, 15.] et Strabone [16. p. m. 519. f. 754.] quorum interpretes inepte transtulerunt *dei facies.* Vidit hoc ante me Mariangelus, vir cum primis eruditus et diligens. PINTIANVS. At Codices Melae in contraria abeunt, quamvis facile credam, esse corruptos, ut solent in nominibus propriis vel maxime. PERIZONIVS. Θεοῦ πρόσωπον vocant etiam Scylax p. 42. (Hudf.) cui omnino est ὄρος, Polyb. 5, 68, 8.

Facile crediderim primam literam excidiſſe, et melius legi *Theoproſopon*, vel Graece Θεοῦ πρόσωπον. Poteſt tamen etiam alterum nomen geſſiſſe.

oppida) Vind. *opida*, ut ed. 11. et ſaepe 13.

Byblos) Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vindob. et cum edd. conlati, itemque Perizonii omnes, *Bubos;* Bonon. *Budos;* Prag. *babos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Bubos;* inde ab edd. 6. 7. 8. 10. *Byblos.* Quaedam Olivarianae *Biblos.* TZSCHVCKE. Scribendum *Byblos* et *Botrys* ex Strabone, [16. p. m. 520. ſ. 755.] Plinio, [5, 17. ſ. 20.] Ptolemaeo. [5, 15.] HERMOLAVS BARBARVS. Recte ſic ſine dubio emendavit et aliis praetulit, ut proximum nomen, etſi inter *Byblos* et *Biblos* alibi etiam fluctuantur libri. Certe *Biblos* ſcribunt Ptolemaeus 5, 15. in edit. Argentor. 1520. Zoſimus 1, 58. in. Geogr. Ravenn. 2, 15. Hierocles in Synecdemo p. m. 715. acta Chalcedon. p. 618. in notitia eccleſ. et in aliis. Cf. etiam Relandus in Palaeſtina 1, 35. Sic de Byblide, unde nomen impoſitum vult Stephanus h. v. dubitatur, an per y an per *i* ſcribi debeat propter veterum disſenſiones. Cf. Heinſius ad Ovid. Metam. 9, 452. qui tamen y praefert. Plura dabunt Munckerus et Verheykius ad Antonin. Liber. Metam. c. 30. p. 198. Poſteriorum haec ratio frequentior fuiſſe videtur, ut per *i* ſcriberent, cum alteram antiquiorem probent etiam numi. Mirum igitur eſt, cur Freinshemius in indice Curtii h. v. adfirmet omnino rectius per *i* a plerisque Graecorum ſcribi urbis nomen et ſic etiam ediderit ipſe 4, 1, 15. Sed nec ſolum urbis nomen, ſed et plantam, a qua etiam alii urbem dictam eſſe tradiderunt, teſte Stephano, a priſcis Graecis per y ſcriptam fuiſſe adfirmat Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 21, 391. p. 765, 38. ed. Baſil. Nolui igitur cum Olivarianis quibusdam vulgatam formam laceſſere.

Botrys) Vossius ex tribus melioris notae libris adfert in appendice *Butros;* at se neque in eius Codicibus et conlationibus eam lectionem reperisse adfirmat Perizonius; ipse notat *Bactros, Bathros, Batros, Baethros, Anthros.* De meis haec: Vatic. 3. Paris. 1. 2. 3. Lips. Gud. Prag. Bonon. Cibin. *Bactros;* Vindobon. *batros;* Venet. *Badros;* Rehdig. *battros;* Vatic. 1. 2. *Bathros.* Edd. 1. 9. *Bacthros;* 2. *bcethros;* 3. 4. 5. 11. *Bactros;* monente Hermolao Barbaro (cf. antea) 6. 7. 8. 10. et reliquae *Botrys.* TZSCHVCKE. Recte. Solent *Byblos* et *Botrys* a Geographis coniungi, ut vicinae urbes. Sic Plinius, [5, 17. s. 20.] Ptolemaeus, [5, 15.] tabula Peutingeriana. [segm. 9.] PERIZONIVS. Sic apud Hieroclem in Synecdemo p. m. 715. etsi ibi, ut passim alibi, Βόστρυς.

stadiis distantia) Cibin. *distantia stadiis.*

Simyra) Cibin. Gud. Vindob. *Simira;* Rehdig. *Symira;* Paris. 3. Prag. Bonon. *Smyrna;* Lips. Prag. Paris. 2. Vatic. 3. *Smirna;* reliqui Vaticani, Paris. 1. cum suis edd. uti Havn. et Venet. consensisse videntur. In margine Cod. Lips. colore rubro adlitum erat *Simirna,* atro, *al. Simira.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Smyrna;* duce Hermolao Barbaro 6. 7. 8. 10. reliquae *Simyra,* aut etiam aliquae, ut 18. 36. *Symira.* TZSCHVCKE. *Smyrna.* Lego *Simyra,* non *Smyrna* ex Ephoro [apud Stephanum s. v. Σίμυρος] Strabone, [16. p. m. 518. s. 753.] Ptolemaeo. [5, 15.] HERMOLAVS BARBARVS. In Strabone quidem vulgo Ταξύμιρα. Sed Codex Mediceus notante hic A. Gronovio, et Moscov. τὰ Ζίμυρα, pro Σίμυρα. *Simyra* et *Marathos* iunguntur etiam a Plinio 5, 17. s. 20. Sic et *Simyra* hic probat ex Stephano Salmas. ad eundem p. 669. *Maratos* post Prag. et ed. 23. scribunt.

§. 4. *Inde —*) Ab his verbis cap. 37. orditur Vinetus, Cocleus (in ed. 11.) capitulum 8. praefixo titulo: *Minoris Aſiae deſcriptio.* Sed facile adparet, ea etiam ad Syriam eſſe referenda, Aſiamque latiſſime ſumi. Pro *obliqua* poſt Pariſ. 2. et Vatic. 3. *aliqua.*

adverſa adiacens Aſia) Havn. *iacens Aſia.* Pro *Aſia* Voſſ. 2. et 5. *a terra;* et forte in Veneto cum ed. 5. Perizon. Voſſ. 4. *Afra;* Prag. *Affra*, pro quo *Affra* adſcriptum erat in ed. 23. ex Vatic. 5. forte, qui cum Prag. conſentire ſolet, cum Vatic. 1. 2. habeant *Aſia.* In reliquis *Aſia*, ut in primis edd. 1. 2. etiam 9. 13. *A terra* legunt 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. et reliquae cum Camerte, Vadiano, Olivario. Schottus (55.) *adiacens terra.* Vinetus revocavit *Aſia*, quod retinuit Voſſius, propagarunt alii. TZSCHVCKE. *Adiacens a terra*) Scribo *obiacens* ex familiari conſuetudine loquendi Melae, ut dixi. [ad 1, 3, 1.] Poſtrema quoque duo verba demenda. PINTIANVS. *A terra*) Quicunque fuit architectus huius lectionis, peſſime ille de Pomponio meritus eſt. Omnes libri legunt — *Aſia.* — Nihil verius et manifeſtius hac lectione. VOSSIVS. Valde commendat hanc lectionem Voſſius. — At ſane nihil proclivius eſt factu, quam ut ex *a terra* fiat *Afra* vel *Aſia.* Nam ſyllaba *ter* notatur plerumque ſola litera *t*, ex qua exit ſuperne notula compendii, quae ei adfert ſpeciem literae *f* vel *ſ*. Mihi ſi quis auſcultare volet, legat ſimpliciter *adiacens terra*, ſcilicet illa, in qua deſcribenda nunc verſatur. Videtur librarius quiſpiam explicandi cauſa, ſed peſſimo ſenſu, praemiſiſſe *a;* hinc alii dein fecerunt *Afra* vel *Aſia.* In ſenſu et locutione Melae nihil certe, quod hanc emendationem reiiciat. Sed praecepit eam, ut video, Schottus in Praetermiſſis [poſuitque in textu.] PERIZONIVS. Avus malebat *averſa*, id eſt, retracta, reducta. A. GRONOVIVS. Praefert utique blandam veri ſpeciem illa lectio vel priorum edito-

rum, quam tuendam fufcepit Perizonius, folent etiam faepe et in aliis et in noftro adpellativa in propria transire. Sic *Nyfii* pro *nifi* 3, 7, 5. Cibin. 2, 7, 11. *Super Afyam* pro *Super eas*. Prag. 1, 2, 3. *cum Thauris* pro *continuis*. Sed vid. ad 2, 7, 10. ubi plura in utramque partem peccata. Probarem et poftliminio redire finerem, fi non plures folum, fed et meliores Codices alteram adferrent, cum primo intuitu non ftatim adpareat, unde tam fubito hic *Afia* inculcetur. At fi dixiffet *terra*, nemo non ad Syriam retuliffet, quod tamen vero repugnet; idemque valet de ipfa Syria. Non enim Syria vel haec terra, de qua loquitur adverfa adiacebat, fed inde a Maratho fequens ille totus tractus, qui Iffícum finum efficiebat, quod et diferte Nofter fequ. indicat. Et fic refpicit locum de Afia 1, 2, 2. *dein fit venienti obviam, et primum fe ingenti ambitu incurvat.* Nihil enim antea eiusmodi de Syria adtulit, ex quo verba *Iam non obliqua pelago* ducta viderentur. Mutatio vocis *Afia* poteft commode etiam intelligi ex avulfo *A*, unde reliqua corruptio fecuta eft propter literarum pofteriori aevo ductus fere cognatos. *Adiacens* non eget emendatione, cum adiunctum praeterea habeat *adverfa*. Sed nec hoc in *averfa* refingi debet, etfi has voces faepiffime mutari conftat. Vid. quae habent Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 618. Liv. 2, 31, 6. Iohnf. ad Gratii Cyneget. v. 148. Burmann. ad Propert. 1, 1, 8. et quos nominant.

circumfident) Vindob. *circumcident*. Poft edd. 15. 20. *effecit*.

navigabilibus) Sic recte Codices. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et poft aliquae *navigabilis*. Sed recte 11. Ald. Iunt. et inde Vadianus cum reliquis *navigabilibus*, ut Seneca ad Helviam de Confol. c. 9. Ex male percepta forte dictantis voce Lipf. deinceps *fluvium*. Vindob. *perpetua* pro *pervia*.

ac miſcet) Haec duo verba ſupervacanea mihi videntur. PINTIANVS. Pintianus more ſuo ſupervacanea pronunciat *ac miſcet*, et ideo Schottus aliis literis diſtinxit. Francinus quoque Iuntinae editor ad haec adhaeſiſſe videtur, dum edidit [in ed. 25.] *permutat an miſcet*, haud dubie ex coniectura; nam in MStis nullis tale quid reperio. [niſi forte operarum vitio, cum in Ald. et Iunt. ſit *ac.*] Verba haec alterum *commercia*, alterum *diverſas opes* commercio quaeſitas reſpiciunt. Salluſt. Iug. c. 18. *Quia neque materia in agris neque ab Hiſpanis emundi, aut mutandi* ſc. materiam ſeu lignum, *copia erat.* Ovidius Faſtor. 3, 461. de Ariadne: *Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum*, hoc eſt, Bacchum acceperat coniugem pro Theſeo periuro. Sueton. Aug. cap. 92. *Capreas cum Republica Neapolitanorum permutavit Aenaria data*, hoc eſt, adquiſivit ſibi Capreas A. d. Nam in his omnibus, quod *mutari* aut *permutari* dicitur, adquiritur. *Diverſae* autem *res* ita adquiſitae *miſcentur* et conduntur unam in urbem, aut regionem. Sic fere Salluſt. Epiſt. Mithridatis Lib. 4. Hiſtoriar. *Fruſtra mala mea cum tuis bonis miſcere* (ſic enim lego, non *miſceri*) *ſperem.* Cicero de Offic. 3, 33. *Nec vero finis bonorum et malorum, qui ſimplex eſſe debet, miſceri et temperari ex disſimilibus rebus poteſt.* Idem de Amicit. c. 21. *Hominis natura alterum anquirit, cuius animum ita cum ſuo commiſceat, ut efficiat pene unum ex duobus.* Plautus Mil. Glor. 2, 5, 68. *Ego abeo abs te, ne quid tecum conſilii commiſceam*, hoc eſt, ne particeps ſim tuorum conſiliorum, meaque conſilia cum tuis miſceam. Sic in illis populis merces exterae diverſarum gentium, ſimul et propriae, miſcebantur quaſi in communi horreo, unde illae divitiae oriebantur. PERIZONIVS. Operoſe ſatis vim ſenſumque huius verbi adſtruxit. Neque tamen video, quid ad tollendam Synonymiam proficiatur, cum utrumque aperte ad τὸ *commercio* referatur, nec niſi eiusdem rei varios modos

designet, re ipsa idem declaretur. Offenderunt duo haec verba iuxta posita in Melae brevitate conspicua. At nec ipse passim talia respuit, nec similes illi auctores. Sic 1, 5, 1. *caput atque exordium*, ubi *exordium* ex priori ortum et obtrusum putabat Oudendorpius; 1, 6. f. *signa atque vestigia;* 2, 2, 7. *spatio pelagoque;* vid. ad praefat. 1. et fin. et supra hoc capite ad verba *regnum proeliumque.* Sed nec alii auctores, brevitatis concisae alias studiosi, a talibus abhorrent, uti docent Corte ad Sallust. Catil. 51, 25. Ernesti ad Tacit. Hist. 4, 64. Heusinger. ad Nepot. 16, 2. f.

§. 5. *In eo —)* Vindob. *In ea;* Cibin. *pars reliqua Syria;* Voss. 1. *prima est reliqua Syria.*

Antiochiae) Rehdig. Prag. *Anthiocie;* Vindob. *anthiochie;* Voss. 1. teste Perizonio *Antiochia;* Cibin. *Anthyochia.* Edd. 2. 9. 11. *antyochie.* TZSCHVCKE. Non est verisimile, a Pomponio, qui clarissima consectatur, Antiochiam, celeberrimam urbem, ab omnibus Geographis celebratam, et quae regioni nomen dederit, esse omissam. Quare sic legendum forte: *cui Antiochia cognomen addidit.* Nam sequitur statim, *in ora eius,* quomodo post mediterranea oppida enumerata Pomponius saepe facit, ut cap. superiore 11. de Syria: *et, ubi se Ciliciae committit, Antiochia.* CIACCONIVS. Sed hoc contra fidem Codicum, nisi quod Voss. 1. *Antiochia* scriptum habet. Nec sensus requirit mutationem, quum satis aperte urbs Antiochia memoretur, quando eius cognomen, vel cognomen ex ea sumtum, Syriae dicitur additum. PERIZONIVS. Nempe solet sic passim Mela regionum, terrarum, sinuum nominibus complecti et tacite innuere locorum cognominum memoriam. Vid. ad 1, 16, 2. ad *Ceramicum* et passim alibi. Ceterum cum perinde sit ex usu linguae, utrum *Antiochia*, an *Antiochiae* legas, retinui vulgatam plerorumque librorum lectionem.

Seleucia) Lipf. *Soleucia;* Prag. *Sceleucia;* Rehdiger. *Seleucya.* Edd. primae, uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et aliquae poft male *Seleutia.*

Paltos) Longe aliud hic Codices ferunt. Perizonius ex fuis notavit *Hypathos, Hypatos, Hyathos, Hipatos.* Ex meis Parif. 1. Vindob. *Hipatos;* Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. *Hypatos;* Vatic. 3. et, ut puto, Havn. Ven. *Hyppatos;* Lipf. Gud. *ypathos;* Prag. *hippathos;* Parif. 3. *hippatos;* Parif. 2. *yppatos;* Bonon. *ipathos.* Ed. 1. *hippatos;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *hyppatos;* reliquae *Paltos*, tantum 35. *Paftos.* TZSCHVCKE. Legendum fortaffe non *Hyppatos*, fed *Paltos.* [Male edd. Gronovianae *Patos.*] ex Strabone, [16. p. m. 518. f. 753.] Ptolemaeo, [5, 15.] Plinio. [5, 18. f. 20.] HERMOLAVS BARBARVS. Quum nusquam talis urbs, qualem Codices nominant, iftic reperiatur et fatis nota ac celebris in ora ifta fit *Paltos*, recte hanc Edd. reliquae illi fubftituerunt. PERIZONIVS. *Paltos* latet in poftremis duabus fyllabis, quibus male aliunde adhaefit litera *i;* poft aliis acceffionibus factis excrevit in illam formam.

Berytos) Lipf. *Berythos;* Gud. Prag. *Berithos;* Parif. 2. Vindob. *beritos;* Rehdiger. *byrithos;* Parif. 1. *Brutos;* Cibin. et alii *Berytos.* Edd. 1. 16. 18. 19. 22. 24. 25. omninoque Vadianae et Olivarianae, etiam 35. *Beritos;* 2. 9. 11. *Berithos;* 3. 4. 5. et aliae plures *Berytos;* 21. 28. *Berites.* TZSCHVCKE. Scribendum cum *y* in fecunda *Berytos* ex Strabone, [lib. 16. p. 520. f. 755.] Stephano, [h. v.] Ptolemaeo, [5, 15.] Plinio. [5, 17. f. 20.] PINTIANVS. Lego *Berytus.* Straboni [c. l.] Βήρυτος, ubi miror, interpretem [primum] *Barutum* reddere. SCHOTTVS. Subftituendum fortaffe *Baluea* ex Plinio lib. 5. c. 20. [f. 18. at ibi *Balanea*] aut *Balaneae* ex Ptolemaeo. [5, 15. ubi Βαλαναῖαι.] Nam *Berytos* ftatim poft Sidonem ab omnibus collocatur. CIACCONIVS. Iam fupra, ante Byblon et

Botryn recenſere Beryton debuerat. Scio quidem Pomponium non ordinem ſemper ſitus obſervare, ſed opulentiores urbes ſaepe ſolere praemittere, verum id hic locum non habet. Si enim Syriae Antiochenae initium ſtatuamus Paltum oppidum, uti Pomponius, ſive Eleutherum amnem, ut alii, iam Berytus non poteſt accenſeri urbibus Antiochenae Syriae. Tamen vix mihi perſuadere poſſum, erraſſe hic Melam, aut ſaltem erraſſe ſine auctore. Non librariorum vitio vocabulum id additum eſſe, ex eo apparet, quod Lycum quoque amnem huic Syriae tribuat, qui a Beryto non longe admodum abeſt. Quapropter arbitror, Berytum Antiochidi fuiſſe attributam, licet extra Antiochidem eſſet ſita. Neque id magis mirum videri debet, quam quod Ptolemaeus Seleuciam collocet extra Seleucidem. VOSSIVS. Alieno haec loco ponitur, ut iam monuit Voſſius; nec tamen idcirco hinc removenda contra fidem Codicum, qui eam pariter tuentur. Verum eſt, iam ante Byblum et Botryn debuiſſe eam memorari. Sed ita ſolet Mela. Nam et ſic cap. 10. in Arabia ultra Syriam verſus meridiem locat *Azotum*, ac poſt eam demum cap. 11. in Syria nominat *Gazam* et *Aſcalonem*, quum ſupra eas in Syria verſus ſeptentrionem ſita ſit *Azotus*. In primis vero in variis urbibus unius regionis ſimul enumerandis nullam habet ordinis ex ſitu earum conſtituendi rationem, ut oſtendimus ad cap. 2. Sed et ex hoc ipſo loco res ſatis clara eſt. Nam quinque has urbes, quas hic memorat, ſecundum ordinem ſitus debuiſſet ſic ordinaſſe: *Berytos*, *Paltos*, *Laodicea*, *Seleucia*, *Rhoſos:* longe ergo aliter, quam fecit. Sed et inter fluvios, qui ſequuntur, nominat *Lycum*, eodem iure an iniuria, qua *Beryton*, ſiquidem Lycus eſt Beryto proximus. PERIZONIVS. Solet utique Mela, ubi non diſertis verbis progreſſionis ſeriem indicat et definit, ſed omnino regionis alicuius urbes et loca ſummatim proponit, ab ordine ſitus recedere et paullum disiicere; at nimis hic aberrat longiusque vagatur ipſe ſui plane legis-

que ſcriptae immemor. Cum enim ultra Marathon ſita fuerit Berytos, unde hanc oram incipere antea dixit, non apparet, quo ſaltu ad Phoenices loca reiici potuerit. Habet aliquid excuſationis, quod Voſſius conquirit, nec tamen valet ſatis ad tollendum errorem Geographicum, in primis cum in incertis et coniecturis verſetur. Probat errorem augetque adeo, quod Lycum amnem admiſcuit. Alio adminiculo Melae conſulere eumque ad viam revocare tentaverat olim I. Gronovius in ſcholis, uti docet nota ad hanc locum MSta. „*Beryti*, inquit, locus plane falſus, nec poteſt ſupponi, Pomponium ſic deceptum fuiſſe, quum omnes auctores *Beryton*, nobiliſſimam urbem poſterioris temporis ſchola iuridica, ponant Sidoni vicinam, quod debet Pomponio notiſſimum fuiſſe. Sed regio, in qua ponitur *Seleucia* et *Paltos* ſolet *Pieria* appellari, ut forſan etiam ibi fuerit urbs *Pieros*, quae iſti regioni nomen dederit.“ Haec I. Gronovius, cuius quidem hanc opinionem conſtantiorem fuiſſe docent aliae notae MStae alio tempore exceptae. At cum nusquam urbs *Pieros* et tantum Pieria mons in hoc tractu occurrat, et praeterea Lycus ſubiiciatur, libri denique omnes illi nomini tenaciter inhaereant, vix de emendatione eius cogitari debet. Ceterum ſcripturam per *y*, de qua monuerunt Pintianus et Schottus in primis probant numi.

Laodicea) Vindobon. *laudice;* Lipſ. *Leodice;* Cibin. Vatic. 1. 3. Pariſ. 1. 2. Gud. Prag. Rehdiger. Venet. et MSSti Perizonii *Laodice.* Ex edd. 6. *Laudicea;* 15. *Ladicea;* 24. 25. et aliae quaedam ex Olivarianis *Laodicia.* Quae forma etſi omnino damnari non poteſt ob Graecam ſcripturam Λαοδίκεια, et in ſimilibus promiſcue cum *ea* adhibetur, de quo vid. Drakenb. ad Liv. 31, 45, 5. Oudendorp. ad Lucan. 3, 231. 9, 963. Markland. ad Statii Silv. 4, 3, 59. — ad *ea* tamen ducunt Codices, addicente uſu, qui in aliis ſtat pro altera. *Lau* primae ſyllabae poſterioris eſt aetatis, quae

Laudicia frequentabat; cf. Antonini itiner. p. m. 147. tabula Peuting. ſegm. 10. Geogr. Raven. 5, 7. et quos producit Weſſeling. ad Antonin. c. l. *Laodice* autem poſſit ex Dionyſ. v. 915. probari, ubi Euſtathius Ἀπάμη adfert pro Ἀπάμεια, et qui Dionyſium et ſic retulerunt Priſcianus v. 857. et Avienus v. 1077. Sed ea eſt poetarum ratio et conſuetudo. Hic τὸ *a* acceſſit proximo nomini vitiumque advexit.

Rhoſus) MSSti Voſſii, Perizonii, Vatic. 1. 3. Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. aliique *Aroſos;* Prag. *Amſos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Aroſos;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. — cum Camertinis, Vadianis, Olivarianis, et Schotto monente Hermolao *Arados.* Vinetus repoſuit *Rhoſſos,* pro eo Voſſius aliique *Rhoſos.* TZSCHVCKE. Legendum eſt non *Aroſos,* ſed *Arados* ex iisdem auctoribus. [vid. antea.] HERMOLAVS BARBARVS. Ante emendationem Hermolai Barbari legebatur *Aroſos,* pro qua ipſe ſubſtituit *Arados* nulla ratione. Nam huius inſulae poſtea meminit Auctor lib. 2. c. 7. *Arados in Phoenice,* inquit, *parva.* Legendum haud dubie *Rhoſos* ex Plinio, [5, 18. ſ. 22.] Strabone, [lib. 14. p. m. 465. ſ. 676.] Ptolemaeo [5, 15.] Ῥῶσος. [Bertius Ῥῶσσος, at illud alii.] Ergo pro *Laodice, Aroſos* lege *Laodicea, Roſos.* Strabo [lib. 16. p. m. 517. ſ. 751.] inter Iſſum et Seleuciam Ῥῶσσος. Emendabimus obiter locum Curtii lib. 4. [c. 1. §. 5.] *Nardus quoque inſula deditur.* In aliis legas *Arrhodos.* Lege: *Arados quoque.* [uti nunc editur] Omnes autem hoc ordine: *Maratho, Balanea, Paltos, Laodicea, Orontes, Seleucia, Rhoſſus.* CIACCONIVS. Fruſtra hic Arados recenſetur, cum eam infra deſcribat, et inter inſulas maris mediterranei nominet. Omnino ſcribendum eſt *Rhoſos.* VOSSIVS. Ex *Aroſos* Hermolaus fecit *Arados.* At longe rectius Ciacconius: *Laodicea, Rhoſos,* quem ſequitur, licet ſilentio praetermiſſum, ut ſemper facit, Voſſius. PERIZONIVS. In ipſo nomine

nulla amplius haerere poteſt dubitatio, nempe *a* reddendum eſt praecedenti voci; at una reſtat de ſcriptura, quae inter Ῥῶσσος et Ῥῶσος fluctuatur, et ſic Latinis oris adlabitur. Strabo modo duplici, modo ſimplici σ effert, ut taceam de accentu in ultima, etſi in utroque loco ſuperiori diverſimode, repugnante Cod. Moſcovienſi. Sic in Ptolemaeo c. l. variant editiones, in Athenaeo 13, 6. p. 586. (Ῥωσσὸς) et 6, 3. p. 229. (Ῥωσικὸς) Id quidem in iisdem auctoribus, magis in diverſis notatur, quorum loca Vol. 2. ponam. Veram ſcripturam evincunt numi, in quibus ſimplex *s* obtinet. Vid. Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1566. Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 324. et quae antea adtulerant Cellarius in Geogr. ant. 3, 12, 24. et Belley ſur les éres de la ville de Rhoſos in Memoires de — Paris Tom. 30. p. 262. Nec aliter hic volunt Codices. Servavi igitur cum adſpiratione etiam.

omnesque qui) Tò *qui* omittunt Pariſ. 3. Rehdiger. et omiſiſſe videntur cum ſuis edd. Vatic. et Havn. Omiſerunt edd. inde a primis cum Vadianis, Olivarianis, Vineto etiam et Schotto, Gronoviis. Primus adiecit Reinoldius et hinc A. Gronovius in ed. 44. recepit aliis probantibus. Cum Codices praeeant plerique, artius ſic ſuperioribus adnectitur narratio ſummamque conficit noſtri more conlectam.

Lycos) MSSti Perizonii *Lythos*, *Lithos* et *Lytos*. Ex meis Vindob. Prag. *licos;* Rehdig. *Lythos;* Pariſ. 3. *Lithos;* Pariſ. 2. Lipſ. Gud. *Litos;* Pariſ. 1. *Littos;* Vaticani Venet. Havn. cum ſuis edd. conſenſiſſe videntur. Quodſi eſt, Vaticani habuerunt *Lichos*. Edd. 1. 2. 3. 9. 13. 19. *Lithos;* 4. 5. et plurimae poſtea *Lichos*, in iis Vadianae et Olivarianae. Vadianus quidem in prima editione (16.) dederat *Licos*, et ſic 18. 21. 28. Sed poſtea mutavit in *Lichos;* 11. *Lychos;* Vinetus,

Schottus et hinc alii *Lycos*, quod Graeca confirmant, nec, iudice etiam Perizonio, in controverſiam vocetur. Atque ita habent etiam Cibin. et Ven.

Baudos) Codices Voſſii *Hipatos;* Perizonii *Hypatos* et *Hipatos;* A. Gronovii *Ipatos, Hypatos, Hypathos, Hippatos.* Ex meis Pariſ. 3. Vindob. *Hipatos,* quod etiam in Vaticanis fuiſſe videtur; Pragenſ. *Hippathos;* Pariſ. 1. *Hippatos;* Cibin. *Hypatos;* Gud. Rehdiger. *Hypathos;* Lipſ. Pariſ. 2. *ypatos;* Bonon. Ven. *ipathos.* Boccatius de flumin. ſ. v. *Ipatos: Syriae fluvius eſt, cui et ipatos oppidum et ſeleutia atque berithos civitates propinquae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *Hypatos* cum aliis; tantum aliquae, ut 15. 20. 23. *Hipatos.* Vadianus in prima editione (16.) plane omiſit, et ſic 18. 21. 28. poſt recepit *Hypatos,* (inde ab ed. 22.) quod retinuerunt Vadianae, habentque 24. 25. et Olivarianae cum Vineto. Schottus repoſuit *Labotas,* Voſſius et 40. 41. 42. cum Reinoldio *Paltos;* hinc ab ed. 44. ſtetit *Baudos.* TZSCHVCKE. Caſtigo *Labotas* ex Strabone [16. p. m. 517. ſ. 751.] PINTIANVS. Strabo lib. 16. *δι' οὗ [πεδίου τ. Ἀντιοχέων] ῥεῖ ὁ Ἄρκευθος ποταμὸς, καὶ ὁ Ὀρόντης καὶ ὁ Λαβότας· ἐν δὲ τούτῳ ἐστὶ τῷ πεδίῳ ὁ Μελεάγρου Χάραξ καὶ ὁ Οἰνοπάρας ποταμός.* Verum ex hoc loco non colligas, quod ait Pintianus; nam in mediterraneis fluit, et Oronti, ut credo, miſcetur, nec in mare perdurat. Legendum fortaſſe *Lycos, Pinarus* et *Orontes* ex Plinio 5, 27. [ſ. 22.] CIACCONIVS. *Labotas* repoſuit Pintianus, cum prius legeretur *Hypatos.* Meminit quidem Strabo libro poſtremo [lib. 16. c. 1.] Arceuthi et Labotae amnium, qui fluunt ſupra Antiochiam, ſed non videntur iſti amnes in hunc Iſſicum ſinum exire, ſed vel in ipſum fluere Orontem, vel, quod magis arbitror, in Euphratem. Aliud itaque quaerendum. Veteres libri legunt *Hipatos.* Verum et paulo ſuperius,

ubi Paltos legitur, Hipatos ſimiliter habent omnes manu exarati codices. Dico utrobique legendum eſſe *Paltos*, et fuiſſe fluvium urbi cognominem. Meminit huius fluminis Simonides apud Strabonem lib. 15. [p. m. 500. ſ. 728.] in loco ita legendo: Ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτου τῆς Συρίας παρὰ Βάλδον ποταμὸν, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυράμβῳ τῶν Δαλιακῶν. Non audiendi ſunt, qui locum hunc Strabonis corrigere conantur. Πάλτος et Βάλδος, utrumque rectum eſt. Neque id tantum habet locum in fluminis, verum etiam in ipſius urbis appellatione. Stephanus: Βάλδος πόλις Φοινίκης, ὁ πολίτης Βαλδαῖος. VOSSIVS. Voſſius putat flumen et oppidum eodem nomine hic fuiſſe, idque nunc *Paltos*, nunc *Baldos* prolatum auctoritate Strabonis et Stephani. In his nihil eſt, per quod inducamur ad parendum. Nam Stephanus clare pro diverſis habet, dum Πάλτον dicit eſſe Συρίας, at Βάλδον Φοινίκης. Sed *Baldos* illa nuspiam memoratur teſtantibus omnibus Geographiae commentatoribus. An ideo etiam non fuit, aut erravit ſtatim Stephanus et geminam male fecit, quum una modo eſſet, deceptus vel varietate ſcripturae, vel duplici regionis prolatione. Id vero crimen temerarium. Immo certe opinor fuiſſe. Quid enim Βάλδος eſt aliud, quam vox ad Graecam lenitatem inflexa, Βαάλαθος, Βάαλδος, Βάλδος. Baalath autem vocabulum non urbis, ſed urbium circa Phoenicen ac Palaeſtinam ex Sacris Literis novimus. Itaque ſalvus ſit Stephanus et reiiciatur confuſio urbium Baldi et Palti. Quod ad Strabonem attinet, eius locus cur ita legendus eſt περὶ Πάλτου τῆς Συρίας παρὰ Βάλδον ποταμὸν, quum illic in editis legatur παρὰ Βάδαν, Caſaubonus teſtetur in MSS. eſſe Βαυδῶν, (fortaſſe hinc Dalecampius citat Bandam ad Plinium 10, 26. id volui ſcribere) Ioſephus lib. 2. Bel. Iud. c. 9. *Beleum*; quid in his accedit ad convenientiam vocis Βάλδον? aut quo robore illud correctionis mandatum firmatur? I. GRONOVIVS.

Vt oſtendat Gronovius Paltum et Baldum non eſſe eandem, eo utitur argumento, quod Palton Syriae, Baldum vero Phoenices urbem faciat Stephanus. Verum exinde manifeſte patet, utramque in Phoenice et eandem fuiſſe urbem. Cum enim in ſitu Palti omnes conveniant, clarum eſt per Syriam hic intelligi Phoenicen. Si Baldum Syriae eſſe dixiſſet, iam aliquid potuiſſet videri habere coloris, cum dicit eandem eſſe, ac ſint *Baalath* oppida, quae et in tribu Dan et Symeonis fuiſſe memorantur. Nunc cum in Phoenice fuerit Baldus, non poteſt vel de hoc vel de iſtoc mediterraneo Iudaeorum accipi oppido. Pergit dein ad locum Strabonis et rivum *Baldon* ſeu *Bandon* Paltenis vicinum. Dicit illum a Plinio lib. 10. c. 26. vocari *Badam*. Verum nusquam hoc loco iſte comparet. Addit illum a Ioſepho vocari *Beleum*. Et hoc quoque male, cum ſexaginta plus minus paſſ. millibus *Belus* a Paltenis abfuerit, utpote duobus tantum ſtadiis, teſte Ioſepho, a Ptolemaide remotus. Sed tamen ut Strabo Paltenis, ita Ioſephus Ptolemaitis adſcribit Memnonis ſepulcrum. Hinc facile colligas, quam multae gentes et urbes herois ſeu dei iſtius ſibi vindicarint ſepulcrum, nec Aethiopas, Aegyptios, Perſas et Ilienſes tantum, ſed et Phoenices de eo inter ſe concertaſſe; cum tamen Philoſtratus in icone Memnonis [Icon. lib. 1. c. 7.] nusquam eius exſtare ſepulcrum, ſed in lapidem nigrum converſum fuiſſe adfirmet. Nempe quem Memnonem Graeci dixerunt, is erat *Baalthis*, *Belthis* ſeu *Baalthus* deus ſeu dea non Phoenicum tantum, ſed et omnium Syrorum, eadem et ἀνδρόγυνος et ἀφρόδιτος a Graecis dicta. — Huius Memnonis ſive Baalthis ſepulcrum ſibi vindicabant Palteni propter cognomine flumen Baldi. Ptolemaitae vero, ut ex Ioſepho conſtat, ſibi adſcribebant propter minutum Beli flumen, quod et ipſum ſic appellatum fuiſſe colligo ex Plinio, cum lib. 5. c. 16. ſcribi: *rivus Placida ſive Belus vitri fertiles harenas parvo litori miſcens.* Sic in omnibus quos conſului ſcriptum inveni libris, ex-

cepto uno, in quo inveni *Plaada* pro *Paalda* nempe. Literas vero *P* et *B* et item *T* et *D* promifcuas effe apud Hebraeos et Syros opus non eft monere. Apud Strabonem fi quis retineat *Baudos* pro *Baldos*, per me licet, cum in omnibus fere linguis et iftae literae fint promifcuae. In Mela vero licet in multis *Hypatos* legatur libris, tres tamen melioris notae poffim oftendere, in quibus *Ipatos* fcriptum fit, ut non dubitandum fit, quin *Paltos* utrobique fit fcribendum. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Voffius refpondet, per Syriam hic intelligi Phoenicen, quia in fitu Palti omnes conveniunt. Cur igitur nullus in Phoenice ponit? Cur Strabo lib. 16. [p. m. 518. f. 755.] Eleutherum ftatuens cum aliis finem Seleucidis verfus Phoenicen, ante Eleutherum et in Seleucide nominat Paltum? Vt hinc clarum effe debuerit Voffio, qui colligeret, aliam effe Baldum, et Syriam Stephani effe Seleucidem, non Phoenicen. Quae poft obftrepit, ut eruditionem producat in Memnone et Baalthide, quafi eadem forent, nihil moror. Sed miror, cur nihil etiam fciverit in Dictyos lib. 6. [c. 10.] *Hemera foror Memnonis recepta urna Phoenicen navigaverit; delata dein ad regionem eius Palliochin nomine, fepultisque reliquiis fratris nusquam repente comparuerit.* In omnibus, quos confuluit, Plinii fcriptis libris quemadmodum invenerit *Placida*, patet ex notis Harduini. Immo fi infpicias MSS. Pomponii, in quibus clare eft *Hypatos* vel *Hypathos*, et Strabonis, ut fupra pofui, videbis unius literae transpofitionem effe, nempe *Y* in Strabone Βαυδῶς, in Mela *Paydos*, vel *Baydos* vel *Baudos*. Plane mirari nemo poteft transpofitionem hoc loco literarum temere contigiffe a me fupponi; nam ea plus femel accidit. Sic in libro 1. c. 18. MSS. habent *Auftram* pro *Aftyram*. Sic in lib. 2. c. 7. in Lesbo ab Codicibus agnofcitur urbs *Cirava*, quam putant viri docti fimiliter exortam effe ex *Arisva*. I. GRONOVIVS *in nota pofteriori. Lythi* [antea] mutatio eft facilis, et a ne-

mine in controverſiam vocatur. At *Hypato* quid tandem faciendum, quem nemo nec veterum nec recentiorum novit. Subſtituunt, Hermolaus *Labotas*, Voſſius *Paltos*. Aſt illius oſtium ignoratur, nec ſatis celebris eſt fluvius; ceteroqui nomen eius ſatis prope accedit ad illud vitioſum *Hypatos*. *Paltus* vero a nullis ſcriptoribus inter fluvios memoratur. *Pinarum* nobis offert Ciacconius. Sed is ultra Amanum Ciliciae eſt fluvius. At multos in hoc tractu inter Ciliciam et Phoenicen fluvios ex Maundrello [Pocockio] ſic ſatis liquet. Eorum praecipuus fuit *Eleutherus*, ſed qui longum a Melae Codd. recedit. Proximum ergo eſt, ut ex Strabonis loco lib. 15. p. 728. quem primus monſtravit Voſſius, recipiamus non Βάλδον, ſed vel Βαιδᾶν, ut vult Gronovius, vel Βαδᾶν, ut editur. PERIZONIVS. *Baldos* ſine dubio eſt Πάλτος urbs, quam vitioſum Codicem ſecutus et hic Stephanus male expreſſit; cf. ibi Berkelius p. 209. Hinc *Paltum*, quam praeterire alias non poterat, ſuo loco omiſit, et quaſi ad viam commemorat ſ. v. Κάρνη prope *Gabala*, ubi et ab aliis ponitur. *Baalath*, ad quam per varias ambages deducitur Gronovius, videtur eſſe Βαλὲθ Ioſephi in antiqu. Iud. 8, 6. 1. longe hinc remota. Baldum etiam Phoenices urbem dicit Stephanus, uti *Berytum*, at *Laodiceam* Syriae, ut totam modo regionem nominet, modo eius partem. Ad fluvium tamen cognominem emendatione Strabonis demum pervenire licet, renitentibus libris omnibus, etſi hic, ut antea in *Hypatos*, eadem corruptionis cauſa ſubeſſe potuerit. De aliis emendationibus monuit iam ſatis Perizonius. Mirum utique eſt, quod Eleutheri mentionem neglexit Mela, qui tamen extorqueri vix ex librorum vocibus poteſt. Ad Palti veteris ſedem memoratur certe hodie fluvius *Melleck* (v. Shaw T. 2. p. 4. ex verſ. Gall.) qui in mare excurrit; *Melec* apud Pocockium T. 2. p. m. 291. (199.) Maundrel p. 56. (ed. 1740.) Turcis eum *Nahor Kelp* vocari adfirmat. Sed de priſco nomine

quis certi aliquid adferat, neſcio, nec conſtat adeo, an fluvium Palto vicinum hic indicaverit. In hac fluctuatione, ne incerta incertis penſentur, cum Baudos a Strabone adiuvetur, nec a Codicibus diſſideat nimis, reliqui.

Orontes) Cibin. *Horontes;* Rehdig. *Oronthes;* Prag. *Oruntas.* Edd. quaedam, ut 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. *Orrontes.* Pro *mons Amanus* Prag. *monamantis.* Particula *et* abeſt in Rehdiger.

Myriandros) Vindob. Gud. *Mirandros;* Lipſ. Vatic. 3. Prag. *Mariandros;* Pariſ. 2. *Maryandros.* Edd. 3. 4. 5. *Mariandros*, pro quo Hermolaus Barbarus recte vult *Myriandros*, uti iam dederant 1. 2. Ab eadem non ſolum parte corrupta eſt haec vox, ſed et ab alia apud Herodotum 4, 38. ubi vulgo legebatur Μαριανδυνῶν κόλπος ὁ πρὸς Φοινίκῃ κείμενος, pro quo ex Stephano videtur reponendum Μυριανδρικῶν vel — ὸς, uti aliquatenus viderunt Berkelius et Stephanus, melius Weſſeling. ad Herodot. c. l.

Cilices) Lipſ. *Sylices;* Pariſ. 2. Prag. *Scilices;* Cibin. Zaluſc. *Cylices;* Schottus *Cilicia.* Vnde deinceps ſequens caput ſic exorditur: *Eius in receſſu intimo.* TZSCHVCKE. Sincerior lectio, *Myriandros et Cilicia. In receſſu* — PINTIANVS. Forte leg. *e Cilicia.* Nam cum omnes Amanum montem ſtatuant Syriae et Ciliciae, Myriandros iam erit e Cilicia. CIACCONIVS. Etiam hic peccare videtur Auctor, quod *Myriandrum* ultra Amanum locat, quum cis et intra eum fuerit, Syriae adſcribendo. Hinc et Plinius 5, 22. [ſ. 18.] eum, quem ceteroqui ſolet, hic non ſequitur, dum Myriandrum *Amano* praemittit, quem *ab Syris Ciliciam ſeparare* ait. Vide et Cellarium 3. Geogr. Ant. 12. Hoc poſterius tamen et Mela videtur voluiſſe, quia *Myriandron* a *Cili-*

cibus diſtinguit, atque adeo extendiſſe Syriam paulo ultra Amanum, vel eius partem. Atque idcirco non auſcultandum nec Pintiano, nec Ciacconio, qui voluit legi *Myriandros e Cilicia.* PERIZONIVS.

CAP. XIII.

In Codd. et vetuſtis editt. hoc caput continua ſerie proximo adnectitur. Aliquae edd. ut 11. 13. 14. paragraphi ſignum praeponunt. Camers inſcripſit *Cilicia*, ut poſt Vadianae, Olivarianae et reliquae. Caput 38 hinc incipit Vinetus.

§. 1. *At in receſſu)* Vindob. *et in receſſu.* Plerique Perizonii Codices *At*, nec aliter reliqui ex meis, quod mea et aliorum fide adfirmo. Aliqui ex Perizon. *ac.* Editiones nihil variant. Tantum Schottus ex mente Pintiani: *Eius in receſſu — ;* vid. ad finem capitis praecedentis. TZSCHVCKE. Lego: *Myriandros et Cilicia: ac in receſſu ultimo locus magni* etc. ut verbum *eſt* ſuperfluat; vel ſic: *Myriandros et Cilicia: eius in receſſu intimo locus eſt magni quondam* etc. PINTIANVS. *At* recte legitur. Dixerat enim ſupra de oris huius ſinus, urbes eſſe Seleuciam, Palton et Myriandron. At, inquit, in eius ſinus non *ora*, ſed *receſſu intimo* locus eſt. CIACCONIVS. Nempe ſolet Noſter in progreſſione ad diverſa vel diverſorum nexu, quae diligentius eſt deſcripturus, hanc particulam adhibere. Sic 1, 2, 5. 1, 17, 3. 2, 3, 6. et 10. Vid. ad 1, 17, 3. de commiſtione utriusque particulae *at* et *ac* ad praefat. 1. et 1, 2, 5. *Magni* corrumpunt quaedam edd. in *magno* et *magna* operarum vitio.

fugientisque) Copulam omittit Cibin.

ne minima quidem) Rehdiger. Gud. Prag. A. Gronov. *ne minime quidem;* Lipſ. *nunc minima quidem,*

omiſſo *ne*, quod minuſculis literis expreſſit Schottus. Praeeunte Voſſio edd. 40. 41. 42. *ne minime quidem.* TZSCHVCKE. Lego absque negatione, *nunc minima quidem*, auctore Strabone lib. 14. Geogr. [p. m. 465. ſ. 676.] Μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἴσσος πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον, καὶ ποταμὸς Πίνδος. Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ, καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός. SCHOTTVS. Πολίχνιον vocat Strabo. Exſtitiſſe quoque Ciceronis ſeculo, apparet ex eius epiſtolis. Ait enim in illis alicubi: [ad diverſ. 1, 10.] *Imperator vocatus ſum apud Iſſum.* Legunt itaque viri docti: *nunc minima quidem* etc. Sed hoc pacto ſermo erit vitioſus. Vera eſt lectio veterum exemplarium: *Nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit.* VOSSIVS. Aliquid in hoc loco ſcabri. Voſſius legit et edidit, *nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit.* Sequuntur eum ultimae editiones. [40. 41. 42.] In his quod praecipuum eſt, debet Voſſius Pintiano, cuius laudem ſilentio obliterare non debuiſſet. Nempe quum antea legeretur *Iſſos*, etiam in MSStis, recte viderat ille reponendum *Iſſo*, per appoſitionem quandam ad vocem *urbe;* ut paulo ante *magni discriminis*, hoc eſt, certaminis, pugnae, *fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientisque Darii.* Et ſic paſſim. At cur Voſſius malit *nunc ne minime quidem*, et ſermonem pronuntiet vitioſum, ſi legatur, *nunc minima quidem, tunc ingenti*, nullus equidem video. Certe falſum eſt, quod temporibus Romanorum locus ille *ne minime quidem celebris* fuerit. Satis quippe celebris rerum maximarum illic geſtarum gloria. Vnde Cicero non uno loco, ſeu *alicubi*, ut ait Voſſius, ſe Imperatorem victoria iuſta *apud Iſſum* appellatum ſcribit. Vide eum maxime ad Famil. 2, 10. et ad Atticum 5, 20. Sed et ab *Iſſo* cognominabantur etiam vicinae urbes. Hinc Alexandria Ciliciae in numis Caeſarum, immo et apud Ptolemaeum [5, 15. in.] appellatur Ἀλεξάνδρεια κατὰ Ἰσσόν. Quid certius dari poteſt

argumentum durantis etiam tunc celebritatis? Deinde manifesta est distinctio non inter celebritatem loci *olim*, et *nunc*, sed inter ipsius urbis fortunam, seu magnitudinem, quae *nunc* quidem erat *minima*, at *tunc ingens*. Quocirca omnibus pensitatis accesserim Schotto, qui voculam *ne* delendam censuit. Et sane videtur ab hoc loco aliena, et a librariis inserta, quia saepissime *ne quidem* interposito alio verbo occurrit. Quod vero *Issus* valde imminuta fuerit, liquet ex Strabone, [c. l.] qui πολίχνιον, hoc est, oppidulum vocat, quod, quam longe ab *ingenti urbe* abiit, nemo non videt. PERIZONIVS. MSS. *minima* praeferunt pro *minime* probante Avo, qui lib. 1. observ. c. 16. hunc locum ita emendandum censebat: *ne nunc minima quidem, tunc ingenti urbe celebris Isso*, omisso τῷ *fuit*. A. GRONOVIVS. Vossii lectionem satis refutavit Perizonius, simulque Schottianam ex Strabonis appellatione stabilire tentavit. Adest etiam ex Codice Lipsiensi, in quo tamen τὸ *ne*, cum id agnoscant alii omnes, facile potest excidisse. Tum in hoc nexu τὸ *quidem* nude positum desiderat particulam, *sed*, *at*, *tamen* cui respondeat. Sensus hic est: Locus ille celebris fuit urbe, quae quidem etiam nunc satis est magna, tunc vero ingens erat. Oppidum vocat etiam Plinius 5, 22. s. 27. etsi Strabo πολίχνιον, quae tamen non nimis discrepant et ex mensura auctorum reguntur. Discrimen fortunae, quam recte hic obponi notat Perizonius, in hac descriptione subest utique. Quod Diodorus Sic. 17, 22. πόλιν ἀξιόλογον vocat, spectat Alexandri tempora. Ceterum Gronovii coniectura specie sua subblanditur.

Isso) MSSti Perizonii et A. Gronovii *Issos*, tantum, qui ipsius erat Gronovii, *Isos*, uti ex meis Paris. 2. 5. Prag. Alii, in his Lips. Vindobon. Gud. Zalusc. et ex silentio conlatorum cum edd. suis Vatic. Venet. Havn. *Issos*; Cibin. Rehdiger. *Yssos*, hic et post *yssicus*. Edd.

omnes *Iſſos* ad Voſſium, qui primus repoſuit *Iſſo*, TZSCHVCKE. Lego *Iſſo* non *Iſſos*, ut infra. PINTIANVS. *Iſſo fuit* lego, auferendi caſu. SCHOTTVS. Recte, quia in obpoſitione pertinet ad *urbe*. Vide notam ſuperiorem. Forte, ſi capere librarii eam cogitationem potuerunt, ad *celebris* retulerunt, ſed ſine commodo ſenſu *Iſſos*, quia ſic paullo inſolentius hac terminatione cum *locus* coniungi debeat.

Iſſicus dicitur) Gud. *dicitur iſſicus;* Prag. *ſinus et vicus dicitur.*

Ammodes) Perizonii Codices *Haminodes*, *Aminodes*, *Amidones;* Ciaccon. Bonon. Gud. Prag. *Aminodes;* Pariſ. 3. *Amynodes;* Vindob. *haminodes;* Lipſ. *Amidones;* Ven. Havn. *Amynodes* cum ſuis edd. habuiſſe videntur, contra Pariſ. 1. 2. cum Voſſio *Ammodes*, uti Voſſ. 1. Cibin. ferunt. Sic et paſſim Boccatius, etſi et *Aminodes*. Vatic. 1. Rehdiger. *Hammodes*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Amynodes;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. et reliquae ad Voſſium *Amanoides*, praeter 15. 17. 20. 23. in quibus legitur *Aminodes*. Voſſius reſtituit *Ammodes* ſubſequentibus aliis. TZSCHVCKE. *Amynodes*) Quid ſi non *Amynodes*, ſed *Amanoides*, hoc eſt Ἀμανοειδὲς, quaſi ad montis Amani ſimilitudinem. Vt enim Amani portae ſinu Iſſico vocantur, ita portae Ciliciae inter Pyramum atque Cydnum, auctore Plinio. [5, 22. ſ. 27.] HERMOLAVS BARBARVS. *Amanoides* eſt Hermolai Barbari coniectura, cum prius legeretur *Aminodes*. Multis tamen de cauſis non poſſum hanc lectionem probare, cum nulla prorſus ratio fingi poſſit, quamobrem promuntorium aliquod Amano magis ſimile eſſe dicatur, quam alteri monti. Praeterea mons iſte non eſt Amano ſimilis, ſed Amanus ipſe. Amanus enim vocatur ea etiam Tauri pars, quae Ciliciam a Cataonia dirimit. Duobus vero diverſis iugis

in mare excurrit totumque ſinum Iſſicum amplectitur, ut inquit Strabo. [12. p. m. 568. ſ. 535.] Altero quidem iugo Syrias et Amanidas portas efficit, alio vero Cilicias portas, et hoc, cuius hic Mela meminit promuntorium. Sed uſus obtinuit, ut ſolae illae portae, quae Syriis portis vicinae ſunt et Iſſo urbi dicantur Amanides, cum tamen quatuor Amani portas veteres recenſeant. Itaque non *Amanoides*, ſed vel Amani, vel Amanidum iſtud promuntorium appellaſſet Mela. Sed profecto, id quod ſemper fere, id ipſum quoque hic locum habere puto, ut lectio veterum librorum, aut ſaltem, quae ei proxima eſt, eadem quoque ſit veriſſima. Legendum enim *Ammodes*. Ἄκρον Ἀμμῶδες Graeci vocarunt, cuius nominis promuntoria etiam alibi terrarum occurrunt. VOSSIVS. *Amanoides* ortum ab Hermolao Barbaro per coniecturam. Sed nullum talis nominis promontorium a quoquam alio memoratur. Voſſius recepit *Ammodes*, hoc eſt, *arenoſum*. Et ſane facillimus fuit librariorum lapſus ex *Ammodes* in *Aminodes*, ut adeo hoc ipſum videatur Voſſianam lectionem confirmare. Sed tamen vel ſic incerta eſt valde, quamdiu non probatur reperiri apud ullum alium ſcriptorem iſtic loci promontorium ſic dictum proprio prorſus nomine, adeo ut Mela illud ita in Latinum ſermonem admiſerit. Quamobrem crediderim legendum hic *Amanodes*, vel *Amanidis* promontorium. Etenim ſicut Mela illud collocat inter Pyramum et Cydnum, ſic et Plinius 5, 27. [ſ. 22.] *portas Ciliciae* poſt Pyramum, atque adeo inter dictos fluvios memorat. Scio equidem, *portas* has *Cilicias* et *portas Amanidas* diſtingui a ſcriptoribus. Sed tamen utraeque ex Amano oriuntur, et ideo *Amanides* poſſunt dici. Hoc nomen ſive legendum ſit *Amanidis*, ſive *Amanidum* promontorium niſi hic lateat, expedire me hinc nequeo, et lubens alteri lampada hanc trado. PERIZONIVS. Alio modo tentaverat hoc nomen Salmaſius ad Stephanum p. 763. ed. Berkel. Qui cum ex Artemidoro referat *Pſeudocoraſium* litus eſſe inter

Corycum et Seleuciam, quod illi eſt αἰγιαλὸς μηνοειδής, ultimam hanc vocem arreptam huc accommodat, legique vult *Manoides*, et ne quis a litoris adpellatione dubitationem moveat, ita occurrit, ut ἀκτὴν, αἰγιαλὸν et ἄκραν faepe confundi et pro eodem fumi contendat. At ſi vel id, ubi nexus fert, concedatur, amovendum primum eſt τὸ *A*, tum adpellativum loco proprii, cuius vices hoc quidem vix ſuſtineat in Latinis maxime, denique, quod gravius eſt, latiſſime illud patebat, cum hoc inter Pyramum Cydnumque ponatur, et artioribus longe limitibus includatur. Sic apte Procopius de B. Goth. 4, 6. dicit: ὁ Φάσις ἐς τὰ μηνοειδοῦς τὰ μέσα ἐκβάλλει, de inflexu litoris in lunae ſpeciem verſo, et ante 4, 5. m. κόλπος μηνοειδής. Videtur utique aliquid ex Amano monte ductum hic latere, uti ſunt Ἀμανίδες πύλαι apud Strabonem 14. p. m. 465. ſ. 676. At illo ipſo loco Strabo eas ponit poſt urbem *Aegaeas* inde a Mallo progreſſus, et in eas exire montem Amanum dicit; remotius igitur ab hoc tractu. Nec Ciliciarum portarum ſitus ex Plinio definiri ita recte poteſt. Quid ſubſtituendum ſit, incertum, cum inter Pyramum et Cydnum diſerte ab aliis nihil eiusmodi commemoretur. Boccatius de fluminibus ſ. v. Piramus dicit hunc effluere in Cilicum mare apud *ammodem* promontorium. Quod unde ductum ſit, ignoro, forte ex Noſtro, quem reddere ſolet, excitatum. Maneat igitur *Ammodes* etſi ad litus propius hoc facere videtur, uti Ἀμμώδης αἰγιαλὸς in Corſica apud Ptolem. 3, 2.

promontorium) Cibin. ut alibi *promunctorium;* cf. ad 1, 5, 1. Tum Lipſ. *piramum;* Vatic. 3. *Pyranium;* Prag. *piranium;* Vindobon. Gud. *piramum.* Sic paullo poſt, ubi tamen Lipſ. *Pyramus.* Recte hic cum quibusdam Rehdig. effert. Sic Cibin. Gud. Prag. *cidnumque;* poſt Cibin. *cydnus.* Vindob. *adimimque* longe aberrans.

Iſſo prior) Lipſ. *Iſſo propior, ipſo prior;* Voſſ. 2. *Ipſo prior;* Pariſ. 2. Prag. *ipſe prior.* Plerique alii ex Perizonianis et meis *Iſſo prior;* Rehdig. *yſſo prior. Iſſo prior* habent etiam edd. inde ab antiquiſſimis, Vinetus tantum et Schottus in ſuis *propior*, quod tamen iam legi in ed. 15. et in ed. 3. correxerat antiqua manus. TZSCHVCKE. Scribendum: *Pyramus Iſſo propior*, ut non multo poſt: *ſed Celendris Sarpedoni propior.* Solet hoc ſubinde fieri a Pomponio, ut propinquitas diſtantiaque locorum inter ſe conſtet lectori. PINTIANVS. *Propior* Pintianus et alii, cum vulgo *prior* legeretur, non *propior.* Nihil tamen mutandum erat. Iſſo enim euntibus Pyramus fluvius prior occurrit, deinceps Cydnus. *Prior* vero pro *propiore*, et *primus* pro *proximo* ſaepe apud praecipuos etiam Latinae Linguae auctores. Exempla multa congeſſere eruditi. VOSSIVS. *Prior* plerique quidem MSSti et primae Edd. Nec tamen dubito, quin recte emendaverit Pintianus legendo *propior;* id quod ſenſus poſtulat. Sed ita ſolet Mela loqui, et loquitur non modo in extr. huius capitis, ſed et 3, 8. *Tigris Perſidi propior.* Voſſius, ut ſolet, lubens, Pintiano etiam hic adverſatur, ac praefert illud *prior*, ſed quod falſum exhibet ſenſum, quaſi progredientibus ſcilicet ex Syria in Ciliciam prior occurrat Pyramus fluvius, quam urbs Iſſos, quod neque ipſe Voſſius admittit. Vult enim ille Pyramum progredientibus ab Iſſo decurrere priorem. Verum ita dicendum omnino foret: *Pyramus ab Iſſo prior*, ſiculi *alter ab undecimo* apud Virgilium eclog. 8, 39. *ſecundus rex a Romulo* Livius 1, 17. Si omittatur hic praepoſitio, locutio erit nimis ambigua, immo ab nemine, qui tantum haec verba, non ipſam conſiderabit Geographiam, alio quam priore illo, ſeu falſo accipietur ſenſu. Adde iam frequentiſſimam eſſe librariorum hallucinationem inter has voces *prior* et *propior*, quum ſyllaba *pro* ſcribi per compendium ſoleat, et ſic remanere *ppior*, unde quam facile oriatur *prior*, in primis, quum

literae *r* figura ad literam *p* in Longobardico et Saxonico charactere accedat quam proxime. Sed ut appareat, fuiſſe hic iam olim lectionis quandam diſcrepantiam, eximium hic ſe praeſtat Cod. Lipſ. qui utramque ſimul exhibet, legendo, *Pyramus Iſſo propior, ipſo prior, Maloſen praeterfluit.* Quod praemiſit, haud dubie verius eſt, et alterum varia tantum lectio. Sed et, ut ſolet error errorem alium parere, Voſſ. 2. habet *Ipſo prior*, haud dubie, quia *Iſſo* non probabat. PERIZONIVS. *Prior* et *propior* mutantur et alibi. Vid. Drakenborch. ad Liv. 5, 15, 4. et quae diſputavi ad Eutrop. 10, 16. p. 800. et infra adferam ad 1, 19, 5. Pro eo paſſim *propior*, uti legi in Cod. Wurtzenenſi apud Valer. Max. 5, 2. in. pro *priorem locum*, quod recte ibi habet. Qui *prior* hic tuentur, explicant ab Iſſo progredientibus, Iſſo euntibus; uti Voſſius et Kappius in indice ſ. v. *Ablativus abſolutus.* At non video, qua ratione hic ablativus conſequentiae accommodari poſſit, et ſi praepoſitione *ab* adiuvare velis, cuius ope ſenſus indiget, dura utique et inſolens eſt haec ellipſis. Nempe in progreſſione a loco, re, homine eam addi docuit iam Perizonius. Sic Virgil. eclog. 5, 49. *tu nunc eris alter ab illo.* Cicero in Oratore c. 64. *proximus a poſtremo*, et alii. Cellarius in Geogr. ant. 3, 6, 60. ſubplet: *quam Cydnus.* Sed quid tum Iſſo faciendum eſt, quod ſic in diſcrimine verſatur. Primo intuitu, quia prior duarum rerum comparationem perficit in ſimilitudine tamen diverſarum, *Iſſo* videatur fluvii nomen, quod non eſt. Igitur melius eſt et expeditius, praeeunte Cd. Lipſ. legere *propior*, quod poſui, et reddidit etiam Hiſpanus interpres: *Pyramo mas vecino a Iſſos.* Nempe progreditur Noſter in notandis et conſtituendis fluviis inde ab Iſſo ad Tarſum, et quo ſitu reſpondeant utrique urbi, exponit.

Mallon) Voſſius in appendice ad h. l. adfert ex ſuis *Malloſen* et *Malloſon.* Cdd. Perizonii tantum non

omnes, itemque Oxon. Vatic. 1. 2. Lipſ. Rehdiger. Pariſ. 3. et quod videtur Havn. Chiſ. *Maloſen;* Pariſ. 2. Vatic. 3. Venet. Cibin. Prag. *Moloſen;* Pariſ. 1. *Malloſſen;* Vindob. *Maloſem;* Gud. et unus I. Gronov. *Maleſen;* Voſſ. 4. *Malo ſeu.* In Lipſ. ultima ſyllaba *ſen* a prima manu aliter ſcripta fuerat. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Maloſen;* 6. 7. 8. 10. 12. et reliquae *Mallon.* Poſt Cibin. *praeterfluunt.* TZSCHVCKE. Scribendum eſt non *Maloſen*, ſed *Mallon* ex Plinio, [5, 22. ſ. 27.] Ptolemaeo, [5, 8.] Strabone, [14. p. m. 464. ſ. 675.] Callimacho [apud Stephan. h. v.] *Mallos*, inquit, *urbs Ciliciae a Mallo conditore dicta.* HERMOLAVS BARBARVS. Quin hic ſit abſconditum aliquid ulceris, dubitari nequit. Cur enim huius urbis vocabulo ſoli datur forma Graeca, non item Pyramo, non Tarſo, non Cydno? Deinde, quum urbis huius vocabulum ſit celeberrimum ac notiſſimum, unde credimus eſſe, quod exemplaria ante Hermol. Barbarum, cuius reſtitutio eſt lectio, quae nunc vulgo obtinet, habuerint *Maloſen*, quomodo legi ſcio in Chiſiano, et ipſe inveni in ſcripto *Maleſen.* Liceat deliberare. I. GRONOVIVS. Nempe ineptus librarius *Mallon* in *Mallos* permutarat. Ex hac duplici lectione vitioſam iſtam prodiiſſe ſcripturam, facile quilibet videat. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Sed quando incepta iſta permutatio? Dicat Voſſius, qua occaſione ad hanc ineptiam venerit librarius. [Mirum.] I. GRONOVIVS *in poſteriore nota.* Corrupti aeque hic ſunt Codices. — An voluit Voſſ. 4. [vid. ſupra] *Malon* vel *Mallon prae ſeu praeterfluit?* Potuit illud *prae* per compendium ſcriptum facile dein excidiſſe, et ita ex *Mallon ſeu* ortum eſſe *Maloſen.* Sic mox Voſſ. 2. *praeter per Tarſim.* Sed non tanti haec res eſt, quum veram habeamus lectionem, quod ſufficit nobis. PERIZONIVS. Optime; non enim tanti eſt inquirere, aut coniecturas effundere, quibus nihil proficias. *On* et *um* autem apud Noſtrum promiſcuo certe librariorum uſu.

Cydnus) Gud. Prag. *cidnus;* Vindob. *cidinus.* Sed vid. ſupra, ſi tanti eſt. Sic Vindob. *tarſou,* non male forſitan; Rehdiger. *trarſum;* Voſſ. 2. *Tarſim.* Edd. 2. 9. 13. *tharſum.*

§. 2. *eſt olim)* Deſunt haec verba in Cdd. Vindob. et Rehdiger. Poſt ante *Rhodiis* omiſit Prag. *a.* TZSCHVCKE. Videtur legendum *Achivis* non *Argivis* ex Strabone lib. 14. [p. m. 461. ſ. 671.] PINTIANVS. Putant viri eruditi *Achivisque* legendum eſſe non *Argivis.* Ita enim Strabo [c. l.] Μετὰ δὲ Λάτμον Σόλοι, πόλις ἀξιόλογος, τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχὴ, τῆς περὶ τὸν Ἰσσὸν, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου. Stephanus [forte voluit Euſtathius ad Dionyſ. v. 874.] quoque Cilices prius Achaeos dictos fuiſſe ait ex Herodoto. Verum aliter ipſe Herodotus, cuius verba haec ſunt lib. 7. [c. 91.] Οὗτοι μὲν τοπαλαιὸν Ὑπαχαιοὶ ἐκαλέοντο, ἐπὶ δὲ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος ἀνδρὸς Φοίνικος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Stephanus [Euſtathius] non recte Ὑπαχαιοὺς in Ἀχαιοὺς mutavit. Quo enim modo Ὑποχαλκὶς et Ὑποθῆβαι, eodem etiam Ὑπαχαιοὶ vocantur. Sed vero in Mela nihil mutandum eſſe, vel unus hic teſtabitur Livii locus lib. 37. [56, 7.] *Pro his cum gratias egiſſent Rhodii de Solis urbe, quae in Cilicia eſt, egerunt. Argis et illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe; ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis caritatem eſſe.* Nec tamen diverſa eſt horum inter ſeſe opinio. Nam et Argivi aliquando Ἀχαιοὶ vocantur. Hinc Homero [Odyſſ. 3. 251.] Ἄργος Ἀχαϊκόν. VOSSIVS. Pintianus hic maluit *Achivis,* quia Strabo ſic loquatur lib. 14. p. 671. Id vero a viro doctiſſimo factum nollem. Nam antiquiſſimis temporibus iidem erant *Argivi* et *Achaei,* ſeu, ut ille ait, *Achivi.* Vnde et Homerus Graecos Troiam obſidentes modo Ἀχαιοὺς, modo Ἀργείους, modo etiam Δαναοὺς vocavit, ut ipſe nos Thucydides monet 1, 3. Vide et Voſſium ad h. l. PERIZONIVS.

post piratis) *Post a piratis* ed. 19. Rehdiger. et ed. 2. *pyratis;* Voff. 1. Cibin. *pro piratis.* Reliqui *post piratis;* tantum Parif. 1. *patet piratis.* TZSCHVCKE. Ita alii repofuerunt, cum tamen in omnibus, [vid. post Perizon.] quae comparent, exemplaribus antiquis fcriptum fit *pro piratis.* Videtur legendum *porro piratis Pompeio adfignante poffeffa. Porro* hic eft adverbium temporis, ut faepe alias. VOSSIVS. Scripturam *post piratis* fcio confervari in duobus MSStis, quam follicitare nefas puto. I. GRONOVIVS. Licet haec lectio [*post piratis*] in multis recentioribus occurrat libris, quia tamen in melioribus *pro* non *post* fcriptum inveni, monui rectiorem nos habituros lectionem, fi *porro* reponamus. Indocti librarii, quod exiftimarent, *post* melius coniungi cum *prius*, quam cum altero hanc, nifi fallor, induxerunt fcripturam. Sed longe plus dicit Mela, quam fi *post* fcripfiffet, quod etiam de brevi tempore poteft accipi. *Porro*, ut paffim alibi, ita quoque hic notat, τὸ λοιπὸν, accipiturque de toto, quod fupereft, tempore. Conftat enim ex antiquis, piratas iftos Cilices non tantum ad aetatem Melae, fed et femper poftea tenuiffe Solos aliaque a Pompeio adfignata loca, et placuiffe illorum fidem populo Romano. Fruftra itaque altera praefertur lectio. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Voffius indoctos crepat librarios, quod exiftimarent *post* melius coniungi cum *prius*, quam cum altero, hanc induxiffe fcripturam. Mi Lector, potesne illud Voffianum *prius* mihi in Mela indicare? — Reliqua funt inaniffima. I. GRONOVIVS *in nota posteriore.* Quia unus Voff. 1. *pro piratis* habet, hinc ait Voffius, *ita in omnibus, quae comparent, exemplaribus antiquis fcriptum* effe, atque ideo eiecto *post*, quod *alii repofuerint*, legi vult *porro.* At quanta eft haec temeritas affirmandi? Teftor enim palam in reliquis quatuor Voffianis, tum in Lipf. et meo reperiffe me integris literis fcriptum *post.* Neque aliud invenio in collationibus tum Voffianis, tum Goetzii, [in ed. 25.] qui Vaticanos adhibuit.

[Ita etiam Oxon. notante Dukero et mei reliqui.] Denique non aliter edd. omnes, etiam antiquiſſimae, etiam illae tres e MSStis expreſſae. Recte ergo hic Voſſium increpuit duorum Codicum auctoritate Gronovius, atque ideo ille in appendice ab *omnibus* ad *meliores* ſuam affirmandi audaciam retraxit, ſed quo iure id fecerit, ſatis declaravimus. PERIZONIVS. Non opus eſt a vulgata lectione diſcedere. Mox Rehdiger. Vindob. *Pompeo*, hic etiam *Pompeiapolis*. Poſt *Soloe* omnes, erratque Raderus ad Curt. 3, 7. in. dum adfirmat, hic ſcribi *Solae*, idemque evincere conatos eſſe Hermolaum et Vadianum, cum ille nihil monuerit, hic adeo *Soloe* probaverit, uti ad Solin. c. 31. ſ. 48. Sic inter *oe* et *ae* olim ambigebant in voce *Arimaſpoe* 2, 1, 2. et poſt libri in *Hamaxobioe*.

monimentum) Lipſ. Cibin. Vindob. Rehdiger. Prag. Gud. *monumentum*, uti edd. multae antiquae, ex recentioribus Reinoldius, quod quidem et ego per analogiae leges praeferendum putavi. V. ſupra ad 1, 6, 1. Addam unum de voce *emolumentum*, eiusque diſcrimine ab *emolimentum*, etſi promiſcue utrumque ſcribi et valere cum aliis contendit Ruhnkenius ad Vellei. 2, 78, 1. invita tamen ſyllabarum quantitate, ſi *emolumentum* ab *emoliri* derives.

iacta in id — disſiliunt) Vindob. *iacta in his*; Rehdiger. *diſolvent*; reliqui *disſiliunt*, quod equidem ſciam; at contra leges linguae, quae in hoc nexu poſtulant coniunctivum. Poſui igitur, ne diutius librariorum inſcitia ab iis deſciſcere Mela cogeretur. Sic in ſimili nexu 3, 6, 1. *cur ſanctum ſit, oſſa eius — eſſiciunt*. Ita correxeram, cum vidi de eo monuiſſe etiam Muellerum, Rectorem ſcholae Electoralis Miſnenſis V. C. in proluſione ſcholaſtica, quae ſpecimen 7. animadverſionum in Melam exhibet ad h. l.

Corycus) Cibin. *choricos;* Prag. *corinthes;* Vindobon. Gud. *coricos,* ut edd. 1. 2. et aliae quaedam. Poſt *ſoloque* Havn. Prag. *Adnexum* dedi cum Cibin. et edd. quibusdam antiquis, etiam Vadianis.

§. 3. *Corycius)* Prag. *Cortius;* Vindob. Gud. ut edd. 2. 9. *coricius;* Cibin. *choricius;* Rehdig. et edd. 7. 8. *corytius;* Lipſ. *Corinthius,* et in margine *Corinthyus,* uti fere paullo ante Prag. *Corinthes,* et apud Ciceron. ad diverſ. 12, 13, 8. *Corinthum* quidam legunt pro *Corycum.* Gud. *ſpecus nomine eſt coricius.*

ſupra quam ut deſcribi) Meliores libri ita legunt: *Ac, ſupra, quam deſcribi facile ſit, eximius.* Atque ita procul dubio ſcripſerat Mela. VOSSIVS. Multum profecto negotii faceſſit mihi Voſſius illo adſeverandi quidvis prolubio. Nam et hic ait *meliores libros ita legere,* ac ſupra quam deſcribi facile ſit; *atque ita Melam procul dubio ſcripſiſſe.* At ego in nullis, demo licet excuſſis, id invenio, ne ipſo quidem Voſſiano 1. ex quo uno nobis modo obtrudebat *omnes.* Sed neque in ullis aut edd. priſcis, aut collationibus. Et tamen haec in contextum recepere Voſſius, et ex eo ultimae edd. Voſſ. 2. omiſit *facile,* at in ceteris nihil discrepat a reliquis. PERIZONIVS. Nec mei discrepant a vulgata: *ſupra quam ut deſcribi poſſit,* praeterquam quod Rehdiger. *at ſupra,* Gud. *diſcribi* habent. Solus Pariſ. 1. quia nihil diverſi adſcriptum erat, cum ed. Voſſiana conſenſiſſe videtur; nam 2. et 3. ut reliqui Codices. Voſſium ſecutae ſunt edd. 40. 41. 42. Aliae omnes vulgatam ſervant; tantum 10. *poſſit: et eximius.* Nempe Voſſium male habuit particula *ut,* quae vix alibi in hoc nexu aut raro adiicitur. Neque ſubintelligi ea omnino poſſe videtur, ſic ut a noſtro ad pleniorem orationem conficiendam adpoſita ſit, quia promiſcue et ex nexus orationiſque conſilio modo indicativus, modo coniunctivus ſequatur.

Ex multis pauca. Sic Salluſt. Catil. 5. in. *patiens algoris quam cuiquam credibile eſt.* Quinctil. 10, 1. p. 914. Burm. *ſupra quam enarrari poteſt eloquens.* Contra Cicero in orat. c. 40. f. *ſupra feret, quam fieri poſſit.* Exempla alia dant Lexica et Turſellinus de particulis cap. 254. f. p. m. 840. monuitque de hoc uſu ad Salluſt. c. l. Cortius ubi et hunc locum, omiſſo tamen *ut*, in quo Voſſium ſequitur, adtulit. Eandem diſputationem movit haec particula apud Livium 57, 37, 8. ubi: *nec ante in aciem deſcendit, quam ut in caſtra me rediſſe audierit.* Gronovius ſuperfluum cenſet adſentientibus aliis; Dukerus, etſi non refragatur, forſitan tamen eodem modo dictum eſſe cenſet, quo *prius, citius, potius quam ut* in Livio aliquoties poſita reperiuntur. Vid. etiam, quae de hoc uſu particulae *ut* poſt *quam* diſſeruit Heuſinger. ad Nepot. 25, 1, 3. in quo ſic occurrit 12, 3, 2. 18, 5, 5. Interim exempla pleraque docent, tum adiici ſolere, cum praeter comparationem cauſa ſimul conſiliumque infertur, ubi *quam* pendet a comparativo, *ut* a verbo praecedente. Poteſt etiam, ut in ſuperiore Livii loco accipi pro *ubi, poſtquam,* quod voluerat Perizonius. Plerumque certe omittitur. Hic tamen propter Codices et exempla aliqua ſimilia ſervavi et notandum modo duxi. Accedit, quod paullo poſt *magis, quam ut progredi quispiam auſit, horribile* legatur, et 3, 9, 6. *patentes magis campi, quam ut proſpici poſſint;* etſi in hoc comparativi nexu frequentius. Sed vid. paullo inferius.

Grandi namque) Cibin. Voſſ. 1. inverſo ordine: *Namque grandi.* Tum Lipſ. *petens*, et *divos* pro *clivo;* Vindob. *clivio.* Prag. *oppoſitum,* crebra commutatione, de qua ad 3, 6, 9.

et decem) Prior vox abeſt in ed. 10. Cibin. *adpoſitum ad decem.* Numerum laceſſit Salmaſius ad Solin. c. 38. f. 41. p. m. 544. et pro *decem* reponi vult *viginti,* uti poſt: *quingentorum et duum millium paſſuum.*

Nempe Melam putat preſſius ſecutum eſſe Strabonem, a quo diſcedere minime poſſit. TZSCHVCKE. Pulcra et facilis et luce meridiana clarior eſt haec Corycii antri deſcriptio; meram tamen huic noctem ſuffundere conatus eſt vir doctus [Salmaſius] prolixa admodum digreſſione ad Solinum. Nam dum efficere cupit, ut Strabo et Mela idem dixerint, id facit, ut quam longiſſime invicem a ſe recedant. Ait Melam ex Strabone vertiſſe hanc deſcriptionem. Sed vero, ſi non aliunde, quam ex Strabone eam hauſerit Mela, magnum eum impoſtorem fuiſſe oportet, cum tot de ſuo adtexuerit. Abſit, ut ita de diligentiſſimo auctore ſentiamus, quo nemo Latinorum accuratius de Geographia ſcripſit. Strabonis libros eum non legiſſe et forſan ne vidiſſe quidem, multis ſatis coniecturis oſtendi poſſe arbitror. Iam quod ait, Melam confundere ſpecum Corycium cum monte Coryco, quis hoc credat? Si ſpecus iſte non ſit in ipſo Coryco, in quo ergo eſt monte? Quod autem Strabo [14. p. m. 461. ſ. 670.] dicit, antrum illud abeſſe a mari viginti ſtadiis, id tantum abeſt, ut contrarium ſit Melae, ut potius mirifice ſententiam eius confirmet. Ait namque Mela, montem illum habere ad mare clivum decem ſtadiorum ſatis arduum. Ab altero vero latere, qua terras ſpectat, deſcenſum mille et quingentorum paſſuum. Habes hic viginti duo ſtadia ad mediam vallem. Quomodo igitur fieri poteſt, quod doctiſſimus Solini interpres paſſim repetit, ſpecum iſtum ultra montem et magis in mediterraneis fuiſſe? — VOSSIVS. Non auſcultandum Salmaſio, qui reponit *viginti* ad Solinum p. 774. [p. m. 544.] ſatis levi coniectura ductus ex Strabone, cum quo in omnibus conſentire Melam non eſt neceſſe ut ſtatuamus. PERIZONIVS. Totam Salmaſii ex Strabone diſputationem contra Melam ſumma contractam Voſſiique refutationem dabo Vol. 2. Hic ea inde excerpſi, quae ad lectionis varietatem et veritatem pertinerent. Quis omnia mutet, quae diverſa ab aliis edidit Noſter?

demiſſus) Ven. Havn. Rehdiger. Lipſ. Gud. Vindob. (poſtpoſito etiam hic *alte*) *dimiſſus*, ut unum exemplar ed. 25. Prag. *dimiſſis*. Commutatio nota, quam in ſimili nexu notavit etiam ad Virgil. eclog. 9, 8. Pierius. Ita poſt Vindob. Rehdiger. Prag. *dimittitur;* Lipſ. uti alias ſolet, *dimictitur*.

lucis) Vatic. 3. Pariſ. 2. 3. Lipſ. (in quo correctoris manus *o* in *u* mutaverat) Havn. *locis;* quae commiſtio utriusque vocis minime eſt inſolens. Sic in Eutropio 6, 14. ſ. 11. Sexto Rufo c. 16. Vid. Erneſt. ad Taciti Annal. 5, 61. in. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 5, 21. Garaton. ad Cic. in Verrin. 5, 13. Drakenb. ad Liv. 21, 48, 4. et quos laudat. Commutatio eſt aperte facilis eoque magis, quod cum locis ſanctis et religioſis luci cohaerent et paſſim etiam connectuntur, de quo Abramius ad Cicer. de provinc. conſul. cap. 4. Hic adiuncta quaeſtionem incidunt.

pubentibus) Vatic. 1. Voſſ. 1. Cibin. et Varr. in edd. 27. et 29. *pendentibus;* Perizoniani plerique Oxon. et ex meis ceteri *pubentibus*, pro quo vitioſe Pariſ. 1. *pudentibus*. Boccatius etiam de montibus ſ. v. *Coritus*, ubi noſtrum locum deſcripſit, refert *pubentibus*. Edd. inde a primis *pubentibus*. Vinetus repoſuit *pendentibus*, quod excepit Voſſius, et propagarunt Gronovii; Reinoldius et Kappius revocarunt *pubentibus;* hic quidem in altera editione. TZSCHVCKE. Meliores omnes Codices legunt *pendentibus*, non *pubentibus*. Sic quoque Solinus, [c. 41. ſ. 38.] et omnino ea eſt vera lectio. VOSSIVS. *Pubentibus* plerique MSti et priſcae Edd. Senſus eſt, lucos in viridi vigore eſſe ac florere. Sed tamen verbum hoc magis eſt poeticum, quam in proſa uſitatum, ubi frequenter occurrit pubeſcere. Sic Cicero de Senectute cap. 15. de frumento, quod terrae mandatum ſenſim adoleſcit in herbeſcentem viriditatem, quae

dein *culmo erecta vaginis quaſi pubeſcens includitur, e quibus quum emerſit, fundit frugem.* Neque vero ſemper et omni tempore anni poterant hi luci eſſe pubentes. Mela autem deſcribit hoc antrum ab ornatu perpetuo. Quapropter cum in MStis optimis Vaticano et Voſſ. 1. legatur *pendentibus*, neque aliter ediderit iam olim doctiſſimus Vinetus, eumque ſequatur Voſſius, malui et ego hanc lectionem recipere, ut Latiniſſimam. *Pendere* enim dicitur, quod ex clivo montis exſurgit, aut in eo incedit, immo etiam quidquid in lubrico ſtat. Sic *curſu volucri pendere in navacula* dicitur *Occaſio* apud Phaedrum 5, 8. Et *Galli ſex menſibus circa unum montem pependerunt omnia experti*, hoc eſt, ſederunt in montis radicibus, ſeu clivo, dum eum oppugnabant apud Florum 1, 13. Sic *thalami pendentia pumice tecta*, hoc eſt, ex pumice orientia et conſtantia apud Virgilium Georg. 2, 374. Sed et Solinus cap. 39. Melam manifeſte ſecutus eumque quaſi paulo clarius expoſiturus ait de hoc antro *introrſus locis pendentibus*. PERIZONIVS. Libenter haec omnia concedo, neque tamen lectionem pendentibus alteri praeferendam eſſe autumo. Nam duobus MSS. qui pro lectione *pendentibus* ſtant, oppono plures non minus bonae notae libros cum ſcriptos tum editos; Vineto haud inferior eſt Reinoldius, qui nihil [at unde certo conſtat?] ſine MSS. auctoritate mutavit, et tamen *pubentibus* edidit; *pubentibus* non minus quoque latiniſſimum et elegantiſſimum eſt, quam *pendentibus*. Nec obſtat, quod quidem Perizonius praecipue urget, hoc verbum poeticum eſſe. Nam quis eſt tam hoſpes in libris Melae, qui neſciat, ab eo poetica amari? Viderat hoc, ut alios taceam, iam Henr. Stephanus in praefatione ad Melam. Deinde ipſe Perizonius adlegat Ciceronem, proſaicum ſcriptorem, qui iſto verbo uſus eſt, cui multo plura loca addere poſſem, ſi ſcrinia aliorum et praecipue Lexicographorum expilare animus eſſet. Quod tandem ad Solinum attinet, in quo eſt *pendentibus*, ſine dubio is

ipſe anſam dedit Melam corrigendi, et *pubentibus* in *pendentibus* mutandi. Nam Solinus non ſolum a librariis ſaepe deſcriptus, ſed etiam tempore renaſcentium litterarum ſaepiſſime cum Mela coniunctim editus et olim ſaepius lectus eſt, quam ſeculo decimo octavo, uti vel ex Hageri Palaeſtra geographica T. 1. et 3. videri poteſt. Sic ergo argumenta et numero et pondere utrimque ſunt paria. Sed cur ego pubentibus praetulerim, has habui cauſas. Primum *pubentibus* eſt lectio difficilior, faciliori ſecundum artis criticae regulas praeferenda; eſt item exquiſitior et doctior, quam ut a librariorum ſtupore proficiſci potuerit; deinde Mela lectores ſuos in rem praeſentem deducere voluiſſe videtur, iisque ante oculos quaſi ponere eximiam nemoris et ſpecus pulcritudinem eo tempore, quo ipſe ſingularis ingenii locum accedere et ingredi auſus eſſet. Videtur enim Mela ipſe in Cilicia fuiſſe et antrum Corycium vidiſſe. Adeo enim graphice ab eo deſcribitur, ut nemo, niſi oculis viderit, tam ſcite apteque poſſit. Saltem eodem iure, quo elegantiſſimus Vinetus ad Auſonii Moſellam colligit, Melam in Garumna fluvio iactatum fuiſſe (laudatus ab Abrah. Gronovio ad Melam lib. 3, 2, 48. p. 1022. ed. 1748.) ex hoc loco ſuſpicari poſſe mihi videor, Melam in Cilicia fuiſſe, ſpecumque Corycium adiiſſe. Secutus enim morem eorum, qui itineraria in vulgus edunt, et ea loca, quae ipſi vel viderint vel adierint, adcuratius deſcribunt, in pingendo huius antri ingenio tam verboſus eſt, ut in toto compendio ſuo geographico nullus locus fere inveniatur, de quo plura dixerit, quam de antro Corycio, et profecto nulla fere idonea cauſſa tam amplae deſcriptionis excogitari poſſit, niſi ſtatuas, Melam itineris ſui rationem reddere, et lectores monere voluiſſe; tunc cum ipſe antrum ntrare auſus ſit, *ſilvam* fuiſſe *adultiorem* (iunge Baeumchen) et arbuſculas nondum ad ſummam proceritatem excreviſſe. Cadit ergo etiam Perizonii obiectio, hos icos, inquientis, non potuiſſe omni tempore anni eſſe

pubentes; nam haec vox non de viriditate, fed de adolefcentia et magnitudine arborum intelligi debet. KAPPIVS *in ed. altera p.* 100 *fqq. ad h. l.* Mirum utique eft, unde librarii verbum illud elegantiffimum depromferint, in quorum agris talia non crefcunt, nec in cellis repofita fervantur. Adhiberi autem folet de tenera vegetaque aetate et conditione arborum, etiam fructuum, quo fenfu a pofterioris maxime aetatis auctoribus frequentatur, veluti Plinio, Ammiano in primis, etfi nec refpuunt vetuftiores. Ita Columella 4, 28, 1. qui et adiuncto alio explicat: *pubefcens vitis et quafi adolefcens.* Cf. de hac voce praeter ea, quae in Lexicis proftant, Salmaf. ad Solin. c. 35. f. 36. p. m. 363 fq. ubi Graecorum *θάλλειν* effe contendit, de quo fenfu verbi disferit Perizon. ad Aelian. V. H. 13, 16. Alias fic *ἀκμάζειν*, rarius, puto, aut vix *ἡβᾶν.* Videtur omnino Mela in his reddidiffe Strabonis c. l. *ὕλην ἀειθαλῆ*, quamquam huius potior pars latet in verbo *viret.* Quod igitur a poetico huius vocis ufu Perizonius admovit obftaculum, non poteft morari, nec admittit oratio Melae, qui poeticis delectatur et in hac maxime defcriptione exemplum poeticae imitationis inluftre propofuit. Forte tamen in forma haefit Perizonius, quod non tam *pubens* in profaicis occurrit, quam *pubefcens*, etfi *pubentes herbae* Ammian. 18, 7. At levior haec fit dubitandi caufa. Alia, quae hanc vocem tueantur, diligenter et accurate conquifivit Kappius. Mirum tamen aeque eft, cur elegantem hanc vocem reiecerint Codices meliores, nec reddiderit Solinus, qui aperte Melae defcriptionem fequitur. Porro difficultas obiicitur ab voce adiecta *undique*, quae videtur magis congruere *pendentibus*, nifi ad remotius *vi*[illegible] *referas.* Tum an omnino et de quovis tempore [illegible] poteft *pubentibus*, cum et parum inde ad fingulare [illegible] ingenium accedat, alterum ex ipfa re ducatur, cuius [illegible] niorem reddit imaginem? Et, fi vel Mela defcen[illegible] quod ex Strabone 14. p. m. 461. f. 671. dubium [illegible]

tur, pubentesque lucos conſpexerit, id tamen de toto luco non poterat adfirmare. Praeterea Strabo ὕλῃ ἀειθαλῆ vocat, quae et pubentes et adultas arbores complectitur, ad quarum proceritatem adſurgunt pubentes. Dubitare etiam licet, an *lucus* poſt *nemus* de virgultis, fruticibus, arbuſtis, quas notiones infert vox *pubens*, recte dicantur, tantamque admirationem iniicere poſſint; cum talia in pluribus antris facile obvia reperiantur. Transitus ad immutationem huius vocis aliquatenus Pariſ. 1. lectione aperitur, quippe qui primam labem traxiſſe fertur, etſi ſentio, quid moneri contra poſſit. Ex diutina haeſitatione tandem poſui *pendentibus*, etſi aegre dimiſſa voce *pubentibus*.

et totum — orbe) Vindob. *et toto;* Gud. *nemoroſum laterum cebe;* Cibin. *nemoroſa;* Rehdiger. omittit *ſe*.

pulcher) Libri inter *pulcher* et *pulcer* fluctuantur, uti lapides. Vide, quae monuit Cicero in Oratore c. 48. et in Cellarii orthographia T. 1. p. 329 ſq. ed. Harleſ. conlata ſunt.

conſternat) Procul dubio legendum *conſternet*, idque Avo etiam viſum. A. GRONOVIVS. Ita quidem poſtulat uſus perpetuus in utriusque vocis discrimine ſtatuendo, etſi cognata eſſe ea verba conſtat, ut et hoc ad ſummum perculſi animi terrorem declarandum adhiberi poſſit. Cum et mordicus teneant Codices, notandum utique non immutandum putavi. Movit tamen poſtea Vineti exemplum, ut darem *conſternet*. Ita poſt edd. certe inter *ſatiat* et *ſatiet* agitantur.

contemplari duravere) Sic omnes, quos Perizonius in conſilium vocavit, Codices. Contra Voſſius ex Vaticano et aliis optimis Codicibus ſua fide adfert *contemplati;* idem ex Mediol. Gud. (falſo quidem de hoc,)

Leid. A. Gronovius, at ex ſuo, Chiſiano aliisque, uti quidem adfirmat, *contemplare; contemplari* ex Oxon. Dukerus, ex ſuo Ciacconius; ex meis Vatic. Pariſ. 3. Vindob. Cibin. Rehdig. Lipſ. Gud. (contra atque A. Gronovius adfert) *contemplari;* Pariſ. 2. Venet. Prag. *contemplare. Contemplati* videtur habuiſſe Pariſ. 1. Antiquae edd. 1. 2? 9. 13. *contemplari;* reliquae *contemplati* ad recentiſſimas. Vnus Kappius in ed. altera revocavit prius *contemplari.* Poſt Cod. Ciaccon. Voſſ. 2. Venet. *durare non ſinit;* Rehdig. *duraverit.* TZSCHVCKE. *Contemplati* eſt lectio vulgata, quam confirmant Vaticanus aliique optimi Codices. Salmaſius [ad Solinum c. 38. ſ. 41. p. m. 546.] hoc loco ſcribendum eſſe exiſtimat, *ubi contemplari duravere,* non *contemplati.* Addit etiam hanc Latinam et bonam eſſe phraſin. Verum iſtud ego ne iurante quidem Priſciano crediderim. Illa vero, quam reddidimus, lectio Latina et proba. *Contemplati* enim pro *contemplantes,* ut infra [3, 9. in.] *venerati* pro *venerantes.* Paſſim apud optimos auctores ſimiles occurrunt locutiones, quas colligere taedioſum. VOSSIVS. Viderit Voſſius denuo, quo iure affirmet alteram lectionem [*contemplati*] confirmari a Vaticano aliisque optimis Codd. Sed voluit ſe iterum Salmaſio tanto acrius opponere, qui τὸ *contemplari* tuetur. — Aeque Latinum eſt utrumque, et ſenſus, perſtitere in contemplando, duravere ſe ad conſtanter contemplandum: Et ſolet eo ſenſu verbum *durare* cum accuſativo, immo etiam cum Infinitivo poni. Ex Virgilio iam attulere viri docti *quemvis durare laborem,* [Aen. 8, 577.] hoc eſt, durare ſe ad quemvis laborem, ut recte hoc interpretatur Vrſinus, quem videas velim Obſerv. Philolog. cap. 10. extr. Sic cum Infinitivo Plautus Trucul. 2, 3, 5. *Non quis parum per durare opperirier,* hoc eſt, durare te in opperiendo vel ad opperiendum parumper. Et notum eſt, quam ſa[illegible] infinitivi hoc ſenſu adiungantur verbis et nomini[illegible] Sic Noſter infra 2, 1. *Boryſthenes potari pulcherri*[illegible]

Salluſt. Catil. 20. *Niſi vos ſervire magis, quam imperare, parati eſtis.* Poſſet pro eo dici *paraſtis vos ad ſerviendum magis, quam imperandum*, ut hic *durare*, vel *durare ſe ad accuratius contemplandum.* Terent. Eun. 1, 1, 2. *An potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias?* Vide etiam, quae notavi ad Sanctii Minervam 3, 6, 4. et 4, 6, 5. Quod vero ex ſuo annotat Codice Ciacconius, *ubi contemplari non ſinit*, id et ego in Voſſ. 2. et Goetzius in uno ex Vaticanis reperit. [Equidem nihil notatum vidi.] PERIZONIVS. *Contemplare* non male quidam Codices. Cf. Scheferum ad Petron. c. 41. et Perizonium ad h. l. A. GRONOVIVS. Voſſius, doctus ceteroquin interpres, more ſuo, id eſt, arroganter ſatis pronuntiaverat, ſe vel Priſciano iurante non crediturum, *contemplari duravere* eſſe Latinum. Etſi vero Perizonius oppoſuit locum Plautinum, tamen non auſi ſunt, neque Reinoldius, neque Abrah. Gronovius lectionem tot codicibus firmatam in textum recipere. At quid Voſſius opponat, ſi etiam alios ſcriptores bonae notae ſic locutos eſſe viderit? Certe Silius Italicus 10, 655. *durarunt prodere Poeno miranti*, i. perſtiterunt ſenatores Romani, captivos relinquere in poteſtate Hannibalis. Idem 11, 75. *duraſtis ſuccedere muris Romuleis?* Quae loca noſtro ſimillima, in quibus etiam verbum *durare* cum *infinitivo* conſtruitur, extra omnem dubitationem ponunt, veram Melae lectionem eſſe, *ubi contemplari duravere.* KAPPIVS. Recte utraque ſtructura poni hoc verbum adfirmat Perizonius, etſi tantum infinitivi unum adtulit exemplum, quod duobus auxit Kappius. Ita vero etiam Petronius c. 41, 2. *duravi illum interrogare.* Participii uſus certe in Latinis videtur eſſe rarior, etſi utroque nexu Graecum καρτερεῖν exprimit, quod ita ſolet cum participio poni, habetque vim adverbii ad declarandam perſeverantiam et conſtantiam; vid. Fiſcher. ad Anacr. 23, 5. Ita tamen Horatius epp. 1, 1, 82. *Iidem eadem poſſunt horam durare probantes.*

Tum *contemplati* proxime Graecam formam referat, et pro participio praeſentis ponitur, quod ſit in deponentibus, de quo Servius ad Virgil. Aen. 1, 121. et 234. et paſſim alibi, Markland. ad Statii Silvas 2, 1, 97. ut praeteream alios. Poſſit igitur retineri et ſtare *contemplati*, in primis cum pronus in hoc ſit lapſus. Quo minus tamen excipiam, impediunt Codicum iuſſa, uſu in primis non renuente.

ſatiet) Ita vel *ſaciet* Codices; tantum Venet. Voſſ. 2. Ciaccon. *ſinit;* Pariſ. 2. Havn. *ſitiet.* Edd. veteres inde a primis, in iis Camertinae, Ald. Iunt. *ſaciat* vel *ſatiat.* Primus Vadianus revocavit *ſatiet* in ed. 16. et hinc 18. 21. 22. 24. 25. 26. et ceterae; aliquae tantum olim etiam *ſaciet.* Nempe melius haec cum praecedentibus connectuntur, quae ſeparatim poſita putarent antiquiores. Poſt *discenſus* Rehdiger. Ante *mile* in Prag. deeſt *et.* Tum Vindob. Prag. *quidem agreſte.* Poſt edd. 1. 2. *fluvitantibus.*

perventum eſt) Tò *eſt* non adparet in Pariſ. 2. et Prag. A vocibus *Vbi ad ima* — c. 40. incipit Vinetus.

rurſum) Cibin. Rehdiger. et, quod puto, cum edd. conlati *rurſus*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et reſiquae. Poſt Voſſium demum revocatum eſt *rurſum* gratioris etiam ſoni cauſa, nec ſine Codicibus, in quibus Lipſ. Prag. Gud.

aperitur) Neſcio unde reiecto elegantiſſimo hoc verbo 21. 24. 25. 28. omninoque Olivarianae *reperitur*, quod fluxit forte ex ed. 14. in qua exſtat *repritur.* Ita 1, 19, 16. ed. 14. *reperitur* habet pro *aperitur.*

ſonitu) Venet. Bonon. *ob ſonitum.* Poſt Vindob. *ac magno.*

perſpicuus) Lipſ. *proſpicuus*, uſitata confuſione illarum praepoſitionum. Poſt Prag. *mox quo*.

auſos penitus) Vatic. 3. Prag. *anxios*. Tum Olivarianae aliquae uti 29. 35. 38. Lugd. 1605. 1646. *penitius*, duce Munſtero in ed. 26. Nam 24. 25. *penitus* cum ſuperioribus omnibus. TZSCHVCKE. Recte Olivarius *penitius*. SCHOTTVS. Minuti quidam Critici legunt hic *penitius*, quaſi vero et alterum non ſit rectum. VOSSIVS. Male, certe praeter fidem Codicum cum Olivario legit *penitius* Schottus. PERIZONIVS.

alteque) Edd. 6. 7. 8. 10. *altaque*; Prag. *alter quaſi*; Venet. *alteque quam cumulo*; Vatic. 3. Havn. Pariſ. 2. *quaſi cumulo*.

ibi) Vindob. *ubi*; idem poſt *annis*; Lipſ. *admictit*, ut ſolet.

fonte) Cibin. Rehdiger. Gud. Voſſiani, Perizoniani omnes, (in quibus Lipſienſis) quidam A. Gronovii et qui conlati ſunt cum editionibus ſuis, certe ex ſilentio, Vaticani, Pariſienſes, Venet. Havn. Zaluſc. *fronte*, uti Boccatius c. l. in ed. 1473. et Melae edd. omnes praeterquam 13. Sanctii, Schotti ad Reinoldianas usque, in quibus prodit *fonte*, unde etiam A. Gronov. in ed. 44. recepit, obſequentibus reliquis. Ita etiam ſcribunt Lipſ. Vindob. Prag. et quos A. Gronov. notat Mediol. Leid. et ſuum; falſo addit Gud. in quo *fronte* legi. Dukerus etiam ex Oxon. adfert *fonte* adnotata tamen ibi varia lectione. TZSCHVCKE. Legendum *fonte* ex eodem Strabone. [c. l.] Verba appendere operae pretium duxi. Ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι, ἔχον πηγὴν μεγάλην, ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δὲ ἀφανὴς, ἔξεισιν εἰς τὴν θάλατταν· καλοῦσι δὲ πικρὸν ὕδωρ. Et Solinus: *hinc inde aſſidua fontium ſcaturigine* cap. 41. SCHOTTVS.

Fronte non mutandum videtur. *Ingenti fronte*, id eſt, lato ore, lata facie. Paſſim ſic loquitur auctor noſter. VOSSIVS. Male fecit Schottus, qui mutavit. Nam omnes hanc lectionem confirmant MSti et priſcae edd. ante eum. [At v. ſupra.] *Frons* Melae quaſi in deliciis fuit, et notat ipſi omnem exteriorem rei ſpeciem, quae prominet et quaſi excurrit. Sic ſupra cap. 2. *Aſia ingenti et perpetua fronte verſa ad Orientem.* Et, *Dein primum ſe ingenti ambitu incurvat, poſt ſe ingenti fronte ad Hellespontum extendit.* Cap. 3. *Totidem in altum ſe magnis frontibus evehit.* Et ſic alibi paſſim. PERIZONIVS. Equidem *fonte* probabiliorem et aptiorem lectionem arbitror, etſi in hoc nexu ſubeſt, quo *fronte* aliquatenus ſe tueatur. Evincit maxime Strabonis locus, adiuvantque Codices etiam. Fruſtra Herodoti opem advocat Sanctius in praefatione. Quem enim locum ſine dubio innuit 8, 36. adtingit ille tantum Corycium antrum, ſed quod in Phocide erat prope Parnaſum. Poterat ſic melius producere Pauſaniam 10, 32. qui πηγὰς in hoc etiam antro commemorat. *Fons* et *frons* permutat infra Cibin. 2, 1, 7. 2, 2, 7. 2, 4, 8. 3, 5, 6. aliique 3, 1, 3. et 7. Rehdiger. 3, 8, 6.

ſe oſtendit) Pariſ. 2. Oxon. Voſſ. 2. 3. *ſe extendit;* ſed Oxon. adpoſita ſcripturae diverſitate, al. *oſtendit*.

magnum impetum — traxit) Forte *magno impetu brevem alveum traxit*, ut 2, 7. *Vnde ille* (Alpheus) *creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terrasque depreſſus huc agere alveum, atque hic ſe rurſus extollere.* CIACCONIVS. Sed nihil opus mutatione. Senſus eſt, impetum, quem cepit, ingentem, ſecum traxit brevi alveo. PERIZONIVS *ad Ciacconii notas.*

magis, quam ut —) Pro *ut* Vatic. 1. Venet. Rehdig. Gud. dant *aut;* Vatic. 5. et Prag. *ante;* hic *an̄*, quod illud indicat, ut 3, 9, 4. Vnde adparet deprava-

tionis fons et lapſus. Etſi enim ſunt exempla, ubi τὸ *ut* abeſt, tamen, cum praeponitur *aut*, aliud membrum ſubiici per nexus vim debet, praefixo *aut*. Ita vero noſter etiam 3, 9, 6. *patentes magis campi, quam ut proſpici poſſint;* 2, 3, 4. *clariores, quam ut indicari egeant, Athenae;* 3, 5, 7. *frequentiora, quam adire audeant*, ubi *ut* deeſt, forte, quia ſequentia ad aliud convertuntur, nec τὸ *frequentiora* proxime adficiunt et deſcribunt. Cf. ſupra ad §. 3. in. Ceterum *aut* et *ut* commiſcentur et alibi; vid. Drakenb. ad Liv. 4, 12, 7. et quae ibi adfert.

quispiam) Cibin. *quisque;* Lipſ. Gud. Prag. forte et Vaticani Venet. et Havn. *quispiam*, cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 28. Olivarius in ed. 25. dedit *quiſpiam*, et hinc, qui eum reddunt. Vinetus retinuit *quiſquam*, quod dederat antea ed. 13. poſt ad *quispiam* rediit Schottus, quod ſequentes probarunt. Perizonii et A. Gronovii Codices ita etiam habuiſſe videntur, quod diverſi hic nihil notant, nec ego notavi ex Cd. Rehdiger, et ex Pariſienſibus notatum a diligentiſſimo conlatore inveni. Haereo, utrum ſit reponendum. Mutatio eſt facilis, et *quisque* in Cod. Cibin. ex compendio ſcribendi ortum videtur, unde alibi haec commutatio exſtitit; de qua vid. Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 56, 2. et 88, 3. Drakenb. ad Liv. 35, 42, 7. et quos laudat. *Quispiam* tamen aptius videtur in hoc nexu, et facilis fuit ad τὸ *quisquam* transitus. Reliqui igitur, cum nec Codices refragentur.

auſit) Gud. male praepoſita adſpiratione *hauſit.* Poſt *adeo* ed. 14.

auguſius) Lipſ. Vindob. et cum edd. Venet. Havn. puto, *auguſius*, uti edd. antiquae, etiam Vadd. Olivarr. et ſequaces. Vinetus dedit *auguſius* poſt Schot-

tus, Vossius et alii. Ita etiam Henischius in ed. 34. ad calcem emendavit *augustus*, pro eo, quod posuerat in textu, *angustus*. Confirmant eam lectionem, praeter Boccatium c. l. Codices multi, in quibus Cibin. Vatic. 1. Gud. Prag. Rehdiger. estque accommodatior. Quare et olim Pintianus eam suaserat. De hac commutatione vid. etiam Arntzen ad Aurel. Victor. de V. I. cap. 2, 13. Drakenb. ad Liv. 5, 41, 2. Schwartz. ad Plinii Paneg. 23, 5. Savaro ad Sidon. Apollinar. carm. 2, 57. ubi plerique Cdd. dant *augustus*. — Cf. ad Melam 1, 17, 3. 3, 1, 8. 3, 5, 2.

nihil non —) Nullam causam videns, cur haec discerperent ab praecedentibus, mutavi distinctionem, etsi Vossius ederet: *et creditus. Nihil non* etc. admodum inconcinna laceratione. I. GRONOVIVS. Priscae quaedam edd. iam olim haec iunxerunt prioribus leviori distinctione. [Sed maxima, ut 3. 4. 5. 10. separarunt.] A quo quum aliae [uti Camert. Vadd. Olivarr. etiam Vinetus et Schottus] recesserint, Gronovii industria priscam distictionem revocavit. PERIZONIVS.

ostentat) Lips. *obstentat*; Vadianus dedit sine causa *ostentans* cum suis, etiam 21. 28. cum Saling. 1538. TZSCHVCKE. Verius est *ostentat*. Quodsi meo res arbitrio esset permissa, expungerem τὸ *se*, ut ita ille specus *augustus* etc. *nihil non venerabile et quasi cum aliquo numine* intus *ostentet*. Videntur haec concinnius cohaerere cum τῷ *venerabile*. Nisi quis malit, retenta distinctione vulgari haec ita concipere et construere: *Nihil non ostentat se venerabile, et quasi cum aliquo numine*. PERIZONIVS. Equidem sic concipio: nihil non venerabile ostentat, omninoque totum se cum aliquo numine.

§. 4. *Typhoneum*) Cib. *tiphonium*; Lips. Vindob. *tiphoneum*; Rehdiger. *thphoneum*; Gud. *thipo-*

neum vocat; Bocatius c. l. *Thiphoneum.* Vid. poſt. Ceterum a verbis *Alius ultra* — cap. 41. exorditur Vinetus.

ſuffuſus) Pariſ. 2. Vatic. 3. Prag. Ven. Havn. *fuſcus.* Poſt Cibin. non habet *perſpici. Quare* pro *quia* ed. 2. *cubile aliquando* Rehdiger.

Typhonis) Prag. *Cyphonis;* Vindob. *tiphonis;* Cibin. *typhonis;* Rehdiger. *thyphonis;* Gud. *thiſonis;* Boccatius c. l. *Tiphonis.* Vid. antea.

demiſſa) Vatic. 1. 3. Cibin. Vindobon. Venet. Rehdiger. Lipſ. Gud. Prag. *dimiſſa* mutatione ſolemni, quae hic facile diiudicatur.

confeſtim) Omittit Vindob. Idem poſt *examinat.* Prag. *memorandum.*

§. 5. *Duo deinde)* Vindob. *duo dena.* Poſt ex more Cibin. *promunctoria.*

Sarpedon) Vindob. *ſerpedon;* Cibin. *ſarphydon;* ed. 25. et hinc aliquae Olivarianae *Sarpedum.* Poſt Vindob. *Sarpadonis;* Prag. omiſit *regni.*

a Pamphylia) Praepoſitionem neglexit Prag. In Vindob. *a panphilia. Pamphilia* etiam Olivarianae aliquae. Tum edd. 15. 17. 20. 23. *disiungit*, quod et in Vatic. optimo fuiſſe videtur, quia ex ſolo Vatic. 3. adſcriptum erat in ed. 23. *diſtinguit*, pro quo Vindobon. *diſtingunt.*

Anemurium) Vindob. *aneraurium.* Edd. 30. 32. *anemirnum*, at 37. hic recte cum aliis.

Celenderis) Perizonius ex ſuis libris adfert *Cetandaris, Cetenderis, Ocianderis;* Ciaccon. certe poſt, *Celendaris;* Mediol. Leid. Gud. Rehdiger. Pariſ. 1. 3. *Cetandaris;* A. Gron. Vatic. 3. Prag. Pariſ. 2. *Citan-*

daris; Bonon. Lipſ. *Cetendaris;* Vindob. *Cetanderis;* Vatic. 1. *Coiandaris;* Cibin. *Ociauderis.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Cetandaris;* 2. *Cetenderis;* 6. 7. 8. 10. *Celenderis;* Vadianus cum ſuis *Celendris*, uti 21. 24. 25. 27. 28. Olivarianae. Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. Reinoldius *Celenderis*, quod Vinetus iam poſuiſſe videtur, et hinc edd. 44. 45. et reliquae. Vide etiam paullo poſt. TZSCHVCKE. Ptolemaeus *Celenderis* [5, 8.] hoc ipſo tractu. HERMOLAVS BARBARVS. *Celendris* legendum. Lucanus lib. 8. [259.] *At profugum collecta ducem parvisque Celendris*, ut etiam *Celendrae* plurali dicamus. VADIANVS. Legendum *Celenderis* ex Strabone, [lib. 14. p. m. 461. ſ. 669.] Ptolemaeo, [5, 8.] Pauſania. [2, 32, 8.] PINTIANVS. Recte emendarunt Hermolaus et Pintianus. Nec longe recedit ab hac ſcriptura *Celenderis*, quomodo Strabo et alii hanc urbem appellant. Sed poetae contraxerunt hoc nomen in tres ſyllabas. Vide Vadianum. PERIZONIVS. Pintianus ex Strabone aliisque Scriptoribus correxit *Celenderis*, quibus adde Tacitum Annal. 2, 80. ex MS. et vett. Edd. et Ioſephum lib. 17. Antiqu. Iudaic. c. 5. et lib. 1. de Bello Iud. c. 31. A. GRONOVIVS. Codicum lectio aperte levi depravatione a vera ſcriptura receſſit. Pendent tamen interpretes inter *Celenderis* et *Celendris* hic et alibi cum ipſis libris. Sic apud Tacitum Annal. 2, 80. Erneſti c. Cd. Flor. et aliis edd. *Celendris*, cum olim ſcriberetur *Celenderis*. Cf. Heyne ad Apollodor. 3, 14, 3. p. 823. Ex Lucano incerta fide Vadianus adfert *Celendris*, cum ibi ſuadentibus etiam libris legatur *Syedris*, uti olim voluerat et docuerat ad Solin. c. 38. ſ. 41. p. m. 542. Salmaſius, qui et ita emendaverat in Floro 4. 2, 51. probantibus aliis. Neque varietas notatur in Ioſepho antiqu. 17, 5, 1. ubi etiam *Celendris* legi adfirmat Lipſius ad Tacitum c. l. Equidem ab auctoribus *Celenderis* praeferri intellexi. Vid. Scylax p. 40. (Hudſ.) Strabo, (ubi Cdd. etiam Μελένδερις) Pauſanias, Ptolemaeus, Ioſe-

phus cc. II. quibus addi possunt Geogr. Ravenn. 2, 17. 5, 8. tab. Peuting. segm. 9. et in primis numi, de quibus narrant Rasche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 457. et Eckhel in doctrina num. P. 1. V. 3. p. 52. Quare praeferendum utique videtur *Celenderis* et in nostro loco.

Nagidos) Perizonius ex suis notat *Natidos* et *Nathydos.* Ex meis Cibin. Rehdig. *Nathydos;* Bonon. Vindob. Vatic. 1. Paris. 2. uti Boccatius c. l. *Natidos;* Paris. 1. *netidos;* Gud. *nathidos;* Ven. *Satidos.* Ceteri cum edd. suis consensisse videntur. Lips. Prag. *Nagidos,* quippe ex quibus nihil a Gronoviana ed. diversi hic notavi. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. reliquae, uti Camertinae, Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Natidos;* Schottus dedit *Nagidos* et hinc Vossius aliique. TZSCHVCKE. *Nagidos* non *Natidos* ex Stephano [h. v.] et Strabone, [lib. 14. p. m. 460. s. 669.] cuius interpres *Agidos* perperam transtulit pro *Nagidos*, cui tamen errori materiam suppeditavit vitiosum exemplar, in quo scriptum erat ἔστιν Ἄγιδος, pro ἔστι Νάγιδος, litera ν, quae est prima nominis, adiuncta antecedenti verbo ἔστι. PINTIANVS. Sustulit, in notis quidem, hoc ex Strabone vitium Casaubonus. Sed idem, quod hic, admisit ibi Cd. Moscov. in quo Ἄτιδος. Pintiani emendationem probant auctores alii.

Samiorum) Ciacconius notat: Alias *Romanorum coloniae;* an ex Codice suo, ignoro. Ita tamen ferunt Bonon. et Venet.

Celenderis) Codd. et edd. uti supra. Tantum Cibin. hic *Ceianderis;* Vadianus constanter *Celendris.*

propior) Lips. Vindob. Rehdiger. *proprior*, quod vitium etiam irrepsit in alteram Kappianam. Vid. de hac confusione ad 1, 9, 4. et 1, 19, 16. et alibi.

CAP. XIV.

Continua ſerie hoc caput priori adnectunt Codices, editiones etiam antiquiſſimae, cum Ald. et Iunt. Paragraphi ſignum interponunt 11. 13. In margine habet *Pamphilia* 10. inſcribunt 12. 14. 19. 24. 25. in altero exemplari. Reliquae *Pamphylia* modo addito, modo omiſſo, capitis numero. Vinetus hinc incipit cap. 42.

Pamphylia) Vindobon. *Pamphila*, *Pamphilia* multae ex antiquis. Sic et Vadianus in ed. 16. et inde 18. poſt *Pamphylia*. Poſt Cibin. *Melis*.

Sida) Cibin. *Sydera*; Gud. Vatic. 3. *Sicla*; Prag. *Siela*; Rehdiger. *Syda*, uti 24. 25. et pleraeque Olivarianae cum Schotto. *Sida* aliarum probat Graecum Σίδη. Ante Vindob. *opidum*, uti poſt, ed. 11. quod et paſſim fit alibi.

Eurymedon) Vindob. *curimedon*; Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. et edd. multae *Eurimedon*, in iis Vadianae, 21. 23. 30. 32. 37. Primae Olivarianae exemplaria variant. Contra paullo poſt Cibin. Rehdiger. edd. antiquiſſimae et multae inde aliae *Cymonis*. Cf. Fiſcheri libellus Varr. lectt. ad Nepotis Cimon. p. 21.

ducis) Abeſt in Cibin. Voſſ. 1. de quo Oudendorpius in A. Gronovii notis haec monuit: Notabilis eſt omiſſio vocis *ducis* in Voſſ. 1. Vide I. F. et Iac. Gronovios ad Gellium 1, 12. me ad Frontin. 3, 9, 5. Pro *Athenienſium* Vindob. *et heminceſium*. Mox idem *phemeas perſas*; Rehdiger. *phenycas*. Edd. 2. 3. 4. 5. *phenicas*. Poſt *pugnatum* Prag. omittit *eſt*.

Aſpendos) Ven. Havn. Gud. Bonon. Pariſ. 1. 2. Vatic. 3. *Aſpenculos*; Prag. *Aſpentulos*; Rehdig. *Aſpeculos*; Lipſ. Vindob. *Aſperidos*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 14. 19. Sed *Aſpendos* cum aliis Codd. 6. 7.

8. 10. 13. et reliquae. Tum Venet. *proſpectabat.* Diſtinctionis maximae ſignum ſubiicit Cibin. TZSCHVCKE. Scribe *Aſpendos* ex Hellanico, Theopompo, [apud Stephan. h. v.] Plinio [5, 26. ſ. 27.] caeteris, ab *Aſpendo* conditore. HERMOLAVS BARBARVS. Poſt *poſſidere* Cibin. et edd. 21. 28.

validiſſimi fluvii) Prioris vocis loco Havn. Prag. Vatic. 3. Pariſ. ſubſtituunt *nobiliſſimi.* Poſteriorem, *fluvii,* ignorant Venet. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vatic. 5. Pariſ. 1. 2. Mediol. et Perizoniani omnes excepto Voſſ. 3. Agnoſcunt etiam Oxon. Cibin. et reliqui ex meis cum edd. antiquiſſimis. TZSCHVCKE. Vtrum contemſerit Voſſius, an inviderit, certe in neutro Codicum, quibus adiutus fui, poſtrema vox exſtabat; et ſic verſatus eſt in hoc capite Pomponius, ut plane ſit ſupervacua. Ignoratur etiam Codici Mediolanenſi. I. GRONOVIVS. Quid dicam neſcio. Duriuscule videtur ea vox ex ſuperioribus repeti, quum intervenerit deſcriptio Aſpendi ſatis prolixa. Crediderim ſcriptum tantum per *fl.* et ſic excidiſſe facilius. PERIZONIVS. Durior utique hic ellipſis videtur, quam ut probari poſſit.

Ceſtros) Sic plerique Codices Perizonii et mei; tantum Lipſ. Gud. Perizon. *Oeſtros;* Vatic. 3. Pariſ. 2. Havn. *Deſtros;* Prag. *Deſeros.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. omninoque Vadianae, Olivarianae, Schottus etiam; ed. 13. Vinetus, Voſſius et hinc reliqui *Ceſtros.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus [5, 5.] *Ceſtrum* nominat, et Strabonis [14. p. m. 459. ſ. 667.] tralati Codices fere ita habent. At quia *validiſſimos* ait Pomponius, mallem equidem *Oeſtros* legere. Nam Graeci οἶστρον furorem dicunt, ut illi a citiſſimo fluxu nomen venerit, quamquam ad navigia idoneo. VADIANVS. Strabo et Ptolemaeus [cc. ll.] *Ciſtros,* non *Oeſtros,*

quorum auctoritate nulla debet officere Etymologiae ratio. PINTIANVS. *Cestrum* dictum esse putant, quia se praecipitat. Movit hoc nonnullos, ut hic *Oestrum* pro *Cestro* reponerent, prorsus inepte. Κέστρον plerique hunc amnem vocant. Fugit vero illos, hoc vocabulum etiam sagittam et iaculum significare. Potuissent hoc illos docere Grammatici, qui κέστρον interpretantur ἀκόντισμα. Hinc κεστροσφενδόνη apud Livium [42, 65, 9.] et tacticos, et ξύλον κεστρωτὸν pro sude praeusta, quam πυρίκαυστον aliter appellant. Vide Hesychium s. v. Κεστρωτὸν ξύλον. — At vero longe aliter accipiendus hic Pomponii locus. Cum enim dicit, hic, quia se praecipitat, ita dictus, id non de Cestro, sed de Catarracte intelligi debet. VOSSIVS. Pintianus *Cistros* ex Strabone. Voluit haud dubie *Cestros*. Secutus est eum Elias Vinetus, quos saltem nominasse debuisset Vossius, quando eandem lectionem neglectam a Vadiano et Schotto denuo revocat. PERIZONIVS. *Cestros* etiam pro *Oestros* reponi voluerat Salmasius ad Solinum c. 38. s. 41. p. m. 548. et antea Ortelius in thesauro Geogr. s. v. *Oestros*, uti et hic legunt multi Codices, cum Boccatio de maribus s. v. Pamphilicum et de fluminibus h. v. Tuentur hoc nomen etiam alii auctores.

Catarractes) Varie hoc nomen libri vexant. Cibin. Vatic. 1. *Carhactes;* Paris. 1. uti Boccatius cc. ll. *Caractes;* Gud. *Caracthes;* Paris. 2. Vatic. 3. Venet. Prag. Bonon. *Carathos;* Lips. Vindob. *Carathes;* Paris. 3. *Curathes;* Rehdiger. *Camethes.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Carathes;* 6. 7. 8. *Cateractes;* 15. 17. 20. 23. *Catheractes;* 13. *Catharactes;* 30. 32. *Catarctes;* ceterae *Cataractes* cum Schotto, Vossio, Gronoviis. Post A. Gronovius *Catarractes*, ut reliqui; tantum Reinoldius *Catarrhactes.* TZSCHVCKE. Scribe *fluvius Cataractes.* Sequitur enim: *quia se praecipitat.* Idem Strabo, [14. p. m. 459. s. 667.] idem Plinius.

[5, 26. s. 27.] HERMOLAVS BARBARVS. Scripturam veram explicatione verbi optime constituit noster, cui adsentitur Strabo c. l. ὁ Καταῤῥάκτης, inquit, λεγόμενος ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας καταῤῥάττων ποταμὸς πολύς. Hinc et adspiratio, quam inseruit Reinoldius et optimi Codices ostendunt, praeferenda videtur. Sic *Dyrrhachium* dedi 2, 5. f.

Cestros) Vid. antea. *Facilis* deest in Prag. *se* in Vindob. Post idem habet *dictus est.*

Perga est) Posterior vox non adparet in Prag. Pro *Perga* edd. 21. 28. *Parga.*

ab oppido) Prag. omittit *ab;* Vatic. 3. dat *ex oppido*, cum Paris. 2. Post Cibin. *dyane.*

Pergaeam) Vind. *Pergacam;* Gud. *Perageam;* unus I. Gronovii *Peragueam*, alter *pergameam;* Lips. *perganeam;* Perizon. *Peragenam;* Voss. 5. *pegascam;* Vatic. 3. Paris. 2. Prag. *pergaseam*, uti in optimis libris scriptum se reperisse adfirmat Vossius convictus et hic Perizonii testimonio; Voss. 3. 4. Oxon. divisis literis *Perga eam;* Vossian. 2. *Perga*, uti legisse videtur Boccatius, qui de fluminibus s. v. *Caractes* scribit: *Dianae templum, quae et* Perga *ab oppido dicta est*, quod repetit s. v. *Cestros.* Alii, ut Mediolan. Voss. 1. Cibin. Rehdiger. *Pergaeam*, pro quo aliqui *Pergeam*, uti antiquissimae edd. et multae aliae postea, in iis Camert. Ald. Iunt. Vadd. Olivarr. quas reddidit Schottus; 8. *Pergam;* Vinetus ante Vossium revocavit *Pergaeam.* TZSCHVCKE. In optimis libris scriptum reperi *Pergaseam*, non *Pergaeam*, [vid. paullo antea] quamvis et hanc lectionem nonnulli exhibent libri. Verum quo minus alteram abiiciendam esse existimem, facit Stephani locus. Πέργη πόλις Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν Περγαῖος, τὸ θηλυκὸν

Περγαῖα καὶ Περγασία Ἄρτεμις. A Perga tamen vix poteſt deduci Περγασία aut Περγησία. Latinorum is potius typus eſt, quam Graecorum. Deorum tamen Dearumque cognomina, quae ab urbibus locisque imponuntur, aliter ſaepe inflectuntur, quam hominum. A Perga itaque non tantum eſt γυνὴ Περγαία, ſed et Περγάς. Inde Περγασία et Περγασαία. Recte itaque apud Melam *Pergaſaea Diana*, quae eadem eſt atque *Pergaea*. VOSSIVS. Credere debemus, quia Voſſius teſtatur, in optimis libris ſcriptum *Pergaſeam*. — Sed quum tot numi deinceps prodierint cum honore eius Deae, an aurem dabimus vel cuicunque de *Pergaſia* vel *Pergaſaea* tradenti? I. GRONOVIVS. Lege *Pergaeam*, cuius veſtigia ſervant MSti, licet varie, ut ſolent, in nominibus propriis corrupti. Cauſa fuit, quod in antiquiſſimis exemplaribus ſcriptum fuit diviſis literis, ut ſolebant veteres *Pergaeam*. — Notiſſima eſt Dianae *Pergaeae* appellatio, ut adeo nihil hic ſit mutandum. PERIZONIVS. *Pergaeam* non ſolum optimi probant Codices, ſed et numi, quas propoſuerunt Holſten. ad Stephan. p. 250. Spanhem. ad Callim. in Dian. v. 187. idemque de Praeſt. numiſm. T. 1. p. 591. et in primis Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 838 ſq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 3. p. 12 ſq. *Pergaſaea*, quod unius Stephani auctoritate nititur, malim corruptum exiſtimare, quam cum Salmaſio ad praecedens nomen longius hinc reiicere, in primis cum Perga Dianae templo ſatis inclaruerit.

Sardemiſos) Voſſ. 2. 3. 4. *Sardemiſſus;* Oxon. Lipſ. (non — *iſos* ut hic notat Dukerus) Prag. *Sardemiſſos;* Vatic. *Sardemyſos;* alii, ut Cibin. Rehdiger. et Boccatius de montibus h. v. *Sardemiſos*, cum edd. TZSCHVCKE. Ita quoque Plinius. [5. 26. ſ. 27.] Oppidum hic recenſet Stephanus Σάρδησσον, in quo Sardeſſius Iupiter colebatur. Procul dubio eiusdem id oppidum

nominis fuit atque mons. Sed ſaepius iſtiusmodi vocabula contrahuntur. Ita ex *Paropamiſo* fecerunt *Parniſum*. Σαρδησσίων quoque mentio eſt in nummis Veſpaſiani. VOSSIVS. Quum in vicinia Ortelius oſtentaviſſet *Sardeſſum* ex Stephano et nummo Veſpaſiani apud unum Goltzium, id ἕρμαιον cenſens Voſſius ſtatim arripuit totum, et ex Voſſio Harduinus deſcripſit tum in notis ad Plinium, tum in nummis illuſtratis p. 457. Etiam Holſtenius citationem Goltzianam adſcripſit ſuo Stephano. Ita illi heroes nutriti ſunt ab ſolo Ortelio. Sed nummus ille oſtentat urbis, non montis incolas. Hinc vide, an poſſis dubitare, num ſit idem *mons Caſtnios*, et Mela ſic ſcripſerit. Stephanus: Κάστνιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν Κάστνιος, ἐξ οὗ καὶ Καστνιήτης etc. Vbi non vult in urbe Aſpendo eum fuiſſe, ut putant nonnulli, ſed in territorio eius ac regione, quae ultra Pergam potuit extendi. I. GRONOVIVS. Lectio vulgata confirmatur diſertiſſime a Plinio 5, 27. ſ. 26. Quapropter et hic nihil mutandum cenſeo. Poteſt tamen ex *Sardemiſſus* contractum fuiſſe *Sardeſſus*. PERIZONIVS. Etiam Salmaſius ad Stephanum *Sardeſſus* in Mela malit. At *Sardeſſus* nomen urbis, non montis, quod unius Stephani auctoritate nititur. Nam Goltzii numus, ut alii plurimi, ad figmenta ablegandus eſt. Poteſt eodem nomine mons fuiſſe, ſed unde eum fuiſſe liquet, etſi alias ſitus congruat, cum Lyrneſſi ſitum vicinum inter Attaleam et Phaſelidem indicet Strabo 14. p. m. 459. ſ. 667. *Caſtnius* mons et ſcriptura et ſitu nimis recedit a vulgata lectione, quam et Plinius c. l. tuetur.

Phaſelis) Vindobon. *phadelis;* Prag. Vatic. 5. *Phaſellis;* Cibin. *et urbs Phaleſis;* codex in ed. 27. notatus *et urbs Phaſelis.* Forte τὸ *urbs* excidit, quia non male hic monti obponitur, etſi *condita* id declarat. *Pamphilie* quorundam nota ſcripturae forma. *Pamphilae* edd. 6. 7. 8.

CAP. XV.

Connectitur hoc caput vel artius cum ſuperiori in Codicibus et priſcis editionibus, etiam 15. 17. 20. 23. vel paragraphi interpoſito ſigno diſtinguitur, uti in edd. 9. 11. etſi illae ſic minora alia ſegmenta notant. Quaedam ut 10. in margine habent *Licia.* *Lycia* inſcripſit Camers in ed. 12. atque hinc aliae addito capitis numero 15. Aliquae incipiunt a verbis *Finis Pamphyliae Lycia* — ut 9. 11. 13. Vineto inde cap. 45. ſimpliciter et ſine inſcriptione numeratur.

§. 1. *Lycia continuo)* Brevitatem amat Mela et breviſſimis utitur periodis. Sed ut haec ſenſum conſtituant et abſolvant ſine ulla voçum ex ſuperioribus repetendarum ellipſi, inſolens videtur et duriusculum. Sed tamen ſic habent MSti et Edd. Senſus eſſe debet, ac ſi diceretur, Lycia continuo ſequitur Pamphyliam, vel Pamphyliae proxime cohaeret. Malim quidem *Lycia huic continua,* ſcilicet eſt, ut ſolet vocula *eſt* paſſim omitti a Mela. Sed tamen ſi quis eodem modo velit ſupplere, et ita retinere vulgatum, etiam id facile patiar, quum paſſim auctor per voculas *tum, ſtatim, ultra, deinde* etc. nexum fere ſimilem faciat. Erunt forſan, qui haec verba cum ſequentibus, *grandem ſinum claudit,* velint conſtrui, quod proximae meae obſervationi faveret, quia ſic Lycia diceretur *continuo,* ſeu in ipſo regionis ſuae aditu claudere ſinum. Sed nimis multa et aliena iſti conſtructioni ſunt interiecta, quam ut eam admittere poſſim. PERIZONIVS. Vna, quae hic reperitur in Codd. meis variatio, adficit vocem *Lycia,* pro qua Cibin. *Lucia;* Lipſ. Gud. et alii quidam ex more *Licia* habent. *Continuo* eſt in reliquis omnibus, etiam Paſſionei, nunc P. Auguſtinor. Romae, quem et in hoc loco amicus conſuluerat. Ineſt aliquid duri, quod me ſemper offendit, et lubens amplecterer emendationem Perizonii, *continua,* omiſſo tamen *huic,* niſi male obſtreperet eiusdem ſoni, *a,*

nimis molesta repetitio in elegantissimo auctore; vel etiam connecterem cum *claudit*, nisi verba, *Sidae portu*, obstarent. Reiicior igitur ad lectionem vulgatam, eamque ex mente Perizonii explicandam censeo.

cognominata) Havn. *cognomine nata.* Post Gud. *aliquo rege;* Vindob. *lico;* Cibin. *panthonis;* Prag. *Pandeonis.*

infestata) Gud. Rehdiger. *infesta*, et sic voluit Lips. in quo extremae duae literae vocis *infestata* punctis subpositis notatae erant, uti fit passim in illo Codice, ubi delendum aliquid esse indicatur. Sed bene habet *infestata*, quam vocem amat etiam alibi Mela, etsi per se nec *infesta* ab eius usu abhorreat. Cf. in libro tertio 5, 8. 8, 9. 10. in.

chimaerae) Rehdiger. *chyme;* Gud. *Cimere;* Vindob. *chimere.* Edd. etiam varie vitiant, *chymere*, ut 2. 11. *chymerae*, 7. 8. 9. Vadiani prima cum 18. *chymaerae*, 3, 4. 10. 12. 14. 19. Lugd. Bat. 1538. *chimerae*, 13.

Sidae) Lips. *sed ea et portu;* Vindob. Prag. *Side;* Rehdiger. *Sydae*, uti plurimae edd. cum antiquissimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — Ita et Vadd. Olivarr. (33. *Sidae*) et Schottus. Sed iam 10. *Sidae.* Vid. supra ad c. 14. in. TZSCHVCKE. Scribendum videtur per *i*, *Side* ex Stephano, [h. v.] Ptolemaeo, [5, 5.] Strabone, [14. p. m. 459. s. 667.] Plinio [5, 26. s. 27.] et Pomponio paulo ante. Sed Pamphiliae *Side* est, non Lyciae. Quapropter puto hic pro *Side* substituendum *Lyde* ex Ptolemaeo, [5, 3.] qui ita nominat maritimum Lyciae oppidum; etsi in Latinis Ptolemaei Codicibus *Chide* scriptum sit. PINTIANVS. Forte hic legendum: *Sidae portus et Tauri promontoria*, ut haec duo simul sint et tota Lycia terminetur sinu, qui incipit a Syda

Pamphyliae urbe usque ad montem Taurum. Cicero lib. 12. epiſt. 15. *Sida, quae extrema regio eſt provinciae meae.* Forte autem leg. *Lydis*, quae ante Telmeſſum collocatur a Ptolemaeo, [5, 3.] et ſenſum hunc habet, a Tauro ad Lydas ſinum eſſe; ſin autem legatur *Sydae*, hic ſenſus erit, ab urbe Sydae Pamphyliae ad Tauri promontorium grandem ſinum eſſe. CIACCONIVS. F. Λύδας. Lydae quidem urbs eſt Lyciae Ptolemaeo, [5, 3.] ſed poſt Telmeſſon collocatur. Si legas *Sydae*, hunc habet ſenſum; ab urbe Sida Pamphyliae ad Tauri promontorium ſinum eſſe grandem. Sin autem *Lydae*, a Tauro ad Lydas ſinum eſſe. Sed tum *Lydis* legendum, non *Lydae*. Docti iudicent, quomodo hic ſit legendum; nam neutra lectio ſatisfacit. IDEM. Quaerunt hic viri docti, quomodo Lycia ſinum claudat promuntorio Tauri et Side oppido, cum Siden iam ſuperius retulerit in ea Pamphyliae parte, quae Ciliciae eſt proxima! Pintianus hac de cauſa locum corruptum eſſe arbitrabatur, et legendum eſſe *Lyde*, non *Side*. Sed decepit eum vitioſa Ptolemaei lectio; Χύδαι enim apud illum, non Λύδη ſcribendum. Plinius [5, 27.] et ipſe quoque mentionem facit huius ſinus, ſed unius tantum termini, Tauri nempe, meminit. Verba eius ſunt: *Iunctum ei mare Lycium eſt, gens Lycia, unde vaſtus ſinus;* [ſic ante Harduinum] *Taurus mons ab Eois veniens litoribus Chelidonio promuntorio disterminat.* Locum hunc Plinii valde vexat magnus Solini interpres; vaſtam enim admodum de hoc exercitationem contexuit. — [Vid. Salmaſ. ad Solin. c. 38. f. 41. p. m. 548 ſq.] Sed nihil mutandum in Plinii verbis, quae plana ſunt atque facilia. Ait namque, Phaſelidi iunctum eſſe mare Lycium, gentem Lyciam et ſinum vaſtum ab ea denominatum; omnia autem haec a Pamphylia et mari Pamphylico disterminare Chelidonium promuntorium. Idem de hoc promuntorio inquit Lucianus in navigio: [c. 8. in.] μετ' [κατ' hodie] ἐκεῖνο γὰρ δὴ συμβαίνει μερίζεσθαι τὸ Παμφύλιον ἀπὸ

τῆς Λυκιακῆς θαλάσσης. Iuxta Salmaſii emendationem ſequeretur, ſinum hunc ſitum eſſe in Caria, quod quam a mente Plinii ſit alienum, quivis facile videre poteſt. Vt autem ad Melam redeamus et ſignificemus, quare Sidam oppidum, quam mox Pamphyliae tribuit, et quidem illi, quae a Lycia eſt remotiſſima, nunc adſcribat Lyciae, id maxime hac de cauſa factum eſſe exiſtimo. Pamphylii olim non ad mare habitabant, verum prorſus erant mediterranei. [At Mela litus legit.] Sive autem a Troia, ſive aliunde venerint, conſtat illas incoluiſſe longum terrarum tractum a Phoenice Lyciam usque. Verum illic Cilicibus permixti agebant; Pamphyliam vero obtinebant integram, excepto tantum litorali tractu, quem tenebant Lycii aliique Graeci, qui Lyciorum communitati nomen dederant. Lycia itaque primo Ciliciae fuit contigua. Hac de cauſa ſtatim poſt Ciliciam nominat auctor noſter ſuperius cap. 2. deinceps vero Pamphyliam. Eadem eſt ratio, quod Stephanus Lyciam conterminam faciat Ciliciae, ut iam ſuperius oſtendimus. Recte itaque Mela ad Lyciam ponit vaſtum illum ſinum, quem Side oppidum et Tauri promuntorium claudit. Poſtquam vero hanc Cumaeorum coloniam, Sidam nempe, tenuerunt Pamphylii piraticaeque una cum Cilicibus incumbere coeperunt, multae quoque aliae Lyciorum urbes ſe illis adiunxerunt. Aevo tamen Scylacis Caryandenſis non admodum magnus fuit Pamphyliorum ad mare tractus. Lyciae quippe tribuit plerasque fere eas urbes, quae poſtea Pamphyliae ſunt adtributae. Atque haec equidem veteribus hiſtoriis et veritati ipſi conſentanea eſſe exiſtimo. Quod autem modo dixi, ipſas inſulas Chelidonias vocari promuntorium Tauri, id veriſſimum eſt. Taurus enim mons exit in mare iugo admodum excelſo ac aeternis tecto nivibus; vocabatur id olim ἱερὰ ἄκρα. Ad pedem huius tres vel iuxta alios, quinque ſunt Chelidoniae inſulae, vel ſcopuli potius ſex tantum ſtadiorum freto diviſi, qui eminus e mari proſpicientibus tamquam fimbria pedem iſtius

montis praecingere videntur. Quamvis igitur ἱερὰ ἄκρα Tauri montis promuntorium vocetur, attamen, quia ulterius in mare prominent insulae istae Chelidoniae, ideo in illis promuntorium Tauri statuerunt nonnulli; nam, ut iam alibi diximus, non montium, sed litorum prominentiae efficiunt promuntoria. Iam vero insulas, continenti vicinas, et extra reliquum litus in mare procurrentes vocari promuntoria, neminem, ut puto, paulo eruditiorem latere potest. Atque haec quidem ad interpretationem loci Pomponiani et Pliniani dicta sufficiant. VOSSIVS. Promontorium hoc dicitur *sacrum* Straboni lib. 14. p. 666. et Ptolemaeo. [5, 3.] Imminet Chelidoniis insulis, et creditur inde incipere, ut ibidem Strabo docet. Sed et apud has insulas vere clauditur vastus ille sinus a Pamphyliae initio incipiens. Recte ergo id se habet. Sed valde mihi aeque ac Pintiano, et nuper Salmasio ad Solinum p. 780. 781. 782. [al. p. 548 sqq.] suspectus hic loci est *portus Sidae*. Nam quid ille ad Lyciam, quum in ipso aditu Pamphyliae, atque adeo in loco longe ab Lycia remoto, situs sit? Nec quidquam nos iuvat, quod olim etiam Lyciae fuerit attributa pars Pamphyliae maritima; quum hic non debeamus spectare, quid antiquissimis temporibus poetae, Geographicarum rerum necdum satis periti, vel qui ex iis fabulas collegerunt, dixerint, sed quid Mela noster senserit et tradiderit. Ille vero Pamphyliam a Lycia ex professo distinguit, et illi adscribit *Sidam* in ipso eius aditu ex Cilicia. Accedit, quod Plinius 5, 27. Melam in his secutus tantum *Tauro*, seu *Chelidonio*, promontorio, vastum hunc sinum terminari ait, omissa portus mentione sibi forsan ignoti. Censeo itaque etiam Melam voluisse tantum dicere, ab Lycia in ipsa fere sui initio claudi vastum Pamphyliae sinum ad occidentem, et ideo in initio quoque capitis, in quo de Lycia agit, hoc memorasse. Nam si utrimque eius fines et longitudinem exponere voluisset, retulisset illum ad Pamphyliam, cuius

proprie ſinus eſt. Lycia vero ipſa tantum abeſt, ut grandem ſinum ſibi proprium habeat, aut recipiat, ut e contrario promontorii, ſeu peninſulae, Χεῤῥονήσου, ſpeciem praebeat iam inde a Chelidonio promontorio, a quo Lycia incipiens grandem illum Pamphyliae ſinum claudit. Vide omnino Voſſium ipſum mox hoc capite. Quocirca remoto hinc *Sides portu* repoſuerim lubens *Siderintis*, ſeu *Sideris* (nam terminationes nominum propriorum in diverſis linguis ſaepe variant) *portu*. Etenim Scylax [p. 39. Hudſ.] coniungit *Chelidonias promontorium cum duabus inſulis et Siderunta promontorium ac portum.* Habemus hic portum nominis ad *Sidam* prope accedentis et proximum Tauri promontorio, quae omnia et ſola requiruntur. Meminit eius portus et Stephanus in v. Σιδαροῦς. Ceteroqui legerem *Simenes portu*. Nam Plinius, qui Melam in plerisque ſequitur, ſcribit 5, 27. *In Lycia autem a promontorio eius* (Tauri, quod paulo ante *Chelidonium* dixerat) *oppidum Simena*, quod omnino videtur ex eo nexu ſitum ad mare. Servavit illud quoque nobis Stephanus in v. Σίμηνα. Alterutrum, et maxime prius, verum eſſe puto, licet a MStorum fide hic deſtituamur, qui notius ſibi nomen *Sidae* hic praetulerunt, et ignoto ſubſtituerunt. Quod Pintianus *Lyden* vel *Chiden* ex Ptolemaeo nobis ingerit, ignota ea eſt ipſi Stephano, et aliena prorſus ab hoc loco, nec ullum cum *Sacro*, vel *Chelidonio*, promontorio habet nexum, ut a quo longe ſeparatur verſus Occidentem ab ipſo Ptolemaeo et pene in Cariam removetur, aut Peraeam. Salmaſius tantum accuſat Melam, ſed nihil extricat. Vide eum l. d. Quem tamen nimis hic, et alibi paſſim, ſed ſaepe parum ex vero, exagitat Voſſius, dum tribuit etiam illi, quae neutiquam dixerat. PERIZONIVS. Pintiani lectionem expreſſit Hiſpanus interpres Gonzalez de Salas, etſi non Latinus ſolum Ptolemaeus legit, *Chydae*, ſed et Graecus Χύδαι in ed. Argent. 1520. At ſatis et Pintiani lectionem et Voſſii diſputationem a Melae narratione et mente

longe alienam refutavit Perizonius. Non enim ita potuit Noſter a ſe ipſe deſciſcere et vagari, ut Sidam modo ad Pamphyliam, modo ad Lyciam referret. In Pintiani lectione notandum et hoc putem, quod *Lydarum* portu reponi debuiſſet. Salmaſius nihil ad Melam, niſi reprehenſionem, adfert, et Plinii locum ad alterum ſinum, qui usque ad Cragum extenditur, accommodat p. m. 550. Ciacconii prior lectio dura eſt minusque apta; poſterior Pintiani ſententiam repetit, nec admitti poteſt propter verbum *claudit*, quod ultimum ſinus eius terminum indicat, non novi initium ad Lydas usque patentis. Tractavit etiam hunc locum Soonus in editione, quam adſtruxit, ſed intacta difficultate et parum commode ſic explicat, quaſi Mela diceret, occupat totum illum tractum, qui inter Sidae portum et Tauri promontorium iacet. I. Gronovius MS. Voſſii ſententiam paucioribus verbis comprehenſam repetit. Maximam veri ſpeciem prae ſe fert emendatio Perizonii de *Siderunte*, cuius hic portum commemorat Scylax c. I. Verbum enim *claudit* dimitti minime poteſt, idemque ſimul impedit, quo minus ad Pamphyliam relabaris, ubi contra hic ſinus *aperitur*, quod verbum ſic alibi ponit 3, 1, 7 et 8, 1. At nimis recedit a libris, et ſufficiebat Tauri promontorium in notando eius termino, etſi de hoc difficilius ſit iudicium et lubricum. Idem valet de *Simena*, quae quidem urbs Melae notior forte erat, ſed nec a Plinio, nec a Stephano, portu inſtruitur; ſed εὐλίμενον σφόδρα fuiſſe Lyciam adfirmat Strabo 14. p. m. 457. f. 664. Voluit forte Mela ſinus utrumque terminum indicare, et ſic *claudit* et ad Sidae portum, et ad Tauri promontorium pertinet, ad Lyciam tamen cum alterum modo referri recte et proprie poſſit, ea forte ratione fecit, qua verbum unum pluribus adiunctum ſubſtantivis poſtremum adficit, praecedentia remotius tantum ſpectat. Mirum enim utique videatur, quod repente vaſtum ſinum commemorat, cuius non niſi finem indicet, unde vaſtitas eius minime intelligatur.

Grandem enim alium *ſinum*, quem vocat, inde a Marathone Phoenices accipit Aſia (1, 12, 4. et 2, 7, 5.) ad cuius flexum ſita eſt Syria, in ipſo flexu Cilicia, extra flexum Lycia, Pamphylia. (1, 2, 6.) In ipſo vero Lyciae aditu fuit Sida, unde alter hic grandis ſinus aperiebatur, quem ſic indicare voluit. Nihil certe mutare auſus ſum, etſi locum intricatum eſſe, et, in quamcunque partem verſetur, difficultatibus premi bene ſentio.

§. 2. *Taurus ipſe)* Pro eo Havn. *Thaurus* (ut antea ſcribit Prag.) *mons;* Pariſ. 2. *Taurus mons*, quam poſteriorem vocem inſerit etiam Bonon. Ceterum hic inſcriptio praemittitur in Zaluſc. *De Tauro Promontorio et circumſtantibus Vrbibus et Gentibus ad finem Aſiae.* In Gud. hic locus intervallo diſtinguitur.

ſatis) Non agnoſcunt Vatic. 3. Pariſ. 2. Prag. Havn. deletque poſitum Gud.

dein) Ita primus repoſuit A. Gronov. in ed. 44. cum ante eum omnes legerent *deinde*, etiam Reinoldius. Ita quidem fecit praeeuntibus Cdd. Mediol. Chiſ. quibus Gud. addere poterat, quippe quo uſus eſt etiam. Reliqui *deinde*, quod et commode ſtare et retineri poterat, niſi hoc ad gratiorem ſonum quis magis facere putet. Schottus Melam ſcripſiſſe arbitratur *dehinc*, vel *dein dextero*, ut ſupra c. 13.

dextro latere) Prag. Pariſ. 2. *vaſto latere*, male in hoc nexu. Tum Prag. *et in occidentem.* Tò *it* deeſt in ed. 1. in ed. 23. *id.* Poſt pro *iugo* Vindob. habet *vago.* Pro *dorſum* Zaluſc. et ed. 36. *deorſum*, pro *agit terminus* Cibin. *ait terminos.*

diremit) Ita Codd. quidam Voſſii, ipſo quidem teſte, ſed quem et hic in mala fide deprendit Perizonius, cuius etiam omnes Codd. habent *dirimit* cum Oxon.

meis et priſcis edd. quibus accedunt Camert. Vadian. Ald. Iuntin. Olivarr. Schottus. Vinetus dedit *diremit*, uti Voſſius et reliqui. Pariſienſes Codd. ab ed. Voſſii nihil discrepuiſſe videntur. TZSCHVCKE. Si ita ſcripſit Mela, ut ſane habent MSti, tum vero ſenſus eſt, dirimit terras etiam iſtic, ubi in pelagus exit, ſeu pergit dirimere terras, usque dum plane in pelagus exit. Et ſane iſtic potiſſimum Aſia ab Tauro non re ipſa tantum, ſed et diſerta appellatione dirimitur, ut dicatur *Aſia cis Taurum, et Aſia ultra Taurum.* Ceteroqui fatendum eſt, per totam etiam maiorem Aſiam Taurum dirimere terras, dum, ut ait Mela, *magnarum gentium, qua dorſum agit, fuit terminus.* Et neutiquam abhorream ab eo, quod El. Vinetus edidit, et voluit quoque Salmaſius ad Solinum p. 736. [p. m. 553.] *diremit.* PERIZONIVS. Cum non in eo ipſo loco ſolum, quo in pelagus exit, terras dirimit, ſed qua dorſum agit, gentium ſit terminus, adparet *ubi* eſſe poſtquam, cui conſequens adnectitur, nec ante exire in pelagus, quam diremerit. Alia ratio eſt, ubi ſimpliciter id de terris, fluminibus refert noſter, ut 1, 3, 4. 2, 1, 8. 2, 5, 5. Decepit forte librarios praecedens *agit.* At ſenſus eſt diverſus; ubi et qua dorſum agit, dirimit, ſed ubi diremit, exit in pelagus. Hoc igitur motus, retinui et ipſe *diremit.*

et totus ut —) Vindob. *et Taurus ut* — Poſt Voſſ. 2. omittit *etiam;* Cibin. ſcribit *etiam quam ſpectat.* Totum locum Schottus ſic exhibet: *Idem autem et Taurus, ut dictum eſt, dicitur, qua ſpectat orientem Himaus. Deinde* — praeeunte vel monente Pintiano. TZSCHVCKE. Lego: *Idem autem et Taurus, ut dictum eſt, dicitur* etc. PINTIANVS. Recte Pintianus repoſuit: *Et Taurus, ut dictum eſt, dicitur.* Adde et *Himaus*, quod in vulgatis hactenus afuit, ex Plinio 5, 27. 6, 17. et Strabone lib. 15. [p. m. 474. ſ. 689.] Verba libenter adſcribo, ut diverſa nominum ſcriptura, vel me tacente, a non

oſcitante lectore animadvertatur, tum etiam ut loca inter ſe componantur: Τὴν Ἰνδικὴν περιώρικεν, ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων, τοῦ Ταύρου τὰ ἔσχατα· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀριανῆς μέχρι τῆς Ἑώας θαλάττης, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἡμωδὸν καὶ Ἰμάον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι· Μακεδόνες δὲ Καύκασον. SCHOTTVS. Salmaſius [ad Solin. cap. 38. f. 41. p. m. 555.] non recte aut emendat, aut interpretatur totum hunc Pomponii locum de Tauro. Reducenda eſt vetus lectio, quam omnia conſtanter exhibent vetera exemplaria, quaeque melior, planior, et veritati convenientior eſt omnibus omnium coniecturis. *Idem autem et totus, ut dictus eſt, dicitur, etiam qua ſpectat Orientem. Deinde Emodes, et Caucaſus et Paropaniſus.* Taurum montem, inquit, continuo iugo totam dirimere Aſiam, et incipere quidem ab Eois litoribus, deſinere vero in Lycia. Quamvis autem in diverſis gentibus diverſa quoque habeat nomina, tamen totum ſub uno Tauri venire nomine, etiam qua ſpectat Orientem nempe ad Tabin; nam et illic Taurum appellari. Deinceps vero alia aliaque ſibi adſciſcere nomina, ac primo quidem Emodem, deinde Caucaſum, poſtea Paropaniſum dici, ac tandem iterum Taurum. Quaerit Salmaſius, *quomodo Taurus iterum Taurus vocari potuerit, ubi maria Romana contingit, cum tamen antea non meminerit ita dici:* Sed errat. Meminit lib. 3. c. 6. cum Taurum ait attolli longe a Tabi promuntorio. Sed et ex hoc loco ſatis id ipſum adparet; ait enim Mela: *Taurus iterum.* VOSSIVS. *Idem autem, et totus, ut dictus eſt, dicitur etiam, qua ſpectat Orientem.* Sic edidit Voſſius, et quidem volentibus ita MStis et editis ante Pintianum, qui *pro totus ut dictus eſt*, legi vult, *Taurus, ut dictum eſt.* Sed totus mihi locus eſt ſuſpectus, ut ab Melae concinna brevitate longum recedens. Deinde non agitur hic de una totius montis ex India in Lyciam appellatione, ſed de variis per diverſas terras eius nominibus, quae ordine ſuo progre-

diendo cum terris recenſentur. Legerim itaque: *Idem autem et Taurus dicitur, qua ſpectat Orientem, deinde Emodes* etc. Abſonum meis certe auribus accidit illud, *Idem autem et totus, ut dictus eſt, dicitur.* Tò *etiam* abeſt a Voſſ. 2. aeque ac a Schotti ed. et recte, ut puto. Tò *deinde* declarat iam aliud eius nomen in ipſo hoc ordine praeceſſiſſe, quem ordinem declarant *deinde* et *tum.* In mea lectione omnia certe ſunt plana et expedita. Nam revera in Oriente quoque Taurus dicebatur, ut ab ipſo fit Mela 3, 6. et 7. [Cf. Arrian. in Indicis c. 2. in.] In media Aſia aliis potiſſimum nominibus appellabatur. *Imai*, quem ſuo arbitratu interpoſuit Schottus, nullum in MStis aut editis veſtigium reperitur. Et erat proprie promontorium Emodis teſte Plinio 6, 17. Retinuit tamen Salmaſius ad Solinum. Sed ita valde hic quoque haeſit. Vide eum c. l. PERIZONIVS. Poſſit Mela ſic dixiſſe, uti vult Perizonius, cui etiam aliquatenus favet Vindobonenſis, etſi incertae fidei et ex gloſſa forte corruptus. Mihi quidem vulgata lectio plana videtur et aperta, nec ab uſu Melae, qui verba eadem ſaepe diverſa forma repetit, nec ab eius brevitate abhorrere. Inſerit enim hic, ubi terminum Tauri et exitum in mare notavit variam eius adpellationem inde ab oriente progreſſus. Nominis autem loco, quod proxime praeceſſerat bis adeo, ne taedium iniiceret, maluit nominis indicium verborum adumbratione adferre. Neque hinc moleſtum eſt et incommodum in hac lectione τò *etiam*, qua voce ſuperiorem adpellationem reſpicit et nectit, cum in medio curſu alias adquirat, et in fine ſubiicit *Taurus iterum.* Equidem ſenſum loci ſic mente conceptum teneo: Mons idem, qualem totum antea dixi, idem etiam nomen gerit, ubi ab Eois litoribus exſurgit. Quod verum eſſe ex Mela ipſo iam probatum eſt; adeoque in ipſa progreſſione Taurus paſſim vel de una parte vel de pluribus occurrit. Sic Aſia cis et ultra Taurum. Sic Euphratem alii, ab Abo monte, alii ſimpliciter a Tauro deducunt. Quod quidam

hic inferciunt *Imaum*, etſi non Codices, Plinium tamen 5, 27. ſuffragantem habent, qui ſcribit, Imaum prima parte dictum eſſe Taurum mox Emodum etc. Qui ſi Melam ducem ſecutus eſt unicum, ita quidem eum intellexit. Sed an recte, dubitare licet, aut potius unicum non ſecutus eſt. *Imaus* enim apud noſtrum nusquam commemoratur, etſi Indiae deſcriptio ſatis paratam praebere poterat occaſionem. Nam quod 3, 7, 5. quidam pro *Tamus* ſic legunt, faciunt ex coniectura incerta. Immo noſter Imaum ſub Hemode monte recte complexus eſt, quippe qui ſit eius promontorium teſte ipſo Plinio 6, 21. ſ. 17.

Hemodes) A. Gronov. ex ſuis Codd. adfert *Baemodes*, *Haemodes*, *Aemodes* vel *Aërnodes*. Ex meis Cibin. *Haemodes*; Venet. *Emodes*; Lipſ. *Hermodes*; Rehdiger. *Aemodes*; Gud. *Acmodes*; Pragenſ. *Demodes*; Pariſ. 2. *Arenodes*; Vaticani cum ed. 23. habuiſſe videntur *Haemodes*, uti Havn. cum ed. 3. Pariſ. 1. 3. cum Voſſ. *Emodes*. Edd. antiquiſſimae *Haemodes*, et ſic poſtea Vadianae et Olivarianae. Tantum 11. *Hemodes*; 13. *Aemodes*. Vinetus cum Schotto *Hemodes*, uti iam olim ed. 11. Voſſius *Emodes* et ſic 40. 41. 42. Poſt A. Gronovius in ed. 44. praelucente Reinoldio revocavit *Hemodes*, quod manſit. Graeci adſpirationem plerumque omittunt, et ubi praemittitur, veluti in Ptolemaeo 6, 15. Strabone 15. p. m. 474. ſ. 689. editorum arbitrio aut negligentia id factum videtur. Sic certe alii in Strabone c. l. non agnoſcunt, nec iidem 15. p. m. 480. ſ. 698. Omittit etiam Plinius 6, 21. ſ. 17. et alibi. Sic Boccatius de montibus h. v. Poſſit igitur et hic abeſſe. Dedi tamen Codicibus, quia Orientis nomina adſpirari alias in Latinis ſolent. At diphthongus *ae* nullo modo ferri poteſt, cum Graeci conſtanter efferant per η. Reſtat terminatio in *es*, quam Graeci et alii Latini plane ignorant. Graeci enim vocant, Ἠμωδὸν ὄρος, Ἠμωδὰ ὄρη, vel

Ἠμωδὰ ſimpliciter, (V. Euſtath. ad Dionyſ. v. 1143.) et Ἠμωδός. Plinius c. l. *Emodi montes*, et 5, 27. *Emodus*, ut Boccatius c. l. Nemo Ἠμώδης, Ἠμῶδες vel *Hemodes*. Et facilis utique eſt lapſus. Retinui tamen hanc terminationem, cum in nominibus peregrinis varia paſſim forma uſum obtineat, etſi meliorem alteram et veriorem cenſeo. Vid. ad 3, 7, 6. ubi aliquae edd. etiam dederunt *Hemodus*.

Paropamiſus) Codd. plerique Perizonii *Propaniſus;* ex meis Pariſienſes, Cibin. Vindob. Lipſ. Gud. item *Propaniſus;* Vaticani *Propamiſus;* Havn. Prag. *Paropaniſus;* Rehdiger. *parapaniſus;* Venet. *propanſus.* Edd. 1. 3. 4. 5. 11. *Propaniſus;* 2. *perpaniſus;* 9. 43. 44. *Paropaniſus;* 6. 7. 8. 10. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarr. Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. 45. 46. *Paropamiſus;* 12. 14. 19. *Propamiſus.* Hermolaus Barbarus emendaverat *Paropamiſus.* Boccatius variat, quippe qui modo habet *Parapaniſus*, modo *Paropaniſus;* vid. de montibus h. v. et *Taurus.* Nec ſibi in aliis auctoribus Graecis et Latinis libri conſtant, de quo plura dabo ad 3, 7, 6. Veriorem formam cenſent viri docti *Paropamiſus*, quod evincit maxime Stephanus, etſi hic duplici σ praeterea adfert, quae variatio in hac terminatione eſt frequens. Pro ſimplici tamen non ſolum hic ſtant Codices, ſed et alii auctores, qui in priori parte diſcrepant.

tum Caſpiae) Pariſ. 2. *Caſpiae tamen*, uti erat adſcriptum in ed. 23. cum Vaticanis conlata; Vatic. 3. tamen plane omittit *tum;* Venet. Prag. *Caſpiae tum;* Lipſ. *tum Caſipiae.* *Tum* et *tamen* ſaepe commutari ex compendii ſignis ſimilibus notum; vid. Drakenb. ad Liv. 22, 17, 5. qui frequenter hoc occurrere in Livio monet, et alibi alii. Poſt multi Codices cum edd. antiquis, etiam Ald. Iuntin. Vadianis *pile* et *pilae;* Gud. *palie.*

Niphates) Venet. *Nymphates;* Prag. *Infates.* Recte alii, ut in prima ed. (16.) Vadianus; post *Nyphates*, quod et reddidit Saling. 1538.

Armeniae) Vatic. 3. Lipf. Parif. 2. *ut Armeniae;* Prag. *ut Armene;* Parif. 3. *Armenae*, cum edd. 1. 9. Edd. antiquae et post aliae, veluti 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. et hinc aliae *et Armeniae*, etiam Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Post cum Reinoldio expulit Abr. Gronov. in ed. 44. et posteriores. Molestum utique hic est, et a 3 Codd. abfuisse monet A. Gronovius. *Pylae*, quae vox plane omittitur in Vatic. 3. et Prag. prave in aliis et hic scribitur. Post *Taurus* distinctionem maximam male ponit Rehdiger.

§. 3. *Limyra)* Vindob. Lipf. Gud. *Limira;* Vatic. 1. *Lymyra;* Vatic. 3. Cibin. Rehdiger. *Lymira;* Prag. *lunira.* Edd. antiquissimae et posteriores plurimae *Lymira*, etiam vitio typothetae Kappiana altera. Sed iam *Limyra* 11. post Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii et alii. TZSCHVCKE. Scribendum controversa orthographia in prima cum *i*, et in secunda cum *y*, *Límyra* ex Ptolemaeo, [5, 3.] Strabone, [14. p. m. 458. f. 666.] Stephano. Qui error corrigendus etiam in Plinio. [5, 28. f. 27.] Nec enim satis intelligo, quid sibi voluerit Hermolaus, qui e contrario, quam praecepi, scribat hanc dictionem in lib. 5. *Plinian. Castigat.* cum *y* tenui in prima, et iota in secunda *Lymira.* PINTIANVS. Aberratur et alibi a vera scriptura. Sic Boccat. de fluminibus h. v. *Limira;* Hierocles in Synecdemo p. 683. ante Wesselingium Λύμυρα. *Lymira* Plinianae habent aliquae editiones, et hanc scripturam adeo ex hoc loco per μετάθεσιν vocalium in Velleio 2, 102. f. tueri conatur Gerhard. Vossius. Sed Graecorum ratio, Λίμυρα, in his praeferenda, ut recte monuit Pintianus.

Pataram) Sic MSSti Perizonii et meliores Abr. Gronovii vel etiam ex his aliqui *Pataran;* Oxon. *Patheram;* Rehdiger. *Patharam;* Prag. *Patatam;* Cibin. *paratam;* alii *Pataram*, ut edd. etiam antiquiſſimae ad Voſſium, qui poſuit *Patara* cumque eo 40. 41. 42. et Reinoldius. Inde ab ed. 44. (A. Gronov.) revocatum eſt *Pataram*. Cum Voſſio Pariſ. 3. videtur ſolus habuiſſe *Patara*, quia ex aliis duobus tantum *Pataram* adfertur. TZSCHVCKE. Scribo *Patara*, non *Pataram*. *Patara Pataroruni* enim inflectitur, non *Patarae*. Similis errandi occaſio multis Graece imperitis in *Arbela*, *Gaugamela*, *Abdera* et huiusmodi. Sed cui poſt Hermolaum non ſit venia, qui *Pataram* et *Gaugamelam*, quaſi feminina ſint, legit in libro 6. Plinii. PINTIANVS. Repoſuit Voſſius *Patara*, quia alii auctores Graeci et Latini pluralis formae nomine hanc urbem deſignant. Sed MSti Melae habent *Pataram*, quod et priſcae Edd. nobis oſtentant. Sed et ſequitur apud Melam continuo: *Illam nobilem facit* ſc. *Pataram*. PERIZONIVS. Si veram et antiquam rationem audias, utique *Patara* valeat. Male enim haec nominum neutra in feminina vonverterunt in primis poſteriores. Sic infra in noſtro 1, 18, 2. obtrudunt libri *Aſtyram;* 2, 3, 7. *Megaram*, 2, 2, 6. *ingens Cypſela*. Sed et *Pataram* multi, uti in Livio 37, 15, 6. et 16, 3. Plinio 2, 112. ſ. 108. olim in Nepot. Alcib. 7, 4. ubi quidem alia etiam de cauſa eiectum eſt. Martiano Capella lib. 6. p. 199. Virgil. Aen. 4, 143. Ita Scholiaſtae Horatii ad odar. 3, 4, 64. et paſſim alii. In Livii etiam locis ipſo quidem auctore alibi praeeunte, quamvis renitentibus libris, *Patara* repoſuit Drakenborchius. Sic εἰς Σοῦσα ex codice in Diodoro 17, 107. f. Weſſel. pro εἰς Σοῦσαν. Reponerem et hic, et alterum librariis lubens darem, niſi obſtarent proxime ſubiuncta. Tum vero aut Mela femininum putavit, aut uſus Latinorum id ſibi illa iam aetate adrogavit, ut haec utroque genere efferri poſſent, quare etiam tule-

runt viri docti in optimis auctoribus, uti *Megaram* in Sulpicii epiſtola in Cicer. epiſt. ad diverſ. 4, 5. Velleio 1, 2, 5. et Livio 31, 22, 6. Vid. ad cc. ll. viri docti Oudendorp. ad Sueton. Tiber. c. 4. et qui laudantur. Sic utroque genere *Limyra* occurrit, ut docent interpretes Velleii 2, 102. et Weſſeling. ad Hieroclem c. l. neutro tamen dedit Ruhnkenius in Velleio, praeeunte quidem Codice. Obtrudi tamen nolim femininum, niſi neceſſitas, ut hic, inſtantior urgeat.

oraculi) Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vatic. 3. Pariſ. 2. *oraculis*, quod ſtare nequit, niſi forte proxime poſt legas *Delphica*, quod et diſerte habent Vatic. 3. et Pariſ. 2. Sed concinnior eſt lectio vulgata; altera ex praecedente *opibus* nata. Poſt τὸ *ſimile* omittunt Pariſ. 2. Vatic. 3. et Prag. *Delphyco* ſcribit Cibin. ut antea Vindob. *Appolinis*. Sed talia effundi poſſint larga manu et copia.

Vltra eſt) Τὸ *eſt* agnoſcunt omnes Codd. Perizonii, duo I. Gronovii et mei; praeter Pariſ. 1. qui cum ed. Voſſ. omiſiſſe videtur. Habent etiam edd. antiquiſſimae 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 15. 17. 20. 23. Prima omiſit 5. (*Xeanthus* forte pro *eſt Xanthus*) poſt 12. (etiam *Exanthus*, unde forte vitium propius manavit) 14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadd. Olivarr. Vinetus etiam, Schottus, Voſſius, 40. Inde adſcitum eſt rurſus. Non igitur omnes editi libri habent, quod adfirmat Perizonius. Poteſt commode abeſſe, ut alibi; dari tamen debet Codicibus.

Xanthus — Xanthos) Verba *flumen et Xanthos* deſunt in Vindob. et Prag. Pro *flumen* Rehdiger. habet *fluvius*. Formam diverſam in terminatione ſervant plerique Codd. et antiquae edd. cum poſterioribus fere omnibus. Tantum libri quidam neglecta adſpiratione, ut

Cibin. Lipſ. Gud. etiam edd. quaedam, ut 16. 18. Voſſius bis dedit *Xanthus* cum edd. 40. 41. 42. et Reinoldio; 44. bis *Xanthos*, poſt iterum diverſe. Alterum *Xanthos* uncis incluſit Schottus. TZSCHVCKE. Lego *Xanthus flumen et oppidum;* cetera redundant, adſtipulante etiam Plinio. [5, 28. ſ. 27.] PINTIANVS. Non emendant, ſed corrumpunt Melam, qui legunt: *Xanthus flumen et oppidum.* Scio quidem rectum eſſe et iſtud, ſed tamen, qui diſtinctius loquuntur, addere ſolent *et eiusdem nominis.* [Plinius c. l. *eodem nomine.*] Nihil itaque expungendum in verbis Melae. Sic ipſe infra: [2, 4, 8. ubi quidem *Vulturnus*] *Minturnus amnis, Minturnum oppidum.* Quae locutio licet ſimplex, non ideo tamen eſt inelegans. VOSSIVS. Nihil ſubeſt, quod recte offendat, vel a Melae ingenio discrepet. Retineri etiam poteſt cum Codd. diverſa in utroque terminatio, qua diſtinguit forte, ut Graeci ſolent accentu, conditorem vel auctorem nominis a re nominata. Sic 2, 7, 6. *Canopos* et *Canopus.* Alibi ut c. 14. ſimpliciter etiam *os*, ut *Ceſtros*, de fluminibus. Mox *opidum* ſimplici *p.* Vindobon. ut paullo antea, et alibi.

Cragus) Omnes Codd. Voſſii et Perizonii vel *Gratius*, vel *Gracius;* Oxon. *Gratius.* Ex meis Pariſ. 1. 2. 3. Vindobon. Lipſ. Gud. Rehdiger. *Gratius;* Cibin. Vatic. 1. Venet. Prag. *Gracius;* Vatic. 3. *Graius.* Edd. 1. 2. 9. *gracius;* 15. 17. 19. 20. 23. 33. Lugd. 1646. et forte aliae *Gragus;* Aliae plures inde ab edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. *Cragus.* *Gratius* etiam habet Boccatius de montibus et alibi. Verum nomen *Cragus* ex Gr. Κράγος hic latere facile quivis intelligit.

Telmeſos) Ita teſte Dukero, ex omnibus Voſſianis et ſuo adnotaverat Perizonius, ex Oxon. Dukerus adnotat, ex quatuor Codd. A. Gronovius. Tum idem ſubiicit, etſi minus diſtincte: Vnus *Temelſos*, corrupte:

Telmeſos et *Telmeſſos*, ut *Termeſos* et *Termeſſos;* Ciacconius, cuius nota in proximum caput proiecta eſt, ex ſuo *Telmeſos* excitat. Ex meis Lipſ. Cibin. Venet. Gud. Vatic. 1. 3. *Telmeſos;* Prag. *Telmoſos;* Zaluſc. *Telmeſſos;* Rehdig. *Themelſos;* reliqui, Pariſienſes et Havn. cum ſuis edd. conſenſiſſe videntur. Nempe edd. 1. 2. 9. 13. 14. *Telmeſos;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. reliquae cum Schotto *Telmiſos;* tantum Vinetus *Telmiſſos;* Voſſius et 40. 41. 42. cum Reinoldio *Telmeſſos;* poſt ab ed. 44. *Telmeſos* praeter Norimberg. in qua *Telmeſſos* legitur. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [5, 3.] cum *e* longo in penultima *Telmeſſos;* Stephanus [h. v.] et Strabo [14. p. m. 457. ſ. 665.] cum *i*. Omnes tamen cum duobus *ſſ*, *Telmiſſos*, aut *Telmeſſos*. PINTIANVS. Parum conſtans eſt huius urbis ſcriptura in aliis etiam auctoribus illorumque libris. Sic Strabo c. l. vulgo Τελμισσὸς, Cod. Medic. notante hic A. Gronovio, quo cum concinit Moſcov. Τελμεσός. Sic Polyb. 22, 27, 8. Palaephat. 29, 5. Stephanus h. v. Arrianus de exped. Alex. M. 1, 28, 5. Euſtath. ad Dionyſ. v. 859. Τελμισσός. Τελέμισσος etiam in notitiis antiquis p. 15. quae adpenſae leguntur Caroli a S. Paulo Geogr. ſacrae an. 1754. Hinc Τελμισσεῖς apud Herodot. 1, 78. (ubi quidem nunc per η) Aelian. V. H. 12, 64. Arrian. c. l. Appian. in Mithridat. c. 24. (ubi quidam ſimplex σ) Etymol. M. Eudocia in Violario p. 41. in Villoiſ. Anecdot. Gr. T. 1. Τελμισὸς et Τελμισεῖς legitur apud Heſychium, Hieroclem in Synecdemo p. 684. ed. Weſſeling. Clem. Alex. Strom. 1. p. 360. ed. Potteri Suidam. — Contra Τελμησσός Herodot. 1, 78. 84. (uti dedit ex Codd. quibusdam Weſſelingius) Ptolemaeus 5, 3. ubi tamen Cod. Coislin. monente hic A. Gronovio habet Τελμησὸς, uti etiam exſtat in ed. Argent. 1520. Ita diſcrepant etiam inter ſe Latini. Cic. de divin. 1, 41. Plin. 5, 28. ſ. 27. *Telmeſſus;* Martian. Cap. lib. 6. p. 220. Boccatius ſ. v.

Icareum mare *Telmesus;* Liv. 38, 39, 16. uti quidem scribi iussit Drakenborchius, *Telmissus.* Sed nec libri nec virorum doctorum sententiae congruunt, uti videre est ex iis, quae ad auctorum loca adnotantur. Expertum est praeterea hoc nomen alias commutationes cum *Teumesus*, de quo vid. Fischer. ad Palaeph. 8. in. et *Termessus*, uti quidem scribi constanter vult pro *Telmessus* Spanhem. de usu — num. diss. 9. p. 563 sq. (ed. Lond. 1706.) Nempe mons est in Thebana regione, qui eodem modo in scriptura variatur. Cf. ad Strabon. 9. p. m. 284. s. 412. notata addito Valckenario ad Euripid. Phoeniss. v. 1105. p. 388 sq. Sed de his, quoniam lectionem huius loci non tangunt, Vol. 2. Id potissimum hic quaeritur, quae scriptura ex supra notatis praeferenda sit. Viri docti τὸ ς geminandum plerumque censent, veluti Wesseling. ad Hieroclem c. l. et Drakenb. ad Liv. 37, 16, 13. aliique, atque hanc rationem videntur tueri auctores vetusti. Restat altera discrepantia in vocalibus η et ι, ex quibus η maiorem habet veri speciem. Ita nempe in nummis etiam scribi vel in optimis libris efferri solent nomina similia *Odessus*, *Mycalessus*, *Sardessus*, *Termessus*, *Sindessus*, ex quibus *Termessus* maxime eandem variationem subiit. Neque obstat hic literarum ordo in Stephano, immo ipse s. v. Σινδησσός eandem et huius urbis scripturam probare videtur. Prius etiam ad Suidam pertinet. At repugnat ab hac parte Hesychius, qui tamen facile devincitur, si cogites posterioris aevi crebram commutationem τοῦ η et ι, quam adscivit ex suo Codice, et nostri in auctoribus declarant. Cum igitur nummorum auxilio deficiamur, qui facile omnem disputationem praecidant, his motus rationibus dedi *Telmessos.*

CAP. XVI.

Codices hoc caput ſuperiori nullo interpoſito ſpatio adnectunt, uti editiones antiquae. Aliquae paragraphi ſignum praemittunt, ut 9. 11. 13. quod et fit in minoribus diſtinctionibus. Aliae in margine adſcribunt *Caria,* ut 10. quod inde a Camerte in ipſa fronte oſtendunt reliquae praeter 15. 17. 20. 23. modo ſine, modo cum capitis numero. Tum vero eſt caput 16. Vinetus ſimpliciter hinc incipit cap. 44.

§. 1. *Caria)* Rehdig. *Carya;* Prag. *Carra.*

Habitant) Ita Voſſius ex Vaticano et optimis Codicibus adfert, ex ſuo Ciacconius, ex Mediol. A. Gronovius, ex Voſſ. 1. et 5. et Lipſ. Perizonius, quibus addo ex meis Vatic. 1. Cibin. Venet. Sed Voſſ. 2. 3. 4. et alius a Voſſio conlatus, Perizon. quatuor A. Gronovii, Oxon. Pariſ. 3. Vindob. Gud. Prag. Rehdig. Auguſtin. et alii cum edd. vetuſtis conlati *habitatur;* Pariſ. 1. 2. cum Voſſio videntur habuiſſe *habitator.* Edd. vetuſtae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 28. Saling. 1538. *habitatur.* In Vadianis poſterioribus item 30. 32. 37. legitur *habetur;* 13. 24. 25. omninoque Olivarianae, etiam Vinetus, 36. Voſſius, 40. 41. 42. Reinoldianae *habitator;* Schottus dedit *habitatores,* quod primum voluerat Pintianus; denique A. Gronovius inde ab ed. 44. invexit *habitant,* quod noſtrae retinuerunt. Poſt *incertae origines* ex Vaticano et optimis notat Voſſius; idem Perizonius ex Voſſ. 1. et 5. quibus adiungo Cibin. Inde et ex Pintiani emendatione confecit Schottus: *Habitatores incerti Aborigines.* TZSCHVCKE. *Habitatur —)* Error in ordine verborum, et ipſa, ut ſentio, depravata verba. Quae etſi variis modis poſſent caſtigari, placet tamen legatur: *Habitatores regionis incerti.* PINTIANVS. Dixi corrigendum eſſe, ut tunc viſum eſt, *Habitatores regio-*

nis incerti. Nunc repudiato consilio, commodiorem duco lectionem, *Habitatorum incerti aborigines;* hoc est, maiores eorum, qui nunc habitant Cariam, incertum est, unde in eam regionem commearint. Sic Plin. lib. 4. c. 22. [s. 56.] *Erythraea* [Erythia al.] *dicta est, quoniam Tyrii, Aborigines eorum, orti ab Erythraeo mari ferebantur.* IDEM. *Habitator*) Forte *habitatur viris incertae originis.* V. C. *habitant.* Lib. 3. c. 6. de Erythia: *Geryone habitatam accepimus;* atque alibi [1, 5, 4.] *parvis urbibus* [oppidis] *habitatur.* CIACCONIVS. Quid si *habitatorum incertae originis*, vel *aboriginis*, ut Plinius lib. 4. cap 22. [s. 56.] SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti* p. 331. in ed. Gron. 1748. *Habitant incertae origines.*) Haec est Vaticani et optimorum Codicum lectio. Rara admodum locutio *incertae origines*, pro hominibus incertae originis. Quia tamen libri nonnulli legunt, *habitatur incertae originis*, verior forsan est lectio, quam dedimus. VOSSIVS. Vossius coniecit et edidit: *Habitator incertae originis*, ac recepit ultima quoque editio. Rectius id, certe propius accedit ad MStam lectionem et priscarum Edd. quam utrumque Pintiani commentum, quorum posterius tamen etiam Ciacconio probari potuit, qui prius voluerat *habitatur viris incertae originis.* Quum ita hic adhaeserint docti interpretes, non mirum est, librarios quoque a vero aberrasse; nec tamen longe aberrarunt. — [Sequitur recensus lectionum.] Illud *habitatur* ex compendio scripturae ortum, et nota, quae figuram habet ferme accentus circumflexi Graeci, et ita supra ultimas literas τοῦ *habitat* posita, declarat exiguo cum discrimine legendum modo *habitant*, modo *habitatur.* Videtur itaque scripsisse Mela, quod Lips. Codex, forsan et Ciacconii nobis offert, et a quo MSti neutiquam longe abeunt, *Habitant incertae originis* sc. homines existentes. Ellipticus hic Genitivi usus, quia paulo durior videtur in tam concisa periodo, sed quali delectatur Mela, turbavit et librarios et inter-

pretes. At vide omnino et confer exempla eius, quae attuli ad Sanctii Minervam 4, 4, 27. et quae ad 2, 3, 8. extr. et adde Cornel. Nepot. in Attico c. 9. *Ille autem ſui iudicii potius, quid ſe facere par eſſet intuebatur, quam* etc. ſcil. exiſtens. Sueton. Tiber. c. 18. *Semper alias ſui arbitrii, tunc communicavit cum pluribus.* Neque aliter Graeci. Actor. Apoſtol. 21, 16. *συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν σὺν ἡμῖν.* Ioannes Evangel. 16, 17. addit ἐκ. Nam ait: *εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους.* Lucianus Nigrino p. 54. Ed. Amſtel. [c. 24.] *τὸ δὲ, καὶ τῶν φιλοσόφων [τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων] πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾷν,* *illud vero, quod et* homines exiſtentes *philoſophicae ſectae etiam multo magis ridicula iis,* quae dixi, *faciunt.* PERIZONIVS. Satis utique frequens eſt genitivi ellipſis. At in exemplis, quae huc adtulit Perizonius, clarius videtur ſubiectum indicari, et ad partem eius, quod ſequitur, accommodari. In aliis attributum notatur hominis. Forte excidit propter ſimilem ſyllabam in voce praecedente *ſequitur*, quippe cuius ultima compendio noto efferri ſolet, *qui*, et locus ſic legendus eſt: *Qui habitant, incertae originis* ſc. ſunt, ellipſi obvia et perſpicua, cum in altera forma durior illa ſit et inſolens. Ita etiam alibi incolas indicat, veluti 1, 18, 1. *pulſis, qui habitarant.* Quod niſi probetur, refero me ad Perizonii ſententiam, quam et Codices tuentur. *Habitatur* magis impedit loci difficultatem; utraque ex compendii nota, a Perizonio expoſita, intelligitur. Non igitur opus eſt ad alias inverſiones recurrere, quarum etſi propior eſt et pronior in *habitator*, parum tamen eſt concinna et cum ſequentibus congrua, nec ſi vel a Mela exiiſſet, omnes librarios effugere et ad verbum *habitare* deducere poterat. Nam Cdd. Pariſ. 1, 2. dubia eſt lectio et quae in ſuſpicione verſetur. In ipſo transitu fere eandem viam inſiſtit Virgilius Aen. 3, 104 ſq. Creta iacet *medio ponto — Centum urbes habitant magnas.*

alii indigenas) Corrigendum puto, *illi indigenas* etc. hoc eſt, ipſi Cares praedicant ſe Autochthonas ſive indigenas. Herodotus lib. 1. [c. 171.] *His*, inquit, *non conſentiunt Cares, ſed ſe praedicant indigenas.* PINTIANVS. Minime addicunt libri. Quod enim edd. 9. 13. legunt *alii indigenas*, negligentiae operariorum debetur. Sed et nexus et in ſingulis partibus elegans variatio ſatis comprobant vulgatam lectionem. *Alii* poteſt ipſum Herodotum et ſimiles ſpectare. Pro *indigenas* Vindob. vitioſe *indigenes;* Cibin. *indigene;* ed. 5. *indigena.*

Pelaſgos —) Prag. *petaſgos;* edd. 1. 2. 9. *pelagos;* Vindob. *quidem;* Pariſ. 1. *certas;* edd. 6. 7. 8. 10. *cretam;* Rehdiger. *extimant.*

genus) Prag. *gens*, ut dedit Olivarius, qui hic ab ed. 24. discedere maluit, cum ſuis, Vinetus etiam et Schottus. Eadem vocis commutatio ex libris notatur ad Nepot. de regib. c. 2. in. Vid. Drakenb. ad Liv. 34, 17, 6. et quos memorat. At hic ſuopte ingenio *gens* poſuit Olivarius, quem ſequi non debebant alii, offenſus forte verbi ſignificatione, quae tamen non eſt infrequens, nec ab noſtri auctoris uſu aliena. Sic 2, 1, 1. 3, 7, 1. 3, 8, 8. Hinc et promiſcue paſſim et commutandi cauſa utraque vox ponitur. Sic Nepos de regib. 1, 1. 5. et 2, 1. Ovid. Metam. 6, 459. et 460. Livius 1, 7, 13. Sic Plinius 10, 30. (23.) dicit *gens Pygmaea*, pro quo Mela 3, 8, 8. *Pygmaei minutum genus.* Sed plura dabunt Gronov. in obſerv. 2, 3. p. m. 228. ubi Olivarium hoc nomine reprehendit, Burmann. ad Phaedr. 1, 11. f. Corte ad Salluſt. Iugurth. 47, 1. Freinshem. ad Curt. 5, 1, 40. Drakenb. ad Liv. 31, 35. in. et alii. Ita vero etiam Graeci ſolent. Sic quae Herodoto 8, 73. ἔθνη ſunt Peloponneſi, γένη vocat Pauſan. 5, 1. in. Sed cf. Markland. ad Maxim.

Tyr. 29, 7. m. ut alios taceam. Exemplum commutationis τῶν γένος et ἔθνος dabit Lucian. in Macrobiis c. 5. alia τῶν *genus* et *gens* Mela 2, 1, 1. 3, 5, 7. 7, 1. 8, 8.

mercedibus agerent) Duplex in utraque voce obſervatur variatio. Voſſiani omnes ac Vaticani, certe optimus [1. ſed et 3.] teſte Goetzio, etiam ipſius Perizonii, quod ipſe adfirmat, meliores Codd. quibus uſus eſt A. Gronovius, dant *mercedibus*. Adde Pariſ. 2. Venet. Zaluſc. Rehdig. Cibin. Gud. Prag. pro quo Leidenſ. *in heredibus;* Lipſ. Pariſ. 3. forte etiam Pariſ. 1. et Havn. *mercede*, uti edd. antiquae (2. *mercedes*, vitioſe) poſt Camertinae, Iunt. Ald. Vadiann. Olivarr. cum Schotto, Voſſio, 40. 41. 42. Reinoldianis. A. Gronov. in ed. 44. praeivit *mercedibus*, quod poſtea haeſit. Ita tamen iam antea dediſſe Vinetum ex diligentiſſimi conlatoris ſilentio intellexi. Deinceps *agerent* meliores MSS. A. Gronovii, ut et mei omnes, cum edd. antiquis 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. et reliquis. Voſſius dedit *ageret*, ut antea 1. 9. 13. Saling. 1538. poſt 40. 41. 42. Inde cum Reinoldio rediit *agerent*. TZSCHVCKE. Forte *gererent*. CIACCONIVS. Sic [mercedibus] Petronius in Carmine de Bello Civ. [122, 165.] *mercedibus emtae Ac viles operae.* Sed et *bella agere*, quod nonnulli, ut parum Latine dictum, reiiciunt, uſitatum fuiſſe Latinis docuit ſatis ſuperque Gronovius, Pater, Obſerv. 2, 3. Sic *agere regnum, principatum, praefecturam praetorii, triumphum, cenſum* etc. pro gerere paſſim reperias. PERIZONIVS. Plinius 36, 4. *Quod magnis mercedibus obſequiisque impetratum eſt.* Tacitus Annal. 11, 7. *Promta ſibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari ſoliti ſint.* Apuleius Metamorph. 9. p. 179. ed. Goud. *Hic gracili pauperie laborans, fabriles operas praebendo, parvis illis mercedibus vitam tenebat.* A. GRONOVIVS. Similis numeri corruptio notatur apud. Cicer.

pro Murena c. 1. in *voluntate* et *voluntatibus;* Frontin. 1, 8, 2. *arte* et *artibus.* Eadem iactatur variatio inter *agere* et *gerere,* de qua vid. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 3, 28. qui *agere* cum Moro retinuit, idem ad Suetonii Vespas. c. 24. Gronov. observ. 2, 5. 4, 14. Verheyk. ad Eutrop. 2, 20. s. 10. in. et alibi, Barthius ad Gratiani Cyneg. v. 534. ibique etiam Burmannus, idemque et Heinsius ad Ovid. Trist. 2, 250. Corte ad Sallust. Iug. 109, 2. Drakenb. ad Liv. 2, 47, 1. epit. 49. Heusinger. et Staverenus ad Nepot. 23, 8, 3. et quos laudant ipseque iam laudavi ad Eutrop. c. l. Non igitur opus erat emendare *gereret*, quod recte nemo recepit. Immo accommodata est haec vox Caribus, uti ex Vol. 2. adparebit, et adparet de discrimine utriusque verbi, quae disserui ad Eutrop. 2, 9. p. 84. Denique *agerent*, cum sic Codices velint, recte revocatum et servatum est. Vid. de hac forma ad 3, 4, 2. Ceterum hunc Melae locum sic repetit Erasmus in adag. 1, 6, 14. ut memoriae nimium tribuisse videatur.

sunt aliquot) Ita Cdd. A. Gronovii et mei, at inverso ordine, *aliquot sunt*, editiones omnes inde a primis ad Reinoldium, qui Codicum ordinem repraesentavit, sequente post A. Gronovio in ed. 44. et reliquis.

dein) Ita notat ex Mediol. Gud. Chis. A. Gronovius, itaque primus posuit in ed. 44. cum antea omnes edd. etiam Reinold. darent *deinde*. Sic nempe solent quidam Codices. Cf. Perizon. ad Valer. Max. 6, 8, 5. Sed leve hoc est et promiscui usus forma. Vid. ad 1, 2, 2. et 1, 4, 3. Praeterire tamen non debui, quod in ed. 23. ex Vaticanis libris, credo, adnotatum erat *et* pro *deinde;* certe ita Vindob. habet.

Pedalion) Praeferunt hanc terminationem Graecam libri, ex qua *pedalionem* fecit in accusativo Boccatius de maribus s. v. *Icareum;* Rehdiger. *Pedalyon.* Prius

etiam reddiderunt editiones praeter Olivarium, qui, nefcio qua gravi caufa motus, maluit *Pedalium*, etfi *Pedalion* ed. 24. quam folet plerumque reddere. Sed non omnes ex fuis fecutae funt, in iis 55. 56. Retinuerunt tamen *Pedalium* Vinetus et Schottus. TZSCHVCKE. *Paedafium* malebat Holftenius in annot. ad Ortelium p. 146. A. GRONOVIVS. *Pedafium* fcribere voluit aut debuit Holftenius. Πήδασα enim urbs Cariae, quam plures commemorant. Placuerat enim hic *Pedafium* pro *Pedalium* Salmafio ad Stephanum p. 638. ed. Berkel. At in mediterraneis Cariae illa urbs et fupra Halicarnaffum ponitur ab auctoribus, veluti Herodoto 1, 175. Strabone 13. p. m. 420. f. 611. Plinio 5, 29. et prope a Mileto abfuiffe iudicare licet ex Herodoto 6, 20. ut minime huc ad Lyciae confinia revocari poffit. Nec usquam commemoratur *Pedafium* promontorium, nec ex iis, quae ante adtuli commemorari forte potuit. *Pedalium* vero in Mela, ex quo duxiffe videtur, legit etiam Plinius, uti adparet ex 5, 29. f. 27. qui quidem foli id norunt. Sed nec in promontoriis hoc nomen fuit incognitum, quippe *Pedalium* Cypri commemoratur a Strabone 14. p. m. 469. f. 682. etfi Meurfius in Cypro 1, 12. p. 38. malit Ἰδάλιον. Sed illud habet etiam in textu Cod. Palatin. Ptolemaei 5, 14. pro Ἀμμόχωστος aliorum, quod tantum in margine oftendit, etfi ed. Argent. 1520. f. Πηδάλιον unice exhibet. Poffit quidem *Daedalion* legi pro *Pedalium* levi immutatione ex Plinio c. l. qui *Daedala* et *Crya* urbes in hoc tractu coniungit, fic ut promontorium fimili etiam nomine fuerit, ut *Crya*. Coniungit etiam utramque urbem Ptolemaeus 5, 3. etfi vitiofe ibi Δάδαλα legitur (in ed. Argent. 1520. omiffis Graecis *ingeniofa loca*) et prope Telmeffon in hoc tractu ponit. Quod Lyciae adfcribit, ut Stephanus, nihil obftat, quoniam fines Lyciae et Cariae commifcentur. Nam Ptolemaeus v. c. Caunum terminum conftituit Lyciae, nofter Telmeffon cum Plinio. In maritimis autem fuiffe declarat

Strabo 14. p. m. 457. f. 664. ubi etiam mons hoc nomine commemoratur; cf. Liv. 37, 22, 3. Hinc et infulae duae apud Plin. 5, 35. f. 31. dictae videntur. Plinius faepe diverfos auctores illorumque vitiata exempla fecutus ex uno loco duo effingit, uti in Caria noftra 5, 29. f. 28. prodeunt *Loryma* et *Larymna*, *Euthene* et *Eutane*. Sed tum, fi vitium fuit, inveteratum illud cenfendum eft, et cum lubrica in his, quae femel occurrunt, fit via, nolo infiftere. Ceterum videtur idem promontorium, quod Graecis Τελμησσὶς vel Τελμησσιὰς ἄκρα etiam dicitur, de quo vid. Strabo 14. p. m. 457. f. 665. Stephanus f. v. Τελμισσός.

Crya) Perizonius ex Cdd. fuis enotavit *Atria*, *Acrya* et maxime *Cytria* vel *Citrya*, quibus addit Dukerus ex Voff. 3. Lipf. Oxon. *Citria*, uti et in Bonon. et Vaticanis; tantum Vatic. 3. *Atria*, uti Prag. Havn. Ven. Gud. et levi mutatione Parif. 1. *Atrya;* Rehdig. *cythria;* Vindob. *citra;* Cibin. *quitria* (*q'tria*); Varr. edd. 27. 29. ex Codice notatae *Cyria*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Citria*, uti etiam fcribit Boccatius c. l. Reliquae, Hermolao duce, *Crya*. TZSCHVCKE. Plinius [olim 5, 29. f. 27.] *Cyria*, non *Citria;* Ptolemaeus [5, 3.] *Caria;* [Καρύα] Stephanus *Crya*, quod et vero propius, ut in Plinio disputatum eft. BARBARVS. Legendum forte *cryaffos* potius, quam *Crya* ex Stephano, cui civitas eft Cariae *Cryaffos;* ut a promontorio, quod folet fieri, nomen acceperit civitas. Nam *Crya* Lyciae eft, non Cariae, tefte Stephano et Ptolemaeo, [5, 3.] in quo vitiofe leges *Caria*, qui locus eft Laconiae pro *Crya*. PINTIANVS. *Crya* locus eft Cariae. Plinius 5, 27. [f. 29.] *In ea*, inquit, (*Caria*) *Pedalium promontorium*, et mox *Crya fugitivorum*. Legendum itaque *Crya*. Nam a Ptolemaeo [5, 3.] finis Lyciae ftatuitur *Caunus*, a Pomponio vero *Telmeffos*, ut mirum fit, haec non vidiffe Pintianum. CIACCONIVS. Pintianus *Cyraffum* hic reponit,

quod *Crya* in Lycia ſit iuxta Ptolemaeum et Stephanum. Sed hoc locum habere non poteſt in Mela, qui Cariam a Telmiſſo auſpicatur, uti quoque faciunt Graeci plerique antiquiores, quos fere ſolos ſequitur Mela. *Crya* itaque eſt in Caria; nam tota Rhodiorum continens in Caria eſt ſita. [Cf. Strabo 14. p. m. 448. ſ. 651.] Sed vero Ptolemaeus partem Rhodiae continentis Lyciae adtribuit. VOSSIVS. Codicum lectiones cum Ptolemaei *Carya* videntur propius convenire. Vnde videri poſſit *Caryanda* ſuum accepiſſe nomen. Alii tamen hoc promontorium *Crya* vocant. PERIZONIVS. Ambigo inter *Carya* Ptolemaei, et *Crya* Plinii et Stephani, in quo literarum ſeries momentum huic ſcripturae addit. Nam in ſitu utrumque nomen congruit. An vero *Caryanda* ſuum inde nomen acceperit, ex Stephano, qui prope Mindum et Co conlocat, dubium cenſeo. *Carya* quidem ad Codices propius accedere videtur; reliqui tamen *Crya* rationibus ante poſitis motus.

Calbin) Perizonius ex ſuis libris adfert *Galbian* et *Gabiam; Galbiam* ſubiicit Dukerus. Ex meis Vatic. 1. 3. *Galbiane;* Pariſ. 1. 3. Bonon. Lipſ. Gud. Rehdiger. Boccat. de flumin. h. v. *Galbiam,* Cibin. *Galbian;* Prag. *Gelbiam;* Vindob. *glabiam;* Venet. et Havn. conſenſiſſe videntur cum edd. 3. et 5. Pariſ. 2. cum ed. Voſſii, quod mirer. Edd. 1. 2. *glabram;* 3. 4. 5. 11. *Galbiam,* ut Boccatius de maribus ſ. v. *Icareum mare;* 9. *galbram;* 12. 14. 19. *Galbin;* reliquae *Calbin* monente Barbaro. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [5, 2.] *Secundum Calbin,* inquit, *amnem Caunus oppidum.* Plinius [5. 29. ſ. 28.] et Indum amnem quendam propinquum facit Cauno, ubi nos ex Alexandro [in Lyciacis apud Stephanum ſ. v. Δαίδαλα] *Ninum* ſcribi poſſe diximus. Quia tamen Livii lib. 38. [c. 14. Hermolaus in ed. 1493. falſo lib. 33. Sed cf. verba, uti nunc habent] verba ſunt haec: *Deditis,* inquit, *Tabis urbe, tertia die*

ad Chaum fluvium ventum eſt, inde Erizam primo impetu captam, poſt ad Tabaſion caſtellum imminens flumini Indo, cui fecerat nomen Indus, inquit, *ab elephanto deiectus* et reliqua, ſuſpendendum arbitror iudicium. De *Tabis* in Caria et Lydia (ita ed. 1495. Gronov. male Lybia) et alibi Stephanus. A *Tabis* proprie *Tabeni*, a *Tabaſis Tabaſeni*, de quibus lib. 5. Plinii plura. BARBARVS. Forte ſi Καλβίας etiam dictus eſt hic ſluvius, uti ſuſpicatur Voſſius, poſſit Codicum cauſa *Galbiam* hic legi. At quia idonea caret illa ſuſpicio auctoritate, adquieſcendum eſt in Hermolai Barbari magis probabili emendatione.

Caunus) Vatic. 2. *Caurius;* (nempe *ri* et *n* coaleſcunt facile vel male dignoſcuntur) Vatic. 3. Prag. *Gaunus;* reliqui *Caunus*. Edd. 1. (forte etiam 2.) 3. 4. 5. 11. 12. 14. 19. *Gaunus*. Sed praeeunte Hermolao 6. 7. 8. 9. 10. 13. 15. 16. 17. 18. 20. et ſequentes *Caunus*. Recte, uti ex aliis auctoribus evincitur.

valitudine) Ita MSti Perizonii, Gronovii et ex meis certe multi, veluti Cibin. Gud. Rehdiger. Lipſ. Prag. et antiquiſſimae editiones. Poſt tamen multae, ut 13. 15. 17. 20. 21. 24. 25. omninoque Olivarianae, Vinetus etiam, Schottus, Voſſius, Gronovii ad ed. 44. Reinoldius *valetudine*. Priorem formam reduxit ed. 44. adprobantibus reliquis. Occurrit ea ſaepiſſimae in libris, et paſſim fere dominatur, uti apud Liv. 1, 6, 9. et alibi. Cf. quae diſputant Manutius, Dausqueius, Cellarius in Orthographiae libris. Si quis a participio derivet, *valitudo* utique ſit praeferendum; at obſtat maxime Horatius, qui Sermon. 2, 2, 88. epiſtol. 1, 4, 10. alteram ſyllabam produxit, et, qui in hac ſcriptura adſentiuntur, lapides et numi; cf. Gruter. p. 926, 8. — Baſche in Lex. num. T. 5. P. 2. p. 729 ſq. et Colerus ad Valer. Max. 1, 7, 1. Ita igitur ſcripſi. Viri docti in utramque partem diſcedunt.

§. 2. *Halicarnaſon)* Ita ut in fine Voſſ. 1. et 3. Perizon. Oxon. notante Dukero, pleriqne etiam MSSti A. Gronovii, uti mox Mediolan. et Leid. Ex meis Gud. Cibin. qui infra his duplici *s* profert, nec aliis ſibi conſtantibus. Lipſ. Prag. Rehdig. *Alicarnaſon;* Pariſ. 1. 2. *Halicarnaſſon;* Vindob. *elicarnaſon;* Vaticani, Venet. Havn. ſuarum edd. ſcriptionem habuiſſe videntur. Nempe edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. et pleraeque Olivarianae praeferunt *Alicarnaſſon.* Nam 26. 33. uti poſt Schottus, Voſſius, Gronovii ad edit. 44. et Reinoldius dant *Halicarnaſſon,* uti poſteriores Vadianae, etiam Saling. 1538. Vadianae, 16. 22. hic *Alicarnaſſon,* poſt *Halicarnaſſos, — on.* Ed. 13. *Licarnaſſon.* Inde ab edit. 44. invaluit *Halicarnaſon;* excipio Norimbergenſem. Si quaeratur de probabili magis ſcriptura, *Halicarnaſſon* videatur, quia Graeci auctores, magis in his audiendi, duplex habent σσ, uti Strabo 14. p. m. 451. ſ. 656. Scylax p. 39. Hudſ. ſ. p. 91. Gron. Ptolem. 5, 2. Stephanus h. v. Hierocles p. 687. ed. Weſſel. aliique, etſi paſſim et Codd. Graeci variant et ſimplex habent; vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 17, 23. idem et Gronov. ad Herod. 1. in. et Duker. ad Thucyd. 8, 42. — Nec in Herodoto ſibi conſtitit Weſſelingius. Pro ſimplici *ſ* pugnat A. Gronov. ad Iuſtin. 2, 12, 23. ex Melae etiam MSStis. At valent hic numi, in quibus conſtanter, quod equidem noverim, duplex prodit; vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 51 ſq. Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 582 ſq. Certe ad aetatem Melae pertinet geminatio. De adſpiratione nulla obiicitur dubitatio.

iacent) Codices duo A. Gronovii, Rehdiger, Pariſ. 3. opinor, et Havn. *adiacent;* reliqui A. Gronovii, ſeptem omnino Perizonii, et quos ego praeter ſuperiores adhibui *iacent.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. omnino Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voſſius, Gronovianae 40. 41. 42. Reinoldianae *adiacent*. Vinetus primus poſuit *iacent*, poſt A. Gron. in ed. 44. et hinc alii. TZSCHVCKE. Vnde *adiacent* hauſerint Edd. etiam priſcae, exputare nequeo. [v. antea] Nam omnes MSti, quos vidi, ſeptem numero, habent *iacent*. Sed et Goetzius [in ed. 23.] ſyllabam *ad*, ut a MStis alienam, notavit. Denique Vinetus ita in ſuis videtur inveniſſe, certe ita edidit, quem lubens ſum ſecutus, quum et ſenſus id videatur poſtulare. PERIZONIVS. Poſſit utique ferri *adiacent*, cum ſic ſaepe praepoſitiones iterentur, nec ſimpliciter omninoque Codices renuant; attamen, quia altera forma eaque frequentior a plerisque libris ſuſtinetur, ea etiam tenenda eſt.

Rhodiorum aliquot) Vindobon. inverſo ordine *aliquot rodiorum*. Poſt *duos* edd. 21. 28.

Gelos) Prag. *Gelus;* reliqui et ſcripti et editi *Gelos*. TZSCHVCKE. Puto ſcribendum *Helos* vel *Helùs*. Ita quoque apud Plinium [5, 29.] legendum, non *Eleus*, quod nonnulli in *Elaeam*, alii in *Eleuſin* deformarunt. Graecis Ἑλοῦς et Ἑλόεις locus hic dicebatur. Inſula, huic oppido adſita, Ἑλόεσσα dicitur Straboni [14. p. m. 448 ſq. ſ. 651 ſq.] vel Ἑλοῦσα. Ita namque apud illum reſcribendum, non Ἑλεοῦσα, ut vulgo, quod perperam in Ἐλαιοῦσαν mutant viri docti. Apud Plinium [5, 36. ſ. 21.] *Leoſia* vocatur haec inſula; ſed legunt illic Codices manu exarati *Leoſia*, manifeſto errore, pro *Heloſia*. VOSSIVS. *Gelos* eſt inveterata lectio, cui tacentibus aliis, quum Gelos hic ſit innominatus, lucem aliquam adfundere voluit Voſſius corrigendo *Helos;* nam Graecis Ἑλοῦς, ait, vel Ἑλόεις locus hic dicebatur. Sed quum nullam probationem huius rei afferat, nec ſi inſula adiacens Ἑλόεσσα dicebatur, id quidquam faciat ad veritatem

vocabuli in continente, non eſt, cur temere putemus adſpirationem H. nunc in G. fuiſſe mutatam, et non potius tentemus certiora. Conſuetudo Melae eſt interdum apponere numerum, ut videtur nunc facere, moxque in portubus et alibi facit, interdum omittere. Sic lib. 1. c. 8. *in litore promontoria ſunt Zephyrion et Nauſiathmos*, ubi non etiam praemittit τὸ *duo*. Hinc dubitari poteſt, an hic numerus ab Pomponio venerit. Sed deinde video civitates Caricas uſas in primis gemina terminatione, nempe *os* et *a*. Hinc vide, an duci poſſimus ad verum hoc, *Portūs Suagelos, et cui*. Vt enim dixi, ex more geminae terminationis videntur dixiſſe *Suagelos* et *Suagela*. Stephanus: Συάγελα [Σουάγελα] πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρὸς, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα· καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. Qui locus eſt notabilis ad confirmanda ea, quae diximus ad cap. 6. de monumento communi regiae gentis in litore, cuius proprium nomen reticet Pomponius, et maluit Latine exprimere ob barbarae prolationis effugium, contra quam nunc ei facere placuit. I. GRONOVIVS. *Helos* vel *Helus* ex Plinio et Strabone legendum eſſe monuimus. Situs convenit quam exactiſſime. Nominis cauſam ſi quis quaerat, illam exhibebunt Portolani recentiorum Graecorum, in quibus hoc ipſo in loco ſtagnantes iſtae deſcribuntur inſulae, minutae quidem et inhabitatae hoc tempore, portum tamen efficientes ſatis commodum. Novo tamen geographo iſta non placent, itaque legendum cenſet *Portus Syagelos*. *Syagela* nempe Stephano Cariae oppidum, quod ipſe mutat in *Syagelos*. Atqui ſi *Syagela* una e praecipuis Cariae fuerit urbibus, ut ex Strabone [lib. 13. p. 420. ſ. 611.] ſatis cognoſcimus, et inſuper portu inſtructa, qui fit, ut a nullo eorum, qui oram maritimam ſingulaque etiam minutiſſima diligenter perſequuntur, non etiam recenſeatur urbs iſta, non portu tantum, ſed et regio nobilis ſepulcro? Hinc manifeſte intelligas, *Suagela* mediterraneam fuiſſe

urbem, et Gronovium nugari, cum regium in litore ſtruit ſepulcrum. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vnde ſcivit in Appendice Voſſius *Syagela* (ſic ſcribit) fuiſſe unam e praecipuis Cariae urbibus. Ait, id ex Strabone ſatis nos cognoſcere. Strabonis non alia verba ſunt, niſi lib. 13. p. 611. Σουάγελα, ut reſtituit Caſaubonus, δὲ καὶ Μύνδον διεφύλαξε Mauſolus. Egregia probatio. Stultior quaeſtio eſt, cum rogat, qui fiat, ut a nullo eorum, qui oram maritimam ſingulaque etiam minutiſſima diligenter perſequuntur, recenſeatur quoque urbs iſta, non portu tantum, ſed et regio nobilis ſepulcro? At ipſe Mela ei reſpondet, non cenſens eam numero urbis, quum vocet modo portum. Melam igitur quum tractemus, quid iacit fruſtra de aliis? Manifeſto tamen Voſſius hinc intelligit, mediterraneam fuiſſe urbem, perinde ſcilicet ac Myndus, cum qua eam iungit Strabo. I. GRONOVIVS *in poſterioribus notis.* Quia nomen hoc [*Gelos*] iſtic ignotum eſt, et aliis ſcriptoribus ignoratum, Voſſius maluit *Helos*, vel *Helus*, ut denotetur ſolum paluſtre ab ἕλος. Et confirmare hanc coniecturam nititur ex eo, quod huic oppido addita ſit inſula, Ἐλοῦσα Straboni dicta. At Gronovius ex *duo Gelos* exhibet *Suagelos*, quia in Caria a Stephano memoratur *Suagela* oppidum, cuius et meminit Strabo lib. 13. p. 611. ſed qui illud ponere videtur inter Halicarnaſſon et Myndon, quum Mela hic diſerte dicat, ſe recenſere cis Halicarnaſſon, ſeu inter Caunum et Halicarnaſſon, ſita. Specioſa tamen eſt utraque coniectura, ſed incertum, an locus emendatione egeat, certe tali, qua ſubſtituuntur vocabula aeque obſcura et incerti ſitus. Plinius lib. 6, 28. [5, 29. ſ. 28.] videtur hunc appellare *Portum Creſſam*, Ptolemaeus [5, 2.] Κρῆσσα, vel Κρησσῶ. An hinc forte *Gelos* ortum apud Melam? Certe uterque dicitur *portus*, uterque in eodem tractu et ordine ſtatui a nobis debet. PERIZONIVS. Nolo locum iam ſic ſatis gravatum novis coniecturis aut refutationibus onerare. *Helos* propius ad Codices accedat, ſed eſt inſulae, cuius

nomen demum varia inverſione et inflexione prodit, dum in inſula ſubſiſtere poſſit. *Suagelos*, etſi paſſim nomina propria ſic in adpellativa transeant, incerti tamen eſt ſitus, et incertum aeque incerto ſubſtituit. *Duo* etiam locum ſuum recte hic occupare videtur, quia reſpondet praecedenti *aliquot*. Reliqui igitur *Gelos*. Ceterum de *Creſſa* portu adſentior Perizonio.

Tiſanuſa) Voſſius ex melioribus libris adfert *Tiſſamiſa* et *Tiſſanuſa*; Perizonius *Thyſſanuſa*, *Thyſſamiſſa*, *Tiſſamuſa*, *Thyſſamiſa*, ad quae Dukerus: Voſſ. 3. Oxon. *Thiſamiſſa*; Lipſ. *Thiſſamiſſa*. Cod. Ciaccon. *Thiſanuſa*. Ex meis haec: Rehdiger. *Tyſſamiſa*; Vindob. *tiſſamiſa*; Cibin. *thyſſanuſa*; Vatic. 1. *Thiſſanuſa*; Gud. *Tyſanuſſa*; Prag. *Ciſſamiſſa*; reliqui, Pariſienſes, Venet. Havn. cum ſuis edd. concinuiſſe videntur. Habent autem edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. *Thyſſamiſſa*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. — Vadianae, Olivarianae ad 36. cum Schotto *Thiſſamiſſa*; 20. *Thiſſamiſa*; Vinetus *Thyſſanuſa*; Voſſius *Tiſanuſa* et hinc reliqui praeter Reinoldium, qui legit *Tiſanuſſa*. TZSCHVCKE. Scribendum reor *Tymniſſus* ex Stephano. PINTIANVS. *Thiſſamiſſa*) Ab aliis dicitur *Thiſanuſa*. CIACCONIVS. *Tiſanuſa* vocatur in ſcriptis Plinii [5, 29. ſ. 28.] exemplaribus. Pintianus putat eſſe Τυμνισσὸν Stephani, et ita reponi iubet. Sed falli eum exiſtimo. VOSSIVS. *Tiſanuſa* habet etiam Plinius c. l. unde et hic Codices iudicari debent. Nihil enim aliunde auxilii peti poteſt. Ex Ptolemaeo 5, 2. huc referri poſſit Φοῦσκα, Straboni 14. p. m. 448. ſ. 652. Φύσκος oppidum cum portu. Miram enim nomina a librariorum manibus verſata formam accipiunt.

Larumna) Perizonii Cdd. *Laruna*, vel *Larumna*; quinque A. Gronovii *Larumna*; notante Dukero Voſſ. 1. *Laruna*; Voſſ. 5. Lipſ. Perizon. *Larumna*;

ceteri Voff. et Oxon. *Laruna;* ex meis, qui ab edd. fuis recedunt, Vindob. *larona;* Cibin. *laruña;* Lipf. *larumna;* Prag. *Iarimma.* Edd. pleraeque *Larumna;* Camers (12) Vadiani prima (16.) cumque ea 18. 21. 28. *Latumna;* 30. 52. 57. *Larunna;* aliquae etiam *Laruña,* uti Bafil. 1557. f. Voffius 40. 41. 42. *Larymna,* unde rediit *Larumna.* TZSCHVCKE. Lego *Hylarimna* ex eodem Stephano. Mendum idem in Plinio [5, 29. f. 28.] PINTIANVS. Multo plus, quam antea, fallitur, cum pro *Larumna* legit *Hylarymna* ex Stephano. Ex ipfo enim Stephano liquet, Hylarimam effe mediterraneam civitatem fupra Stratoniceam. Ita enim legenda eius verba: Ὑλλάριμα πολίχνιον Καρίας, ὕπερθε Στρατονικίας, [vulgo Θεστρονικίας] ὅθεν ἦν Ἱεροκλῆς ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. Quidam errorem Stephani effe putant, et Ὑλλάριμα legiffe pro ἡ Λάρυμνα. Sed ipfi errant. Mentio huius urbis exftat etiam in notitia Epifcopatuum Cariae, ubi Ὑλάρημα vocatur. [Cf. Hierocles p. 688. ex quo fitus difcitur, et quae ibi Weffeling.] Car itaque fuit Hierocles Philofophus, non Alexandrinus, verum propter ftudium ita dictus, quemadmodum multi etiam alii. Nihil autem in Pomponio mutandum. Larymnan enim hoc loco agnofcit etiam Plinius, et a Lorymis diftinguit. VOSSIVS. Ptolemaeus [5, 2.] et Stephanus Λώρυμα vocant ipfam urbem, quam Mela et Plinius *Larymnam,* vel *Larumnam,* dicunt. Plinius etiam *Loryma* iftic memorat, fed loci nomine, quafi olim talis iftic quoque exftitiffet urbs, fed quae poftea iacuerit deftructa, et tantum nomen loco reliquerit. PERIZONIVS. Plinius c. l. *Loryma* habet *locum,* cui cum fubiicit oppida, veftigium oppidi in nomine fuperftite indicare videtur. At in oppidis fubiectis idem memorat *Larymna;* quam eandem puto, tantum diverfis nominibus ex diverforum auctorum vel librorum fontibus petitam, uti folet faepe Plinius; vid. fupra ad *Pedalion.* *O* et *a* facile commutantur, uti *ob ab* et fimilia docent, etfi hoc forte magis

pronum fuit in posterioris aevi scriptura. Tò ỳ vero etiam in ipsis lapidibus saepe transiit in *u*, ut *Illuricum*, *Borusthenes*. Accedit, quod alii auctores omnes in hoc tractu tantum agnoscunt *Loryma*, ut Strabo 14. p. m. 448. s. 652. p. m. 451. s. 455. Stephan. h. v. Ptolemaeus 5, 2. tab. Peutinger. segm. 9. F. ex ed. de Scheyb, Geogr. Ravenn. 2, 18. 5, 18. in quibus *Lorimna* scribitur, et a tabula, uti a Livio 37, 17, 8. Rhodo obiicitur. Vrbem portus nobilitavit, quod praeter alios ex Livio maxime 45, 10, 4. cognoscitur. Hinc vero adparet, eadem commutatione apud Constantin. Porphyrogen. de them. 1, 14. Λάρυμα scribi pro Λώρυμα. Vid. Wass. et Duker. ad Thucyd. 8, 43. Quibus quidem momentis impulsus parum aberam, quin redderem hic *Loryma*, quod verius existimo. Conantem retraxit tamen Plinius, qui sic in Mela legisse debet, etsi ille habet *Larymna*, ex commutatione supra notata.

Pandion) Cod. Ciaccon. *Paridion;* Cibin. *Panthion.* Vtrumque ad *Pandion* aliorum et edd. revocari potest. In Plinio 5, 29. s. 28. teste Harduino omnes Codd. habent *Panydon*, cum in edd. legatur hodie *Paridion*, ut ipse Harduinus cum Vossio ad nostrum locum dubitet, in utro auctore peccarint librarii, utrum ex Plinio Mela, an ex Mela Plinius sit emendandus. Plinius facit oppidum, forte in cognomini colle situm. Res est incerta. Vtrumque habet, quod similitudine syllabarum ad corruptionem adliceret. Pro *emissus* prave Vindob. *omissus*.

Tum) Lips. *tunc*, ut edd. 30. 32. Alterum in hoc nexu rectius. De commutatione vid. ad 1, 19, 8. 2, 5, 3. Ceterum hinc cap. 45. exorditur Vinetus.

Thymnias) Vindob. Rehdig. *Thiminas;* Cibin. *Thyminas;* Gud. Prag. *timnias;* Lips. *thimiras*, post *tymniae*. Edd. pleraeque *Thymnias;* tantum adspira-

tione exclusa quaedam, ut 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Tymnias.* Boccatius de maribus s. v. *Icareum mare* legit *timinas.* TZSCHVCKE. Legendum videtur sine adspiratione *Tymnias* ab oppido Cariae *Tymno*, apud Stephanum. PINTIANVS. Recte, puto, monuit ex Stephano, quem literarum ordo sustinet, Pintianus, etsi adspiratio etiam apud Plinium 5, 29. s. 28. inseritur. At quam saepe haec admisceatur, notum est. Dedi igitur *Tymnias* addicentibus etiam libris.

Schoenus) Vatic. 3. Prag. *Scenus;* Boccat. de maribus c. l. *Scaenus;* Venet. *Scoenus;* Cibin. *Schenis* s. *Schenus;* Gud. *Scohenus;* Rehdiger. *Stohenus;* Vindob. *Scosenus.* Ex edd. antiquae et post plurimae *Schenus,* in iis Vadianae, Olivarianae cum Schotto. Vinetus per *oe* et post Vossius et alii. Vitiose ed. Reinold. 1763. *Sochoenus*, cum in aliis recte scribatur. Sic *Schunus* ed. Saling. 1538. TZSCHVCKE. *Schoenus* per *oe* diphthongum ex vulgata Graeciae nomenclatura. PINTIANVS. In Plinio c. l. etiam *Schoenus*, quod ad etymon Graecum propius facere videtur. Subiicit huic nomini *et* Cod. Bonon. quod tamen cum reliquis libris abesse potest.

Bubesius) Vindob. *Bebesius;* Gud. *Babaesus;* Rehdig. *Bubaesius;* Vatic. 1. uti post, Boccatius de maribus h. v. *Bubaesus;* Ciaccon. *Bubetius* et *Bubaessus;* reliqui cum suis edd. consensisse videntur; tantum Vatic. 3. et cum eo etiam hic Prag. *Bubesius*, quod ex suis adfert Perizonius, et ex Med. Chis. Leid. et suo A. Gronovius. Edd. pleraeque habent *Bubessus*, uti post; 15. tamen post *Bubescus;* 14. in utroque loco *Busessus;* Vinetus posuit *Bybassius;* Schottus retinuit *Bubessus* superiorum; Vossius mutavit in *Bubessius*, quem secutae sunt 40. 41. 42. Cum Reinoldio inde ab ed. 44. legitur *Bubesius.* TZSCHVCKE. Scribendum *Bubessus* sive *Bubassus* ex Plinio. [5, 29. s. 28.] HERMOL. BARBARVS. Oppidum,

unde hic ſinus dictus eſt, Βυβησσὸν Iones vocabant, non Βυβασσόν. Herodotus tamen lib. 1. [c. 174.] Dorice id vocabulum extulit: Ἀργμένης δ' ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης πλὴν ὀλίγης περιῤῥόου. Ita legendum non Βυβλεσίης. Neque enim ulla usquam eſt Bybleſia cherſoneſus. Sed Βυβασσίη Χεῤῥόνησος eſt illa, quam Plinius [5, 29. ſ. 28.] vocat *Bubaſſum regionem.* Vrbs enim eſt et regio, et ſinus et peninſula. VOSSIVS. Mirum, ſi ſolus Mela Ionica forma expreſſit, alii omnes adeoque Herodotus Dorica. Equidem mutationem illam potius librariis tribuerim, et *Bubaſſius* rectum unice habuerim, cum et Plinius c. l. *Bubaſſum* vocet. Quod Graeci per υ in prima ſcribunt, Latini per *u*, minus eſt inuſitatum, ut ſupra monui. Βυβαστὸν etiam quibusdam dici, uti Diodoro 5, 62. Parthenio in Eroticis c. l. levis eſt eiusdem nominis variatio, quam Stephanus indicavit. Poſui igitur, ut Graecis propius accommodarem, cum nec τὸ *a* plane improbent libri, *Bubaſſius*, quod iam acutiſſimus Vinetus ſuo calculo probaverat, etſi hic Graeca preſſius eſt ſecutus. Pintianus etiam paullo inferius volebat *Bubaſſus.*

Thymniae) Cibin. *Timine;* Vindob. *Thimine;* Prag. *Timnie;* Rehdiger. *Thĩme;* alii Codices et edd. ut ſupra; tantum 11. *Thymne;* Reinold. a. 1775. *Thimniae.* Dedi equidem et hic *Tymniae.*

Aphrodiſium) Sic MSSti Perizonii, ipſo teſte, et plerique ex meis; tantum Rehdiger. *approdiſium;* Lipſ. *apdiſive*, in margine *al. afrodiſium;* Prag. *aphrodiſſium;* Pariſ. 3. *Aphrodigiſium.* Edd. 1. 2. *Afrodigium;* 9. 13. *Afrogium;* 11. *Afrodiſium;* 35. *Aphrodiſias;* reliquae *Aphrodiſium.* TZSCHVCKE. Scribo *Tymniae promontorium Aphrodiſias eſt*, ex Plinio lib. 5. [c. 29. ſ. 28.] Livio lib. 6. de bello Macedonico [innuit 37, 21, 5.] et infra. PINTIANVS. Non recte quoque

Aphrodiſias repoſita, cum prius legeretur *Aphrodiſium*. Vtroque enim modo Graeci Ἀφροδίσιον ἄκρον et Ἀφροδισίας ἄκρα. VOSSIVS. Non movendum eſt *Aphrodiſium*, etſi Plinius *Aphrodiſias* ſcribit, ut docet Voſſius. Quod Livium teſtem advocat, bis in hiſtoria belli Macedonici occurrit Aphrodiſias 33, 20, 4. et 37, 21, 5. At in priori loco hoc nomine promontorium refert ad Ciliciam, ubi etiam commemorat Ptolemaeus 5, 8. In poſteriori, quem ſine dubio Pintianus innuit, non ſatis exploratum eſt, quem illi ſitum proprie tribuat. Si, quod et Drakenborchius monuit, ordinem itineris, uti ſolet, obſervavit Livius, quo Antiochus cum exercitu profectus eſt, loca ibi notata, in iis *Aphrodiſias*, ſita eſſe debuerunt inter Adramytteum et Thyatira. Tum vero abhorret ab hoc ſitu, et ex ipſo nexu et ſerie intelligitur, fuiſſe oppidum ſeu caſtellum in ora minime ſitum. Omnino decem hoc nomine *Aphrodiſiadas* recenſet Stephanus, quarum quarta numero praecipue, quam in Cnido conlocat, huc accommodari poteſt. Berkelius tamen ad c. l. p. 201. vult male hic Stephanum poſuiſſe urbem, cum potius Veneris templum etiam ex Conſtantino Porphyrog. de Them. 1, 14. intelligi debeat. Habet porro eius nominis urbem Ptolemaeus 5, 2. quam in Caria ſupra Neapolin et Apolloniam ponit, in mediterraneis igitur, conſentitque Hierocles in Synecdemo p. 688. et qui haud procul a Maeandro ponit Photius Cod. 242. p. 1050. Ad eandem adluditur in oraculo Sullae edito apud Appian. de B. Civ. 1, 97. *Megalopolin* etiam et *Ninoen* dictam fuiſſe tradunt Stephanus et Suidas. At cum circa Cnidum hic verſetur Mela, quarta Stephani huc referri debet, cuius promontorium urbi cognomine fecit Plinius, noſter levi inflexione ab ea diſtinxit.

Schoenus) Pariſ. 2. *Schoeni;* Prag. *Sceni;* Havn. Venet. A. Gronov. *Scoeni;* Cibin. *Scheuus;* Gud. *Scohenus;* Rehdiger. *Stohenus;* Vindob. *Scophenus.* Ex aliis

nihil notatum inveni. De edd. ſupra. Tantum hic unum exemplum ed. 25. *Schoenus.*

ambit Hylam) Perizonius ex ſuis Codd. notat *Ylam*, *Ylan* et ex Voſſ. 2. *illam*, cuius recenſui Dukerus haec ſubiecit: In Excerptis Variarum lectionum ex Voſſ. 1. ſcriptum erat *ambit tylam;* ex Voſſ. 4. *ambitylan;* ex Perizon. *ambitilam* et ex Voſſ. 3. *ambit illam.* Et ita Oxon. Sed in margine al. *hilam;* A. Gronov. *ambitilam.* De meis haec: Rehdiger. *Ambithylam;* Vindob. *ambit hillam;* Pariſ. 2. Havn. Prag. *Ambitilan;* Venet. Gud. *Ambitilam;* Cibin. *ambit Tylam;* Lipſ. *ambititã.* (ſic i. e. *tam*, uti alias valet) Edd. antiquae *ambit hilam*, et ſic poſt pleraeque, in iis Camertinae, Vadiana prima et 18. Olivarianae 21. 28. Poſtea Vadianus poſuit *Hylam*, uti Saling. 1538. Vinetus, Voſſius aliique praeter Schottum, qui *Hilam* ſervavit. TZSCHVCKE. Plinius [5, 29. ſ. 28.] non *Hylam* vocat, ſed *Hydam.* BARBARVS. Legendum puto *Schoenus ambit Lyden* ex Plinio. [c. l.] Sic enim in eo legebatur ante caſtigationes Hermolai, qui ex Mela in Plinio correxit *Hilam.* Ego e contrario lectionem Plinii defendo et Melam e Plinio caſtigo, Herodoti [1, 175.] auctoritatem ſecutus, cui *Lide* mons eſt Cariae, a quo nomen, ut coniectare licet, accepit et oppidum. Quid ſi in Pomponio et Plinio neutro modo legendum, ſed *Hydrela* in utroque ex Stephano et Livio? [37, 56. in.] quibus urbs eſt Cariae *Hydrela.* PINTIANVS. Apud Plinium [c. l.] *Hydam.* Livius lib. 37. [c. l.] *Magneſium apud Sipylum, et Cariam, quae Hydrela appellatur.* CIACCONIVS. Qui *Hydrelam* hic legunt, valde errant. Hydrelitanum enim agrum ad Phrygium tendere teſtatur Livius. [37, 56. in.] Sed neque Lyda mons locum habet, cum ſit extra Cnidiam hanc peninſulam. Vulgata lectio proba eſt; nam quo loco apud Plinium Hyda ſcribitur, ita legendum eſt ex veteribus libris: *Promuntorium Aphrodiſias, oppidum*

Hylas, ſinus Schoenus. VOSSIVS. Atqui nulla eſt iſtic *Hyla.* Ptolemaeus [5, 3.] *Lydas* nominat, ſed in Lycia. Plinius 5, 28. *Hyda.* Habet tamen iſtic V. C. *Hyla.* [Harduiniani omnes *Hydas.*] Verum id Pintianus ab Hermolao, qui ita correxerit Plinium ex Mela, profectum ait, quum ante eum legeretur *Liden*, quod cum Ptolemaeo convenit, et hic quoque legi vult Pintianus. Herodotus quoque montem *Lyden* Cariae tribuit iuxta Pedaſum. Stephanus multas urbes *Hylas* memorat, ſed nullam iſtic loci; at *Hydam* memorat in Lydia ſitam. Mira autem eſt locutio, quod ſinus dicitur ambire promontoria, cuius ſenſus eſſe debet, quod ſinus iſti etiam ultra extremam excurrentis terrae linguam retineant ſuum nomen. Sed quid ſi legatur *habet*, vel *alluit?* Vellem ſane addicerent MSti. Sed quid mirum in loco tam corrupto peccaſſe etiam hic librarios? qui certe nihil hic intellexerunt, et quaſi una voce ſcripſerunt plerique *ambitylan, ambitilam.* Certe *alluere* opportunum hic habet locum. Sic de Helleſponto cap. 18. *Nec iam alluit terras mare, ſed findit.* PERIZONIVS. Forte reponendum: *Schoenus lambit Hylam*, quomodo legendum etiam coniecerat Oudendorpius. Plinius lib. 5. c. 1. de Oceano: *reſiſtens* (terras) *quoque flexuoſo litorum anfractu lambit.* Feſtus Avienus in Deſcr. Orbis v. 693. *Seſtus ubi atque Abydus parvo ſale discernuntur. Et vicina ſibi lambit confinia pontus.* A. GRONOVIVS. Nihil in verbo *ambit* propter ſummum Codicum conſenſum mutandum recte cenſet I. A. Muellerus in ſpecimine 7. animadverſionum in Melam. (a. 1792.) Eſt enim, quod addit, idem, quod alibi *cingit*, *incingit*, *complectitur*, *circumdat*, *alluit.* Nempe dici apud noſtrum nunc ſinus urbes, ut 1, 13, 2. 16, 2. 17, 1. et 2. 19, 4. 2, 2, 8. 3, 1. et 6. 3, 1, 8. et 9. et paſſim, ipſum etiam mare (1, 7, 3. 3, 8, 2.) cingere, nunc terram et populos ſinum, velut 2, 4, 6. *Sinus Apulo litore incinctus;* 3, 8, 7. *ſinum Arabes incingunt;* item 1,

2, 4. 2, 1, 2. Lubens suffragor, cum mutandi causa gravis non appareat, et forte durius dictum videatur de sinu *adluere*, quod usitate de fluviis et maribus dicatur, melius certe *ambit* ad sinus formam, qua uti noster ratione eleganter in verborum dilectu solet. Gravior quaestio succedit de nominis proprii scriptura. Si ex Graeca auctoritate arcessi nomen debeat, optime congruere videatur Herodoti Λίδη, quem Cariae montem Pedasenses contra Harpagi impetus muniisse narrantur lib. 1. c. 175. Fuit igitur in Pedasensi agro, cuius urbs, *Pedasa* s. *Pedasum*, prope Stratonicen et Halicarnassum, uti in primis ex Strabone 13. p. m. 420. s. 611. adparet, et praeterea ex iis, quae conlegit Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 149. Cf. etiam Herodot. 8, 104. et Plin. 5, 29. At de *Lydis* Ptolemaei cogitari hic nequit, quippe quae post Caunum versus orientem in Lydia sua procul hinc ponit. Tum nec scriptura constat, cum edd. quaedam ibi legant Χύδαι, quod et Cod. Coislinian. exhibet notante Wesseling. ad Herodot. p. 83. Sic in Plinio vagatur scriptura, quippe ubi *Hyda*, *Hydas*, *Hyla*, et teste Pintiano etiam *Lide* in libris exstat. Attamen in *Lide* montis adpellatio turbat, cum urbs desideretur, nisi quis lubrica coniectura talem etiam hic fuisse velit. An insigni errore Mela Cnidum cum Cypro confudit, in qua *Hyle* apud Stephanum h. v. Tzetzen ad Lycophron. v. 448. commemoratur inque numis etiam adtingitur; de quibus vid. Rasche in Lex. numar. T. 2. P. 2. p. 403. Ibi nempe etiam sunt superiora, *Pedalion*, *Aphrodisium*, quae lites ciebant. Plinius vero sua promiscue ex aliis, etiam ex Mela hausit. Nolo tamen Melae tantam negligentiae notam inurere.

Bubesius) Vindob. *bobesus;* Prag. *bubesi;* Paris. 2. Venet. Havn. *Bubesii;* alii, uti Paris. 1. 3. Cibin. Rehdiger. *Bubesius*, vel ut supra, aeque atque editiones.

Acanthum) Mira hic veri nominis, qualecunque id fuit, conversio per varias formas facta est. Vossius ex

ſuis libris adfert *Crinon ton*, et *Cirritotum;* ſecundum Perizonium Voſſ. 1. et optimus *Crinon tunc Indus;* voluit *Crinon tum Cnidus;* reliqui fere *Cynotum*, *Cinnotum*, *Cyynontum*, *Cremontum*. De aliis haec notanda: Ciaccon. *Cyritoum;* Oxon. *Cix non tum;* Vindob. *cixnontium;* Vatic. 1. *Crynontum;* Vatic. 2. *Cynontum;* Pariſ. 1. *Cymontum;* Lipſ. Pariſ. 3. *Cynotum;* Gud. *Ciynotum;* Vatic. 3. Prag. *Ciritotum;* Havn. Venet. Bonon. Pariſ. 2. *Cirritotum;* Vatic. 4. *Croitotum;* Cibin. *crinon tunc nidus;* Rehdiger. *tynou* (tynō) *tum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. (ſic ad calcem *Cyaotum* textus corrigit) 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. et reliquae omnes *Cynotum* ad Voſſium, qui poſteris ſequentibus repoſuit *Acanthum*. TZSCHVCKE. Plinius [5, 29. ſ. 28.] non *Cinotum*, (ſic ed. 1493.) ſed *Acanatum* ſive *Acanthum* vocat. BARBARVS. Caſtigo: *Bubeſſus Cyon. Tum Gnidus* etc. ex Stephano, cui *Cyon* urbs eſt Cariae. Nec probo Hermolaum, qui in Caſtigationibus Plinii *Cynotum* in Pomponio agnoſcit. Item videtur legendum *Bubaſſus* potius, quam *Bubeſſus* ex Stephano et Plinio, [c. l.] quibus *Bybaſſos* urbs eſt Cariae. PINTIANVS. Viri docti levicula aliqua literarum ſimilitudine adducti ignotae poſitionis oppida ex Stephano et aliis hic ſubſtituerunt. Sed vero ex Plinio, [c. l.] qui locum hunc Melae deſcripſit, ipſo ſole manifeſtius eſt, legendum hic eſſe *Bubeſius Acanthon*. Bubeſius ſinus ambit Acanthum oppidum. Ergo Acanthus eſt peninſula et eadem, ut omnino exiſtimo, atque Bubeſſia cherſoneſus, cuius paulo ſuperius ex Herodoto [1, 174.] meminimus. Praeter vero Plinium etiam Stephanus meminit Acanthi, qui eam collocat ἐν Χεῤῥονήσῳ παρὰ τὴν Κνιδίαν. Idem Stephanus Bubaſſi urbis quoque meminit. Eiusdem itaque oppidi nomina ſunt, *Bubaſſus*, *Acanthus* et *Dulopolis*. VOSSIVS. Voſſius ex Plinio legit *Acanthum*, qui iſti ſinui hoc oppidum tribuit. Sed tamen ille, quod de Hyla probe annotavit, hic praetermiſit; nimirum, quod

et hic V. C. Plinii habeat *Cynothou*. Ceterum *Acanthum* Plinii in hoc tractu putem pene ex Ὄνου γνάθος apud Ptolemaeum ortum. Hoc autem erat promontorium proxime Cnidum verſus Orientem, ubi et hic ſinus et hoc promontorium a Mela collocatur. Sed et ipſa Plinii Codd. ſcriptura nos eo ducit. Nam, teſte Hermolao, legunt illi *Acanatum*, ſeu *Acanthum*. Videntur enim poſtea contraxiſſe haec vocabula ſive Graeci, ſive Latini, in unum, in quo utriusque reliquiae ſervantur. Nam et apud Stephanum occurrit Ἄκανθος πόλις ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ παρὰ τὴν Κνιδίαν, ut adeo nomen *Acanthi* ſatis ſit certum; ſed incertum, unde originem traxerit. Quid ſi et ipſius Melae *Cynothum* inde repeti debeat? Nam quam corrupta ſint in nominibus propriis Melae exemplaria, abunde ſatis declaravimus iam ſaepe. Nec minor erit mutatio, ſi ex *Cynothum* faciamus *Acanthum*, ut faciunt Voſſius, et qui eum ſequuntur. Sed forſan omnium optime tractavit hunc locum iam olim Hermolaus ad Plinium 5, 28. et dein Pintianus, temere licet poſtea neglecti. Legunt illi *Bubeſſius Cyon. Tum Cnidus.* Nempe Κύον eſt urbs Cariae, quae prius dicta Κανήβιον, teſte Stephano de Vrbibus. Nec adeo longe haec abscedunt a ſcripta lectione. Nam Voſſian. 1. et optimus hic legit *Crinon tunc Indus.* Voluit *Crinon tum Cnidus.* — Ex aliis videant doctiores, ſi quid eruere queant. PERIZONIVS. Pintiani coniectura propius accedit ad Codicum lectionem, cum praecipue conſtet, *tum* a librariis ſaepe ſic temere adnecti. Cf. ad 2, 6, 9. Et cum ſit locus Cariae ſecundum Stephanum, tum Strabo adiuvare ſitumque magis definire videtur. Hic enim lib. 14. p. m. 451. ſ. 655. inter Loryma et Cnidum ponit τὸ Κυνὸς σῆμα et Σύμην νῆσον, (quam et habet Ptolemaeus 5, 2.) unde videtur hic urbs poſita fuiſſe nomine *Cyon.* Quod infra apud noſtrum 2, 2, 7. occurrit in Thracia *Cynoſſema*, nihil obſtat, cum et alibi ſimilia occurrant, ut apud Strabon. 17. p. m. 549. ſ. 799. in Aegypti Delta; cf. et

lib. 13. p. m. 409. f. 595. Vicinia τοῦ *tum* forte offendit, cum alias variet; fed de hac difficile eft iudicium et impedimentum levius. Ita quidem recurrit *fuper* 1, 2, 5. et 6. *fupra* 1, 13, 3. Quod V. C. in Plinio habet *Cynothum*, forte innuit eandem urbem, aut, quia *tum* in fubnexis aegre locum occupat, *Cynothum* a Mela defluxit. *Acanthus*, quo nomine urbem in hoc tractu fuiffe evincunt auctorum teftimonia, nimis a Codicum veftigiis abit. Quare repofui illud et cum Codicibus tutius errare malui, quam aliena nimis fubftituere, aut propagare. Neque tamen obfcuram urbem fuiffe, docent numi, in quibus gentile Κυίτης legitur. Vid. Eckhel doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 581.

Cnidus) Quidam MSSti A. Gronovii, Parif. 3. Vatic. 3. et 4. Havn. Venet. *Cindus;* Rehdiger. *Cyndus;* Vindob. *Cinidos;* Vatic. 5. *Cinodus;* Lipf. *Cynodus;* Prag. *Cidnus;* Gud. *Ciidris;* Parif. 1. *Enidus;* Vatic. 2. *Emolus;* Mediolan. et ex meis alii *Cnidus;* Cibin. *nidus;* Voff. 1. *Indus* de quo et Cibin. v. antea. Edd. 2. *cindus*; 5. *Cydnus*; 9. *Cnidos*; Hermolaus in ed. 6. cum fuis dedit *Gnidus*, et fic poftea etiam cum Camertinis 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. omnino Vadianae, Olivarianae cum Schotto, Voffio, Gronoviis ad ed. 42. Poft cum Reinoldio revocatum eft *Cnidus*, quod iam dederant antiquae aliquae et poft Vinetus. TZSCHVCKE. Lego *Gnidus* non *Cydnus*. BARBARVS. Nota eft in multis verbis commiftio τῶν *c* et *g*, veluti in *ceffi*, *vacatio*, *elicere*, *necare* et aliis, quae larga manu dedit Drakenb. ad Liv. 6, 25, 6. additis aliis, qui fimilia notarunt, quorum numerum augere poteft Muncker. ad Hygin. in. p. 3. ed. Staver. et Corte ad Salluft. Catil. c. 22. in. et ibi memorati. Olim id folemni in ufu et promifcuo fuiffe docent monumenta prifca, in quibus Duilliana columna. Plura Mazoch. ad tab. Heracl. p. 304. et 327. et antea Norif. ad Cenotaph. Pif. diff. 4. c. 5.

p. 475. Cf. ad 2, 3, 13. Sed poſterioris aetatis in nominibus propriis exempla noſtri libri ſubminiſtrant, veluti in *Gnoſos*, *Candari*, *Callipolis*. Sic variatur *Cnidus* in Nepote 9, 4. et 5. et in Plinio 5, 29. ſ. 28. *Gnidus*, in Iuſtino 36, 2, 1. *Gnidius* praefertur. Contra Cellarius in Geogr. ant. 3, 3, 122. aliique tuentur *Cnidus*, quod in Graecis auctoribus non ſolum, ſed maxime et conſtanter in numis per K efferatur, etſi in quibusdam vel libri vel uſus etiam hanc rationem laceſſunt. Sic 2, 7, 16. omnes libri ſcripti malunt *Agragas*.

pene inſulae) Sic omnes MSSti Perizonii et A. Gronovii etiam in ſeqq. Nec aliter mei cum Oxon. et edd. multis antiquis, in quibus 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 20. 23. Pleraeque, etiam olim, *peninſulae*, Vinetus *paeninſulae*. A. Gronov. in edd. 44. praeeunte Reinoldio repoſuit *pene inſulae*. Sic diviſis vocibus et alibi editur, veluti in Oroſio 1, 2. p. 26. Haverc. Cf. Dukerus ad Liv. 25, 11, 11. Mox *inter eam* legunt Lipſ. Vindob. et ed. 19.

Ceramicum) MSSti Perizonii *Tetraticum*, *Tetruticum*, *Terrarticum*; Oxon. et ex meis Pariſ. 1. 2. 3. Vatic. 1. 3. Vindob. Cibin. Prag. Bonon. et cum ed. 3. Havn. Boccatius etiam de maribus ſ. v. *Bubaeſus ſinus*, *Tetraticum*; Venet. *Tetrarticum*; Lipſ. *Tetutricum*; Rehdiger. *Theraticum*; Gud. *Tretaticum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Tetraticum*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Ceranicum*; aliae *Ceramicum*, ut iam 12. 14. TZSCHVCKE. Lego *Ceramicum*, non *Tetraticum*. *Ceramus* [ſic ed. 1493. non ut alii quidam cum Gronovio *Certamus*] oppidum in Caria. BARBARVS. Res mira eſt, ut conſpirarint omnes MSti in falſam et ſatis longe a vera recedentem lectionem. Recte videtur Hermolaus reſtituiſſe *Ceramicum*, ſinum notiſſimum, quem Mela praeterire indictum vix potuit. Et ideo recepta eſt haec

lectio ab omnibus dein, quod rarum eſt, Editoribus. Nec propius quidquam reperio, aut veriſimilius, niſi quis *Triopicum* malit. Nam in eadem provincia erat et *Triopou* promontorium. Ego tamen ſequor illas, qui Ceramicum retinent. PERIZONIVS. *Triopium*, Τριόπιον, non *Triopum*, unde Perizonius non male *Triopicum* hic coniicit, promontorium erat in hoc tractu ſitum, nec procul a Cnido, uti docent Scylax p. 59. Hudſ. Thucyd. 8, 35. et 60. Diodor. 5, 61. Stephanus ſ. v. Ἴστρος, et in primis Herodot. 1, 174. ubi prope Ceramicum ſinum collocatur. Fuit praeterea etiam hoc nomine urbs, de qua vid. Stephanus h. v. et ibi de Pinedo p. 666. et Weſſeling. ad Diodor. c. l. et de ſitu Voſſius ad Scylacem c. l. Commemoratur etiam Τριόπιον ἱρὸν apud Herodot. 1, 144. in. Legendum et hinc exiſtimaveram *Triopicum*, quod initio quidem propius ad Codices accederet. At cum nusquam Triopicus ſinus memoretur, contra ab omnibus *Ceramicus*, nec is a Mela recte praetermitti potuerit, aut alio temere nomine proferri, quibus accedit maior etiam literarum ſingularum congruentia, retinui et ego *Ceramicum*. Nempe C. et T. ob ſimilitudinem literarum ſaepe inter ſe commiſceri nec infrequens eſt, et a viris doctis pluribus obſervatum. Sic, ut ex noſtro exemplum unum adferam *cinctoria* et *tinctoria* 2, 1, 13. ubi vid. Labes in exitu vocis a librariorum manibus protervioribus adſperſa eſt. Ita vero tecte Ceramum, urbem ipſam, ex more, indicat noſter.

poſita) Cibin. *poſita eſt*. Lipſ. *opida* (ſic, ut paſſim et alibi) *poſita*.

Euthane) MSti Perizonii, Pariſ. 1. 2. 3. Vindob. Cibin. Lipſ. Gud. Bonon. Rehdig. *Entiana;* Vatic. 1. 3. Prag. *Euciana.* Edd. 1. 2. 9. *Entiana;* 3. 4. (cum iis, puto etiam Cdd. Venet. et Havn.) 5. 11. *Entiana;* 6. 7. 8. 13. 15. 17. 20. 23. *Euthenae;* 10. 12. 16.

18. 19. 22. Vadianae, 30. 32. 37. *Euthanae;* 14. 21. 24. 25. Olivarianae, 28. Vinetus, Schottus, Vossius reliqui *Euthane* praeter Reinoldium, qui dedit *Euthana.* TZSCHVCKE. *Euthanae* lego, non *Eutiana*, ex Plinio, [5, 29. ibi *Euthene*, post *Eutane*, etiam antea *Eutaniae*] Strabone, Stephano. *Euthanae*, hoc est Εὔθηναι, a qua *Euthenaei*, quos et *Euthenaeenses* et *Euthenitas* [cf. Stephanus h. v.] quoque nominant indigenae. BARBARVS. Stephanus hanc urbem, quam Mela sine dubio hic adfert, adpellat Εὐθηναί. Εὐθηναίων etiam ex Goltzii thesauro p. 215. producit Rasche in Lex. numar. T. 2. P. 1. p. 825. et ex Ligorio Holsten. ad Stephan. p. 121. Sed iam dudum Goltzio et Ligorio recte fides denegatur. Hinc scriptura urbis revocatur ad Stephanum et, qui accedit, Plinium. At hic suo more, diversos secutus, *Euthenae* scribit et *Eutane*, vel, uti quidam, *Eutianae*. Hoc ex Mela, illud ex aliis duxisse videtur. Hoc unum movit, ut τὸ *a* retinerem forte ex Dorica vel Aeolica pronuntiatione natum. Dedi tamen *Euthanae*, ut ad notam quidem formam in exitu reducerem. Nam Εὐθηνὴ certe non prostat, unde etiam *Euthana* dici possit.

Argivorum) Vindob. *agivorum.*

§. 3. *Halicarnassos)* Rehdiger. *alycarnasos;* Prag. *Alicornasus;* Lipſ. *alicarnasos;* alii duplici *s*, ut Cibin. cum edd. quae et addunt modo, modo demunt in principio adspirationem. Addit hic ed. 1. quae supra omittebat. Sed de his supra, quae nolo cum fastidio et meo et lectorum repetere.

praeter conditores) Venet. *propter conditores.*

Mausoleum) Lipſ. *Mauseolum*, uti mox per *u*; Gud. Vatic. 5. *Mausolum*; Prag. *Mausolium*; Vindob. *Mauseolum*; Sic deinceps Lipſ. *Mauseoli*; Prag. *Mau-*

ſolii; Vindob. *Manſolei.* Edd. aliquae, ut 12. 14. 21. 24. 25. 28. 35. Olivarianae in primis, *Manſolaeum*, ut alibi in *Muſeum* et ſimilibus peccatur; poſt ed. 1. *Muſoli.* Nomina et ſcriptura nota.

monimentum) Plerique Codd. in quibus Cibin. et edd. *monumentum*, quod et retinuit Reinoldius. Abr. Gronov. in ed. 44. poſuit *monimentum*, et hinc ceteri. Revocavi ego *u*, de quo ad 1, 6, 1. et 13, 2.

Artemiſiae) Rehdiger. Vindobon. edd. 2. 11. *Arthemiſie*; Prag. *Artimiſie*; Gud. *Arthemeſſe.* Poſt *Alicarnaſon* Lipſ. Prag. Rehdiger. At Cibin. Venet. (qui et omittit *illa*, ut Pariſ. 2.) *Halicarnaſſon*; Vindobon. *Halicarſon.* Sed vid. ſupra. Mox Pariſ. 1. *Lithos*; Prag. *Leucha.*

Myndos) Perizonius ex MSStis et edd. primis excitat *Myridos* et *Miridos.* Quatuor Cdd. A. Gronovii, Vindob. Cibin. Lipſ. Gud. (nam falſo hinc *Mindos* refert A. Gronovius) *Miridos*; Vatic. 1. *Myridus*; Pariſ. 1. 3. *Myridos*; Prag. *Miridios*; A. Gronov. *Mitidos*; alii recte aut cum edd. ſuis. Ex ipſis edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Myridos*; 13. *Mindos*; 6. 7. 8. 10. 12. et aliae pleraeque etiam 35. *Mindus*; 31. 39. 40. 41. 42. et Reinoldius *Myndus*; 44. 45. reliquae *Myndos.* TZSCHVCKE. *Myridos)* Scribendum *Mindus.* BARBARVS. Scribendum *Myndos* cum *y.* PINTIANVS. Recte Pintianus etiam in fine ad Melae uſitatam rationem. Geogr. etiam adeo Raven. 2, 18. 5, 18. etſi male ex priori parte, *Mindon.* De ipſius nominis emendatione nec Cdd. dubitare ſinunt.

Caryanda) Perizonius ex ſuis MSStis adnotat *Arvanda*, cum quibus Cibin. Vindob. Lipſ. Gud. Prag. Pariſ. 1. 3. conſentiunt; videntur et Venet. Havn. cum edd. ſuis; Rehdiger. *Arnanda*; Pariſ. 2. cum Voſſio

Caryanda videtur habuiſſe. Certe in ed. 23. cum Vaticanis conlata adſcriptum erat *Curvanda*, pro *Caryanda* ſine dubio. Edd. 1. 2. 9. *Arnanda*; 3. 4. 5. 11. 15. 17. 20. 23. *Arvanda*; 7. 8. 10. *Arianda*; 6. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. reliquae *Aryanda* ad Voſſium, qui primus poſuit *Caryanda*, quod probatum eſt poſtea. TZSCHVCKE. Scribendum *Aryanda*, ſive *Caryanda*, ex Plinio, [5, 29.] Strabone. [14. p. m. 452. ſ. 658.] BARBARVS. Plinius *Caryanda*, et Strabo et Stephanus. CIACCONIVS. *Caryanda* leg. cenſeo. SCHOTTVS. Reddidimus Melae veram lectionem reſcripſimusque *Caryanda*, non *Aryanda*, licet ſic quoque in quibusdam Plinii exemplaribus exaratum ſit. Paſſim videre eſt librarios et eruditulos quosdam Melam ex Plinio emendaſſe et contra. Sed nulla usquam terrarum eſt *Aryanda*. Viri tamen docti non pauci tuentur hanc lectionem, quia apud Pollucem [lib. 3. c. 11, 87. 7, 23, 98.] mentio ſit ἀργυρίου Ἀρυανδικοῦ. Sed inſigniter hallucinantur. Argentum enim Aryandicum non dicitur ab Aryanda, quae nusquam fuit, nec ab alia urbe, ſed ab Aryande Aegypti praefecto, illic a Cambyſe conſtituto, qui primos Aryandicos ex argento puriſſimo percuſſit, uti notum eſt ex Herodoto. [4, 166.] VOSSIVS. Prius, *Myridos*, eſt corruptum, forſan et poſterius, *Arvanda*. Sed tamen in Plinio quoque 5, 29. habent vetus lectio et Codd. *Arianda*, teſtibus non margine tantum Pliniano, ſed et hic loci Voſſio. Hermolaus Barbarus, ut ex eius notis liquet, ſubſtituit non ex MSStis, ſed ex Strabone *Carianda*. An ergo duplex fuit unius nominis uſus, ut modo praemittatur *C*, modo omittatur? quod et in aliis vocabulis factum. PERIZONIVS. Τὸ y Graecorum transiit ex more in *u*, et ſic *Arunda* librorum dictum pro *Aryanda*. At nulla hoc nomine urbs occurrit, et *Arycanda*, quae literarum forma proxime conveniat, urbs fuit Lyciae, quod ex Plinio conligere licet, prope Lymira, ubi Arycandus fluvius commemoratur; vid. 5, 28. ſ. 27. Rema-

net *Caryanda*, Cariae urbs, quam omnes ſic adpellant, Strabo 14. p. 452. ſ. 658. Stephanus h. v. Harpocration h. v. Plinius c. l. et quidem apte ad hunc ſitum. Malim igitur excidiſſe τὸ *C.* quam ſine auctoritate graviori *Aryanda* probare. Sed nec Codices quidam a priori forma discrepare videntur, uti ſupra notavi.

Iaſius) MSSti Perizonii et Ciaccon. *Iaſus*, nec aliter ex meis Vaticani, Pariſ. 1. 3. Cibin. Lipſ. Vindobon. Gud. Prag. Rehdiger. et cum priſcis edd. conlati. Sic et Boccatius de maribus h. v. et Baſilicus ſinus, etſi idem mox ſ. v. Icareum habet *Iaſius*. Tantum Pariſ. 2. *Iaſius* exhibuiſſe videtur. Edd. antiquiſſimae et primae, tum 11. Camertinae, Ald. Iunt. *Iaſus*; ſed iam 6. 7. 8. 10. 13. poſt Vadianae, Olivarianae cum ceteris *Iaſius*. Tantum Vinetus *Iaſſius*. TZSCHVCKE. Dubito, ſi recte *Iaſus* in libris. Nam oppidum dicebatur *Iaſus*, et hinc ſinus *Iaſius*. Vid. Plin. 5, 29. PERIZONIVS. Terminatio in *ius* ſine dubio recta eſt, qualis etiam occurrit in Plinio c. l. et 9, 10. ſ. 8. modo ſ ſimplici tamen, modo duplici. Ἰασικὸν (Cd. Reg. Ἰασιακὸν) κόλπον vocat Thucyd. 3, 26. Plerique *Bargylicum*, utrique ab urbibus adiacentibus. Quod ſ geminavit Vinetus, non id quidem fecit praeter uſum multorum auctorum. Poteſt tamen etiam ſimplex ſufficere, et cum Codicibus probari, quia haec ſcriptura numorum adeo fide et auctoritate probatur; vid. Eckhel doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 584. Si poetas conſulas, cum corripere ſoleant, ſ ſimplex illi unice probaſſe videntur, diverſam in ſimilibus v. c. *Parnaſos*, rationem alias ſecuti. Vid. Virgil. Aen. 3, 167. Ovid. Triſt. 2, 299. Caeſar German. Phaenom. Arat. v. 183. quos laudavit Schwartzius ad Cellarii Geogr. ant. Tom. 2. p. 79. Adde ex Graecis Archeſtratum apud Athenaeum 3, 23. p. 105. Sed plura Vol. 2. de promiſcua ſcriptura, cum Codices proxime hic non adficiat. Antea paullo pro *Neapolis* Gud. *Neapulis*. Idem poſt *Baſilacus*.

Iasio) Etiam hic ante nominati Codices *Iaso*. Tantum a se hic descifcunt edd. quaedam; nempe 1. *saxo*; 2. *saso*; 6. 7. 8. 14. *Iaso*; 24. 25. et omnino Olivarianae *Iasio* quidem, sed omisso antea *in*.

Bargylos) Perizonius ex suis adfert *Barcylos*, quod Dukerus in nota subiecta ita constituit: Voss. 4. et Perizon. *Barcylos*; Voss. 1. *Bartylos*; Voss. 2. 5. Lips. *Barcillos*; Voss. 3. Oxon. *Barchillos*. De meis sic: Vatic. 1. Cibin. *Barcylos*; Vatic. 2. 5. Gud. *Barcilos*; Paris. 1. 3. Lips. Venet. *Barcillos*; Zalusc. *Bargilos*; Vindob. *Barchilos*; Prag. *Barilos*; Rehdiger. *Barylos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. *Barcilos*; 11. *Barcylles*; 12. 14. 19. *Barylos*; 35. *Bargylia*; 6. 7. 8. 9. 10. reliquae *Bargylos*. TZSCHVCKE. Scribendum *Bargylos* pro *Barcilos*. BARBARVS. Scribendum *Bargylia*, non *Bargylos* ex Strabone, [14. p. m. 452. s. 658.] Ptolemaeo, [5, 2.] Stephano et Plinio. [5, 29. in utroque *Bargyla*, etsi MSS. Pliniani *Bargilia*, et in Cd. Voss. apud Stephanum Βαργύλια.] PINTIANVS. Pro *Barcylos* recte Vossius edidit *Bargylos*. PERIZONIVS. Atque hic eius fructuosa industria morte intercepta substitit. Si alios auctores audias, nomen huius urbis fuit *Bargylia*, et sic recte emendavit Pintianus deditque Schottus. Graeci nempe neutro genere, de quo diserte monuit Stephanus, efferunt; vid. Strabo 13. p. m. 420. s. 611. qui ibi et in altero loco ante memorato, dixit Βαργυλίων; hoc et Βαργυλίοις Polyb. 16, 24. Quare et in Strabonis posteriori loco et Ptolemaeo 5, 2. accentus retrahi debet, cum ibi edatur Βαργυλία. Cf. Holsten. ad Steph. p. 63. Nusquam enim feminino genere profertur; certe non nisi vitiis apertis, de quo Vol. 2. Tum omnes auctores in scriptura prioris partis consentiunt cum nummis, de quibus Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1460. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 578. At qui terminatione in *os* hoc nomen exhibuerit, unus, quod sciam, est Mela.

Mordicus tamen eam tuentur Codices omnes, neque mutari ideo, et aliis accommodari debet, cum notum ſit, talia promiſcue ſaepe efferri, et ex diverſis fontibus manare. Sic c. 19, 8. *Cromnos* in libris, in auctoribus aliis *Cromna*, uti et ibi edebatur.

CAP. XVII.

Etiam hoc caput ſuperiori continua ſerie adnectunt Codices et pleraeque editiones antiquae. Paragraphi ſignum, quod et in minoribus ſegmentis adhibent, interponunt aliquae, uti 5. 9. 11. In margine *Ionia* adſcribit 10. ante initium capitis vel cum, vel ſine capitis numero 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, ut recentiores. Capitis 17. hic uſitate fit initium, 46. in Vineto. Ceterum ex hoc capite plurima repetiit Boccatius de maribus ſ. v. *Ionium*, cuius discrepantes lectiones ſubinde notatae ad eum locum ſpectant.

§. 1. *primum)* Cibin. *primo* aſpero et faſtidioſo hic eiusdem literae concurſu.

Poſideo) Cibin. Lipſ. Vindob. Prag. *Poſſideo;* ita primitus Rehdiger. ſed hoc punctis notato adſcriptum *Poſideo.* Edd. 1. (de 2. nihil monitum erat) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. et pleraeque Vadianae *Poſſideo;* 24. 25. et pleraeque Olivarianae cum Vineto et Schotto *Poſſidio;* nempe ex Olivarianis 33. Lugdun. 1646. *Poſſideo;* et praeter Vadianas repetitas aliquas etiam 30. 32. 37. habent *Poſſidio;* Saling. 1538. *Poſſideo;* Voſſius cum ceteris *Poſideo,* quod et habent alii Codices, et ex ſuo notavit Ciacconius. Boccatius c. l. *Poſſidoo,* ſed idem de montibus h. v. *Poſſideum.* Nomen ſaepe occurrit, et variis locis, quae Neptuni fana haberent, tribuitur, ſed

varie iactata forma. Sic vulgo apud Strabonem 7. p. m. 224. f. 324. 16. p. m. 517. f. 751. et ubi de noſtro promontorio loquitur ante Caſaubonum Πολίδιον pro Ποσίδιον, pro quo tamen ibi Caſaubonus repoſuit Ποσείδιον, quae forma etiam in pluribus aliis locis ſervata legitur, veluti 14. p. m. 438. f. 657. 17. p. m. 518. f. 753. 16. p. m. 534. f. 776. — Ita Ptolemaeus ſaepius memorat Ποσείδιον ἄκρον in vario tractu, uti 3, 13 et 14. 5, 1. 6, 7. — et ſic fere in aliis occurrit. Falſo ex Strabone lib. 14. in. Ποσίδειον adfert Cellarius in Geogr. antiqua 3, 3, 108. et ex lib. 17. p. m. 546. f. 794. Ita variatur in Plinio in quo *Poſidium* editur 4, 17. f. 10. et de noſtro *Poſideum* 5, 31. f. 29. uti de promontorio Macedoniae apud Liv. 44, 11, 3. ſine librorum variatione legitur. Tum vero eſt a Ποσείδειον, qua forma prodit apud Diodor. 3, 42. 19, 79. et in Stephano de urbe inter Ciliciam et Syriam. Vtraque forma recte habet, uti monet Weſſeling. ad Diodor. 3, 43. et antea Sylburg. ad Pauſan. 2, 26. p. 171. De nominis varia ſcriptura vid. etiam Holſten. ad Stephan. p. 260. Herodotus 3, 91. Ποσειδήϊον habet, ſed Ποσιδήϊον verſus cauſa Apollon. Rhod. 1, 1279. Quidquid eſt, duplex ſ ferri nequit, at cum in terminatione *eo* conſpirent Codices, haec praeferenda, modo penultima producta.

flexum) MSSti aliqui, uti Pariſ. 2. Lipſ. Gud. Prag. a quibus non disſenſiſſe videntur Vaticani, Venet. et Havn. *inflexum*. Ita nempe edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae omnino cum Schotto exhibent; Vinetus *flexum*, uti poſt Voſſius et reliqui, quod et repraeſentant Codices quidam, ex quibus etiam Ciaccon. et in Varr. lectt. notat. ed. 27. pro quo 29. *fluxum* vitioſe, puto. *Flexum* legi etiam voluerat Schottus ad verba §. 3. *At promontorium* — etſi alteram ſcripturam non recepit. Equidem *flexum* praetuli. Nam

licet *inflexus* Substantive etiam apud Senecam de brev. vitae c. 12. legatur, et in Codd. occurrat, hic tamen in Mela, qui et alibi simplex ponit, homine elegante, offendit ingratior eiusdem soni repetitio *in.* Post Lips. Rehdiger. et ed. 2. *incohans.* Vindob. ut alibi *Apolinis.*

Branchidae) Vatic. 1. Cibin. *Bramaciae,* uti Boccatius c. l. etsi idem de maribus s. v. Ionium habet *baramacie;* Paris. 1. 2. 3. Lips. Rehdiger. Vindob. *Bramatiae* et *Bramatie,* uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. et sic in Ven. et Havn. fuisse videtur; Gud. *Bramathie;* Prag. *Bramati.* Edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Branchidae.* TZSCHVCKE. Scribendum non *Bramatie,* sed *Branchidae.* Plinius [5. 31. s. 29.] *Oraculum,* inquit, *Branchidarum, nunc Didymaei Apollinis.* Sed et lib. 34. [19, 14. s. 8.] *Canachus,* inquit, *fecit Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymaeo.* Branchidarum originem Strabo [14. p. m. 436. s. 634.] et alii frequentes afferunt. BARBARVS. *Branchidae* rectum hic est. A Brancho enim Ἀπόλλων Βραγχίδης et Βραγχιάδης. Errant itaque, qui hic Pomponium corrigunt. VOSSIVS. Vbi sic adpelletur Apollo, optime docere potuerit Vossius; equidem me nescire fateor. Βραγχίδαι in plurali saepe vel de loco istius oraculi occurrit, vel de posteris Branchi etiam intelligi potest. A Brancho, qui templo apud Didyma praefuit (Strabo 9. p. m. 290. s. 421.) potius Βράγχιος adpelletur, uti volebat in Orphei hymno 33. 7. Thryllitius. Sed de his plura Vol. 2. Ita vero si in forma probatur illa emendatio, aut insolenter Mela Apollinem vocavit, aut *Branchidae* non ad Apollinem, sed oraculum, quod et adpositum verbum suadet, referri et de loco intelligi debet.

Didymei) Paris. 3. Lips. Gud. Vindobon. Prag. Rehdiger. *Didimi;* Paris. 1. *Dedimi;* Cibin. *Didymi;* ceteri cum edd. suis. Legunt autem pleraeque *Dydimi*

vel *Didymi*, posterius maxime recentiores ad Vossium, qui posuit, ceteris comprobantibus, *Didymei*. TZSCHVCKE. *Didyma* legendum genere neutro. Sic enim locus et oraculum dicitur Straboni, Stephano, Pausaniae. PINTIANVS. *Didymi* quoque veteres aliquot libri Pliniani, [5, 31. s. 29.] non *Didymaei*. Sed vero optimus Serenissimae Reginae [Christinae] codex legit, hoc loco *Didymei*, atque sic omnino legendum est. Apollo enim iste a *Didymis* non Διδυμαῖος tantum, sed et Διδυμεὺς vocabatur. Auctor peripli in praefatione: [Scymnus Chius v. 59.] τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω. Τὸν καὶ θεμιστεύοντα καὶ μουσηγέτην. Ita scripsit auctor hic. Διδυμῆα enim per apocopen Διδυμῆ, uti saepe poetae. Ineptae sunt aliorum coniecturae. VOSSIVS. Non adeo ineptit Pintianus, si ex priori lectio iudicetur. Facit tamen librorum terminatio, ut facile probem Vossii lectionem. *Didymaeus* Apollo in Graecis et Latinis occurrit apud Macrob. in Saturnal. 1, 17. τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις apud Strabon. 14. p. m. 436. s. 634. Cf. Stephanus et Etymol. M. h. v. Διδυμεὺς etiam ex numis notat Rasche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 270.

Thaletis —) Edd. 1. 2. 9. 13. *Taletis*. Post Rehdig. Vindob. Prag. *Thimotei;* Gud. *Thimothei*. Sic edd. vitiant, ut 1. 2. 9. 11. *Thymothei;* 13. *Thimothei;* 12. 14. 16. *Timothaei;* 18. *Thimothaei*. Tum Vindob. *muscici;* Lips. *Anasimandri;* Prag. *Anaxamandri*. Hinc Lips. *fisici* etc. At, mirum, Vindob. pro *physici* dat *philosophi*.

inclytis) Vindob. Prag. Rehdiger. ut alibi cum aliis *inclitis;* Cibin. hic bis *inclutis*, quod praetuli. Vid. ad 1, 1, 6.

ubicunque) Vossius sic omnes fere Codices legere adfirmat; quam vere, nescio. Ex meis Paris. 1. 2. 3.

Vatic. 1. Gud. Rehdig. Venet. habent *utcunque;* Cibin. *u'cunque,* quod alterum ſignificare videtur; Lipſ. Havn. Vatic. 3. *utrumque;* Vindob. *utronque;* Prag. *vereque.* Edd. inde a primis *utcunque;* tantum 36. *ubique;* primus Voſſius poſuit *ubicunque.* TZSCHVCKE. Locus eſt ambuſtus, et verbis, ut ſuſpicor, diminutus. Qui ſi non ſaneſcet, certe melioreſcet, ſi ſic legatur: *et quondam inſulam, nunc autem urbem, Hippos* ex Strabone, [14. p. m. 443. ſ. 644.] Stephano, Plinio. [5, 31. ſ. 29.] PINTIANVS. Forte *utramque* pro *utcunque* ex Herodoti Clione. [1, 141 ſqq.] SCHOTTVS. Pintianus mirifice haec deformat, adeo ut nullam fere literam integram relinquat. Sed reducenda eſt vetus lectio *ubicunque* non *utcunque.* Ita omnes fere Codices. Dicit ubicunque Ionum nomen et fama exſtat, illis quoque notas eſſe Mileſios. VOSSIVS. *Vtrumque* obſcurum eſt et languidum, nec lucis aliquid adfert *utramque,* ſi vel diſerte probari poſſet, immo hic magis impedit, etſi hae voces facile commutari poſſunt, commutari etiam docuit Garaton. ad Cicer. ad Quirites p. reditum c. 9. Vadianus, ut ſenſum vulgatae lectioni infunderet, explicat, ita κατ' ἐξοχὴν dictam Miletum, tamquam totius regionis nomine dignam viſam. Ortelius h. v. Miletum etiam *Ioniam* dictam eſſe ex Noſtro refert, et male Aelianum (v. V. H. 8, 5.) admiſcet. At ita temere negligitur vox *utcunque,* quae illi adverſatur. Nec *ubique,* quod ed. 36. recepit, expedit. In hac dubitatione commodiſſimum certe ſenſum obiicit lectio et explicatio Voſſii, maiori etiam fide digna, ſi a Codicibus probetur. Mihi quidem haec tria verba languere videntur.

Hippum) Sic ex MSStis ſuis adfert Voſſius. Pariſ. 1. 3. Vatic. 1. Prag. *Hippim;* Lipſ. *ippim;* Gud. *hipim;* Pariſ. 2. et ex ſilentio Venet. Havn. et Vatic. 3. *Hippin;* Vindob. *hipini;* Rehdiger. *Hyppi;* Cibin. *Hippum,* quod et habet Boccatius de fluminibus ſ. v. Meander.

Edd. inde a primis ad 38. *Hyppin*, tantum 13. et 31. (Vineti) *Hippin*; inde Voſſius dedit *Hippum* cum ceteris. TZSCHVCKE. *Hyppin*) ſcribendum per *i* in prima *Hippin*. PINTIANVS. Lege *Hippum*, ut eſt in manu exaratis Codicibus. Aliquot autem huius nominis loca ſunt in hac ipſa ora Aſiatica, quae Ἵπποι vel Ἵπποι vocantur. Stephanus Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας. Sic ſcribendum. [Nempe olim vulgo Ἐρετρίας.] Strabo [14. p. m. 443. f. 644.] quatuor inſulas Erythris vicinas Ἵππους ait vocari. Sed illae nihil huc faciunt, uti neque Hipponeſus Cariae urbs. Videri poſſit, Hippum Pomponii eundem eſſe locum, quem Valerius Maximus [1, 8. ext. 8.] *Equi ſaxum* adpellat, unde Daphitas Grammaticus deturbatus fuit. Strabo [14. p. m. 445. f. 647.] montem, ubi hoc contigit, *Thoracem* vocat. Sed cum Valerio faciunt Suidas et Heſychius Illuſtris. [Vterque f. v. Δαφίδας.] Et forte pars aliqua Thoracis montis fuit iſtud *Equi ſaxum*, cui et oppidum Ἵππος adſitum fuit. Sed tamen Thoracem Epheſo vicinum fuiſſe teſtatur Strabo; haec vero inter Miletum et Maeandri oſtia erat ſita. Omnino verum eſt, Hippum Pomponii eſſe oppidum illud, quod vulgo adpellatur *Gippo*, imminens Maeandri oſtio, quem hodie *Madrum* [v. Vol. 2.] adpellant. Situs certe ita accurate convenit, ut melius non poſſit. *Hipponeſus* Stephani hic locum habere poſſet; namque haec Ioniae pars Cariae quoque attribuitur, ſed, niſi me fallit memoria, alibi legi eam fuiſſe inſulam [cf. Plin. 5, 36. f. 31.] in ſinu Ceramico ſitam. De hoc ipſo ſaxo accipi debent verba iſta [v. Pollux 9, 7, 125. et ibi viri docti] Λευκὰν ἐφ' Ἵππων εἰς θάλασσαν ἅλατο, quae ſibi invicem accinebant puellae in ludo χελιχελώνης. Mileſiorum enim erat ludus. VOSSIVS. Coniecturae hae ſunt Voſſii, quarum vim ipſe infringere poſt videtur. *Hippi* aliorum vel *Hippus* Stephani huc referri propter ſitum diverſum non poſſunt. Secundum Strabonem enim c. l. fuerunt quatuor inſulae prope Clazomenas, quas teſte

Plinio 5, 31. f. 29. Alexander iacto duorum ftadiorum aggere continenti adnexuit. Cf. etiam Paufan. 7, 3. p. 529. Si aliunde auxilium quaeramus, nullum fuppeditat, et quafi fola et deferta haec urbs relinquitur, in cuius tamen nomine meliores libri confentiunt. At tum mirum eft, a Mela celebriora loca, ab aliis commemorata omiffa effe, veluti Pyrrham, Heracleam. *Equi faxum* a Voffio excitatum, etfi in Graecis Ἵππος vocatur, nec urbem adfert, nec fi adtulerit, ad exitum Maeandri proxime referri poteft, cum fine dubio locus (fic et Suidas vocat) fuerit in Thorace monte, ad quem Strabo c. l. Magnefiam conlocat. Poft libri quidam fcripti et editi olim *Meandri*, uti folet.

exitu) Voff. 5. Leidenf. Venet. *exitu;* reliqui *exitum*, ut tantum non omnes editiones, ex pofterioribus etiam Reinoldianae. *Exitu* folae olim habuerunt 15. 17. 20. 23. recepitque primus in poftrema ed. (45.) A. Gronovius, cui et poft aufcultatum eft. TZSCHVCKE. *Exitu;* venufte, idque etiam vifum Oudendorpio, qui ita in hunc locum commentabatur: „Lego *urbem Hippum, amnis Maeandri exitu, Latmum — nobilem* fide MS. Leidenfis, non *exitum.* Loca fingula aliqua re notabilia enarrat. Ita in fine c. 18. *a* quoque addiderunt ab aliis exfulantem, *Rhaetea litora, Rhaeteo et Dardania claris urbibus, Aiacis tamen fepulcro maxime illuftria;* non *a Rhaeteo.* Vide et lib. 2. c. 3. *Fanum Neptuni ludis, quos Ifthmicos vocant, celebre.*" I. GRONOVIVS. Aptiffima fane eft et probabilis disputatio Oudendorpii, qua fingula fic loca re aliqua notabili infigniantur. Nempe *nobilem* huc debet revocari. Lineola illa, qua litera *m* indicatur, modo omittitur, modo additur. Hic addita eft, quia librarii ad eandem omnia formam redigenda putarent. Durum etiam forte videatur hoc nexu *exitum*, melius *oftium.* Tum fic intexere nofter folet, quae in regione funt memorabilia. Denique Codices etiam opitulantur.

Latmum) Cibin. *Latmium;* Gud. Rehdig. *Latinum;* Lipſ. Venet. *Latinium;* Vatic. 3. Prag. *Latinum;* Vindob. *Latirium;* Pariſ. 3. *Lamium;* ceteri cum ſuis edd. Variam etiam formam hae adferunt, veluti 1. 19. *Latmium;* 15. 17. 20. 23. *Lathmium;* 2. 9. 13. *Lamium;* 3. 4. 5. 10. 12. *Latmum;* 6. 7. 8. *Latinum.* Nec ſibi unus Boccatius conſtitit; *Lamium* enim vocat, *Lamum* et *Lacinium.* At vera ſcriptura adparet ex Strabone 14. p. m. 437. ſ. 635. Plinio 5, 31. ſ. 29. niſi quis *Latmium montem* malit, uti proximo capite *Idaeus mons.* Attamen Strabo c. l. inde ducit Λατμικὸς non Λάτμιος. Pro *Endymionis* Prag. *Endumonis;* Rehdiger. *Endimyonis;* Vindob. *Emdimionis.*

a Luna) Lipſ. *aluña;* Prag. *alumna;* ridicule ed. Lugd. 1605. *a nulla.*

§. 2. *Dein)* Sic Mediol. Leid. Gud. Vindobon. ſed reliqui *Deinde,* uti omnes edd. ad 44. a qua praeeunte quidem Reinoldio receptum eſt *dein.* Cum parum referat, et utrumque ſuos habeat Codices, retractare nolui *deinde.* Cf. ad 1, 4, 3. 3, 8, 2. et alibi paſſim. Ceterum hinc cap. 47. orditur Vinetus. Poſt Lipſ. et Prag. habent *inflexam.*

Prienen) Pariſ. 1. *Proemnem;* Vindob. *Pirenem;* Prag. *priennam;* Venet. Lipſ. Rehdiger. *priennem;* reliqui cum edd. *Prienem,* aut *Prienen.* Poſterior terminatio ex uſu Melae praeferenda. Graecis enim Πριήνη.

et Gaeſi) Lipſ. *egaeſi;* Prag. Vatic. 3. *egeſi;* Vatic. 1. Cibin aliique *et Gaeſi;* tantum Venet. et Havn. cum ſuis edd. habuiſſe videntur *et Geſi.* Ita enim omnino 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. et olim Boccatius c. l. Vadianus dedit *Geſſi,* quem ſecutus eſt Olivarius, et ſic cum utriusque

gente 21. 24. 28. Vinetus, Schottus. A Vossio revocatum est mansitque *Gaesi*. TZSCHVCKE. Reposuimus *Gaesi*. Sic quoque apud Plinium [5, 31. s. 29.] legendum, [pro *Gessus*] qui flumen hoc ex Mela sumsit. Graeci tamen, Herodotus [9, 97. in.] et Athenaeus [7, 17. p. 311.] *Γαίσωνα* appellant. Hinc Γαισωνὶς lacus vocatur, [ab Herodoto c. l.] quem efficit, antequam in mare effluit. Verum et ipsum lacum *Γαίσωνα* vocat Archestratus [et Neanthes] apud Athenaeum. [c. l.] VOSSIVS. Ex Codicibus non solum optimis, sed et, qui maxime in his valent, Graecis auctoribus scriptura haec probanda. Pro *ostium* Lips. Gud. Vindob. *hostium*, uti fit alibi passim. Cf. ad 1, 9, 4.

ut maiore circuitu) Commodius, ut reor, legetur: *Moxque, ut maior est circuitu*. SCHOTTVS. Vti antea Codices quidam pro *et Gaesi* habebant *egaesi*, sic hoc in loco pro *maior est* facile dari potuit *maiore*. At et vulgata bene et recte dicitur, et τὸ *est* languere sic in nostro videtur. Sequentia Prag. sic exhibet: *pulchra complectitur.*

Panionium) Vatic. 1. Cibin. Gud. Lips. Bon. *Panionum;* Vatic. 4. Rehdig. *Pamonum;* Boccatius c. l. *pannonium*. Ed. 1. *Pansonum;* 2. *pansonium*. Graec. Πανιώνιον, ex quo nulla de aliorum librorum lectione dubitatio.

sacra regio) Prag. *Satha regio;* Gud. *secia regio;* Havn. *ita regio;* Vindob. *sacra quidem habet religio regio, et ob id.*

annuit) Vindobon. *aiunt;* Prag. *addunt;* Gud. Vatic. 3. 4. *adimit;* (ante etiam Vaticani *famae*) Rehdig. *adnuit*, quod et praetuli, cum A. Gronovio in ed. 44. qui tamen post cum aliis repetiit *annuit*.

Phygela) Vatic. 3. 4. Prag. Gud. et Boccatius c. l. *Phigeta;* Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. *Phygeta;* Parif. 1. *Phigera;* Parif. 2. 3. *Pigeta;* Lipf. Vatic. 5. *Figea;* Vindob. *figeta.* Edd. 1. 2. 9. *phigeta;* 3. 4. 5. 11. *phygeta;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. et reliquae *Phygela.* TZSCHVCKE. Scribendum *Phygela.* Strabo, [vid. poft] Pliniusque, [5, 31. f. 29.] a qua *Phygelites* vini genus Diofcoridi, [5, 10.] Galeno, caeteris. BARBARVS. Sine adfpiratione *Pygela* Strabo, [14. p. m. 440. f. 659.] Stephanus, [h. v.] Xenophon, [in hift. Gr. 1, 2, 2.] Livius, [37, 11, 5.] Suidas, Etymologus. [h. v.] Nec ignoro, a Diofcoride [c. l.] appellari *vinum Phygeliten,* et a Plinio et aliis nominari oppidum *Phygela*, fed Suidas hanc litem dirimit: *Pygela*, inquit, *quam vulgo dicunt Phygela;* quafi diceret, caftrenfi verbo imperitiorum hominum et literaturae minus politae. PINTIANVS. *Phygela* haud dubie fcripfit Mela, et ἀπὸ τῆς φυγῆς deflexit, nec fine Auctore fortaffe, qui intercidit. Plinius quoque fic exfcripfit: *Iuxta a fugitivis condita, uti nomen indicio eft, Phygela* lib. 5. c. 29. Quamquam τὰ Πύγελα Straboni lib. 14. Geogr. [p. c.] a Pygaliis populis, qui cum Agamemnone militatum venientes, illic propter morbum πυγῶν, fedem et nates infeftantem, confederant. Scripturam igitur vett. codd. non muto. SCHOTTVS. Neque ego mutandam cenfeo receptam lectionem, quippe quam ipfe Mela, adiecta nominis explicatione, fatis probat. Eandem fcripturam fecutus eft etiam Diofcorides 5, 10. ubi οἶνος Φυγελίτης memoratur, et fic cap. 11. etfi ibi duplex λ, uti in efferenda urbe Euftathius ad Il. 2, 637. p. 234. f. 310. et Suidas f. v. Πύγελλα, qui et poft fubiicit Πύγελα. Et fic plerique fcribunt Πύγελα, qui iam ab aliis laudati funt antea, praeterea Harpocration h. v. Phrynichus h. v. aliqui etiam per λ duplex. Cf. Holften. ad Steph. p. 265. Salmafius ad Solin. c. 4. f. 10. p. m. 70. vitiofo fcribendi more editum Latinis putat *Fugela*, atque inde falfam

illam etymologiam natam esse, quod tamen superiora dubium reddunt. Εὐφημοτέροις, uti vult Eustathius ad Il. 1, 528. *Phygela* dictum est, atque inde Melae Pliniique errorem intelligi censet Politus in Homeri Eustathium T. 1. p. 275. Suidas h. v. τόπος, inquit, ὁ παρ' ἡμῖν λεγόμενος Φύγελλα. Qui Πύγελα scribunt, nomen impositum esse volunt διὰ νόσον τὴν περὶ τὰς πυγὰς, quae Agamemnonis socios ibi corripuit. Vid. Vol. 2. Post *id* pro *ibi* Vindob. in quo etiam abest *clarissimum*. *Dyanae* vel *Dyane* Codd. quidam et edd. errore noto.

potitae) Sic novem MSS. A. Gronovii meique omnes, etiam Zaluscianus diserte hic notatus. Vossius tamen ex optimo suo adfert *Asia potense orasse*, unde resinxit *potentes sacrasse*, quod reddiderunt edd. 40. 41. 42. Cibin. qui cum Voss. 1. consentire solet, scribit *Asia ponte ēse orasse traduntur*. Idem etiam *amasones* ex leniori pronuntiatione. Tum Vindob. Bonon. *consacrasse*, Vindobon. etiam *tradunt*. Ceterum a voce *ibi* cap. 48. incipit editio Vineti. TZSCHVCKE. *Asia potitae consecrasse* pleraque alia exemplaria. Meus tamen optimae notae codex legit: *Asia potense orasse traduntur*. Existimo ita prius fuisse: *Quod Amazones Asia potentes sacrasse traduntur*. VOSSIVS. Non erat idonea causa, cur recepta et a Codicibus aliis omnibus priscisque edd. probata lectio immutaretur. Nempe *ēse orasse* est *consecrasse*, et *ponte* corruptum misere ex *potitae*, quod alii libri ad veram rationem revocant.

Caystros) Prag. *casteos*; Lips. Gud. *caistros*; Vindob. *caistrosi*, in quo tamen τὸ *i* ultimum cancellis notaverat prima manus.

Lebedos) Vatic. 3. Prag. *libetridos*; Paris. 3. *Lebetros*; Vindob. Cibin. Lips. Gud. Bonon. *libedos*; Boccat. c. l. *libedros*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *lybedos*;

reliquae *Lebedos*, uti iam emendaverat Hermolaus Barbarus ex iisdem auctoribus. et habent alii Codices, veluti Rehdiger. Poſt *clarique* Lipſ. Prag. Rehdiger. Vindob. cum edd. 6. 7. 8. Nomen *Apollinis* etiam hic ut alibi diſtorquetur in libris quibusdam. Tum *templum* edit Vindob. pro *fanum* ex gloſſa. Porro pro *Tireſiae* Rehdiger. et edd. 1. 9. *tyreſiae;* 2. *lyreſiae;* Cibin. *tyreſye;* Lipſ. *thireſie;* ed. 30. *Tiriſiae;* alii libri recte, et ſic pro *Treſie* emendatum erat ad calcem ed. 11. Antea Cibin. Lipſ. Prag. Rehdiger. cum edd. quibusdam, veluti 2. 9. 15. 17. 20. 23. *Mantho.*

Epigonos) Lipſ. Gud. Prag. Vatic. *ephigonos;* Venet. *Ephigonios;* Cibin. Lipſ. *Ephygonos;* Rehdiger. *epygonos;* Vindobon. *ephigenes.* Edd. 1. 2. 9. *ephigonos;* 3. 4. 5. 11. *Ephygonos;* 12. 14. 16. 18. 19. 21. 28. *epygonos;* 13. ut aliae et recentiores *epigonos.* TZSCHVCKE. Lego *Epigonos*, [pro *Ephygonos*] id eſt, poſteros. Euſebius in Chronicis: *Interfectorum,* inquit, *poſteri, qui vocabantur Epigoni, adverſus Thebas bellum moverunt.* BARBARVS. *Epigonos* ſine disceptatione rectum.

Mantus) Lipſ. Vindob. Pariſ. 1. 3. *Manthos*; Cibin. *Mantho*; Rehdiger. *Manthoys*; alii *Mantus*, uti Vatic. Edd. 1. 2. 9. 11. 15. 17. 20. 23. *Manthos*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Mantos*; 13. 16. 18. 21. 22. 24. ut reliquae *Mantus*; recte. Μόψος ὁ Ῥακίου καὶ Μαντοῦ; Pauſanias 7, 3. p. 527. Ceterum Boccatius in Genealogiis Deorum (Venet. 1472. f.) 7, 51. totum hunc Melae locum ſic adfert: *Ibi Libedos clariique Apollinis phanum, quod Manto Tyreſiae filia, fugiens victores Thebanorum ephigenos et Colophon, quam Mopſus eiusdem Mantos filius.* — Cf. etiam 5, 6. Idem tamen de maribus ſ. v. Ionium habet *Manthonis.*

§. 3. *At promontorium)* Codices habent *ad promontorium*, tantum ſuo more Cibin. *ad promunctorium*. *Ad* etiam reperitur in edd. vetuſtis, manſitque ad Reinoldium usque, qui repoſuit *at*, ſequente A. Gronovio in edd. 44. 45. et poſt aliis. TZSCHVCKE. Malim *At promontorium*. SCHOTTVS. Nota eſt confuſio utriusque particulae, cuius plurima exempla conlegit paſſim Drakenborchius ad Livium aliique. Cogitaveram quidem τὸ *ad* retinere, ita quidem, ut referrem non ad Colophon, quod faciunt editiones, ſed inde novam narrationem exordirer, quia promontorium vix videretur in paene inſulae faciem abire. At retractavi manum, variis motus cauſis. Nam utique promontorium ita lateribus tractis excedit a terra in mare, ut paene inſulam efficiat. Tum in partibus regionis recenſendis hac forma progreſſionem et alibi indicat, veluti 2, 7, 19. 3, 1, 6. Deinde in obpoſitionibus uſitate hanc particulam adhibet, quo ſenſu et hic valere poteſt, ubi commemorato antea ſinui amplo reſpondet. Sic *ora* et *procul a mari* 2, 4; 3. *litora* et *urbes mediterraneae* 2, 6, 4. *mare interius* et *prope terras* 2, 7, 10. *ora recta* et *reducta* 3, 1, 10. *amnis vadoſus* et *adauctus* 3, 2, 5. Alibi etiam eandem particulam ponit in diviſione rerum ſimilium ut 2, 1, 8. vel in explicatione eius, quod antea leviter adtigerat ut 1, 2, 5. Hic igitur ſic progreditur in Ioniae deſcriptione, ſinumque ſimul reſpicit, quem ſupra indicaverat. Denique ſi paene inſulae initium notare voluiſſet, rectius et ſuo more dixiſſet: *A promontorio* uti 3, 1, 7. In vulgata lectione *ſtatuit ad promontorium* poſtrema duo verba languent aegre tracta. Tum ſi ad promontorium ſita fuit, intelligi debet *Notium*, quod ita vocat Marcianus Heracleota p. 30. et 50. in Geogr. min. Hudſ. (aliis enim plerumque urbs dicitur) quod non procul a vetere Colophone, duo ferme milia paſſuum auctore Livio 37, 26, 5. diſtabat, ſed ad ſinus terminum ultra Teon promoveri poteſt. Nec, ſi in Mela veterem Colophonem

agnoſcas, haec a nova tam fuit remota, quippe ad quam auctores poſteriores Clarii Apollinis lucum et fanum conlocant. Eſt autem hic promontorium, quod *Argennum* vocant auctores, de quo Vol. 2. Ceterum Ciacconius hic malebat *Ad Coryneum promontorium* ex Plinio 5, 31. ſ. 29. ut in ipſo promontorio ſit urbs *Coryna*, de qua infra, peninſulaque ipſa ſit promontorium. Sic ille. At invitis libris obtrudit, ſi et in re ipſa non peccetur.

quod) Cibin. Lipſ. Gud. Havn. Prag. Rehdiger. Vatic. *qui;* nempe quia male ad ſinum retulerunt. Poſt *que* pro *quem* Vindob. Schottus τὸ *quod* malit deleri. Alienus utique paullum videtur hic nexus et eiusdem vocis repetitio crebrior a cultu Melae; ſed ſequentia immutari vix patiuntur, etſi varie tentatum eſt.

Smyrnaeum) Vindob. *Smirineum;* Cibin. *Zmyrneum*, uti poſt; et ſic ipſa urbs per *Z* paſſim in monumentis antiquis ſcribitur, de quo Vol. 2. Lipſ. *Smireum* in margine *Smirneus*, uti Rehdig. habet in textu; Prag. *Smyrneum* cum edd. 2. 5. 13. Scriptura vera nota. Poſt Vindob. *anguſtiusque cervibus;* Gud. *anguſtisque*, mutatione facili, quam notat Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 2, 57. aliique, quos nominavi ad 1, 13, 5.

in latius) Venet. Vindob. Prag. *in latus;* Rehdiger. *in altius;* Lipſ. *inde latius*, uti et Pariſ. 1. habuiſſe videtur; Voſſiani omnes, Gronoviani et ex meis reliqui *in latius*, cum edd. priſcis; tantum 9. *in altius*. Vadianus primus invexit *inde latius*, quod reliqui ſic ſecuti ſunt, ut poſt *extendit* diſtinctionis ſignum ponerent, vel minimum vel maximum. Reinoldius revocavit priorem lectionem *in latius* et poſt A. Gronov. in ed. 44. unde in ceteris repetitur. Ita 1, 19, 15. noſter: *obliqua tunc regio, et in latum modice patens;* quem locum iam adtulit Ciacconius. Addi poteſt 1, 2, 1. ubi: *in lati-*

tudinem ſe effundit Aſia. Cf. ad 1, 9, 5. Vulgata hodie lectio cum Codicibus probanda eſt.

pene inſulae) Sic codices quidam; plerique tamen cum edd. vett. *peninſulae*, ut alibi; Cibin. *inpaen* (ſic) *inſulae*. In ed. 23. notatum erat *paene*, et ſic Reinoldius dedit *paene inſulae*; A. Gronov. in edd. 44. 45. cum Kappio *pene inſulae*. Norimberg. revocavit *peninſulae*. Sed de hoc ſupra.

Teos) Pariſ. 1. 3. Cibin. Lipſ. Gud. Prag. et quod videtur Vaticani, Venet. Havn. *Ceos;* Rehdiger. *cenos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Ceos;* 16. 18. 21. 22. et reliquae cum Vadiano, Olivario — *Teos*. Recte ex aliorum auctorum narrationibus. De *c* et *t* vid. ad 2, 1, 13.

Clazomenae) Zaluſc. *Claſomena;* codex in edd. 27. et 29. *Claſomenae;* Lipſ. Rehdiger. *Clazomena;* Pariſ. 3. *Clazomene;* Vaticani *Calzomena;* Vatic. 3. Prag. *Calzamena;* Gud. *Clacamena;* Pariſ. 1. *Clazamea;* Vindobon. *Claromena;* Cibin. *Clazomenae*, uti Pariſ. 2. puto, cum ed. Voſſiana, et ſic cum ed. 4. 5. Havn. et Venet. *Clazomena*. Ita nempe habent edd. vetuſtae 1. (ex ed. 2. nihil adſcriptum erat) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et aliae cum ducibus ſuis. Retinuit etiam Schottus. At Vinetus et poſt Voſſius aliique receperunt *Clazomenae*, uti olim voluerat Pintianus, et ſolent efferre alii auctores. Apud Hieroclem quidem in Synecdemo, p. 660. ex ed. Weſſel. eſt Κλαζομένη, et ſic in notit. epiſcop. Sed recentioris hoc eſt auctoritatis; ſed nullius, adpoſitae quidem, *Clazomene* in Geſneri theſauro.

qua terga) Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Rehdiger. Prag. (etiam hic *tergo*) et, quod puto, Vatic. Havn. cum edd. ſuis *et quia*, uti edd. 1. 3. 4. 5. (℘) 9. 11. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Oli-

varianae omnino cum Schotto; 2. *et quare;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 17. *et qua;* Vinetus *qua*, atque hinc Voſſius et poſteriores. Ita voluerat antea Pintianus, comprobatque Cod. Cibin. in quo ſic legi. Atque hoc etiam ex nexu et uſu Melae rectius videtur. Tò *et* ortum forte eſt ex praecedente *ae* in *Clazomenae* male divulſo et pro *e* poſito *et*. Pro *agunt* Vadianus cum ſuis dedit *iungunt*, eumque ſecutae 21. 24. 28. Olivarius cum familia 30. 32. 37. Vineto et Schotto; invitis Codicibus, certe omnibus meis et Ciaccon. Et ſic Mela 1, 15, 2. *qua dorſum agit* Taurus; 2, 2, 1. *qua latera agit* Thracia; 1, 7, 5. *qua flexum agit* Syrtis. Non igitur adparet, cur Vadianus hanc lectionem mutaverit. Voſſius ineptos, qui ita legant, pronuntiat, cum alterum rectum ſit et Latinum, et a Mela uſitatum.

annexae muri) Duplex obiicitur horum verborum in libris variatio. Primum Codices mei omnes habent *adnexa* vel *annexa;* tantum Vindob. *annexu;* item edd. inde ab antiquiſſimis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — cum Camertinis, Vadianis, Ald. Iunt. Olivarianis, Vineto et aliis. Schottus primus poſuit *adnexae* et hinc Voſſius, Gronovii et reliqui. Tum pro *muri* omnes Voſſiani, Gronoviani meique dant *mari*, nec aliter edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. etiam poſt Vinetus. Vadianus ſcripſit *maris* cum Olivario, et qui illorum nomen aut textum praeferunt, etiam 21. 28. 30. 32. 37. Vinetus Codicum lectionem revocavit *mari;* Schottus *muris* praetulit; Voſſius reliquis praeivit *muri*. TZSCHVCKE. Scribo *confinibus adnexae muris*. PINTIANVS. Errat Salmaſius [ad Solin. c. 40. ſ. 43. p. m. 605.] cum legit: *confinio adnexae maris*. Vbi enim terga agunt, ibi nullum eſt mare, ſed a fronte tantum. Libri ſcripti legunt: *Qua terga agunt, confinio adnexae mari.* Quis non videat, legendum hic eſſe *muri*, non *mari?* Teos et Clazomenae ſitae ſunt in

iſthmo peninſulae, ſed vero urbes illas, qua terga agunt, iungit murus, qui anguſtias peninſulae claudit, et a reliqua dirimit continente. Neminem vero movere debet, quod Ptolemaeus [5, 2.] ad anguſtias Ionicae huius peninſulae collocet Smyrnam et Lebedum, non Teon et Clazomenas, uti Mela. Iſtius enim erroris cauſam dedimus in commentario noſtro. VOSSIVS. *Muri* nullus ſcriptorum, qui hodie exſtant, tradidit, et pro *muri* omnes MSS. habent *mari.* Quapropter reponendum cenſeo: *confinio annexae Mimantis.* Mimas enim a mari usque in cervicem pene inſulae excurrit. A. GRONOVIVS. In ſequentibus Salmaſius c. l. pro *diverſis frontibus*, contra omnes libros emendat *adverſis frontibus*, quod ſic apte Voſſius refutat: Si adverſas haberent frontes urbes iſtae, iam non mare, ſed ſe mutuo adſpicerent. Manifeſte hic tergum pro fronte et frontem pro tergo accepit vir doctiſſimus. Hactenus Voſſius, et recte. Erravit in vera verborum ratione, quam hic obpoſita ſatis confirmant, Salmaſius, etſi Clazomenas recte poſuit ad ſeptentrionem, Teon ad meridiem, utramque in iſthmo, ut diſerte Strabo facit 14. p. m. 443. ſ. 644. Antea *mari* locum habere non poteſt, quod verba *terga agunt* non patiuntur, nec bene eadem vox ſtatim ſic redeat. A. Gronovii emendatio longius a libris recedit. Eſt quidem in hac paene inſula Mimas mons, quem Plinius 5, 31. ſ. 29. in mare excurrere et in continentibus campis reſidere ſcribit, ſed id ipſum, quod excurrit, et prope Clazomenas Corynaeum promontorium facit, (Plin. c. l.) videtur obſtare, quo minus utraque urbs illi monti adnectatur, qui praeterea in continentibus campis reſidit. Tum monte dirimuntur potius urbes, quam nectuntur. Quare placet emendatio Voſſii, quae proxime ad librorum veſtigia accedit, etſi de muro illo in auctoribus nihil occurrat. Agger enim, quem duci Alexander M. iuſſerat, inſulas praeiacentes Clazomenis adnectebat, uti narrat Plinius c. l. etſi Pauſanias 7, 3. p. 529. tantum ἔμελλεν ἐργάζεσθαι

ſcribit. I. Gronovius in notis MStis ſenſum totius loci ſic explicat: Significat frontes iſtarum urbium converſas fuiſſe in diverſos ſinus, Clazomenarum, verſus ſeptentrionem, Tei, verſus meridiem, easque civitates identidem proferentes moenia paullatim ſic ea iunxiſſe, ut ſibi invicem adnecterentur, et nullus relinqueretur transitus, niſi per illa ipſa oppida, quae denique murus modo ſeparavit, ut contingeret illis aliquid ſimile, quod Livius 34, 9. in. adſcribit Emporiis in Hiſpania, duobus oppidis etiam muro diviſis. Haec I. Gronovius. Certe Strabo 14. p. m. 443. f. 644. diſerte ſcribit ἐπ' αὐτῷ τῷ ἰσθμῷ Clazomenios et Teios habitaſſe, ut frontibus diverſis diverſas plagas ſpectarent.

pene inſula) Sic Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. edd. 1. 9. In aliis plerisque etiam hic *peninſula.*

Coryna) Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. *Corina;* Lipſ. *Corrina,* in margine *Corina;* Vindobon. *Cornia.* Ed. 1. *Corina;* 35. (Schotti) *Smyrna;* in reliquis *Coryna.* Poſt Cibin. *Zmirneo;* (vid. ſupra) Rehdig. *Smyrneo;* Vindob. *Simineo.* Tum pro *Hermus* Lipſ. Gud. Vindob. *Termodon,* ut edd. 1. 2. 9. 11. Cibin. Vatic. Zaluſc. Pariſ. 1. 2. 3. Rehdiger. et ex ſilentio Venet. Havn. *Thermodon;* Prag. *Termedon.* A. Gronovius, mirum, nihil ex ſuis notavit. De Voſſio infra. Edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. et reliquae *Thermodon, Termodon,* vel, ut aliquae Olivarianae *Thermodoon.* Primus Schottus, monente Pintiano, poſuit *Hermus,* poſt Voſſius aliique omnes. TZSCHUCKE. Locus eſt ex depravatiſſimis huius operis, ut mirum non ſit, Hermolaum in eo hallucinatum Plin. Caſtig. lib. 5. et alios, Hermolai auctoritatem ſecutos. Caſtigo: *In ipſa peninſula eſt Smyrna in ſinu Hermeo. Eſt Hermus amnis.* Movet me, quod procul a veriſimili eſt, praetermiſſam a Mela in hoc tractu, aut *Smyrnam* urbem celeberrimam, et a cunctis ſcriptoribus decantatam, Homeri patriam, Metropolin quondam

totius Asiae, et, si Philostrato credimus in vita Apollonii [4, 7.] et Aristidi in Monodia in Smyrnam [T. 1. p. 260. ed. Iebb.] pulcherrimam omnium civitatum, quae sub caelo sunt, habita praesertim paulo ante mentione sinus Smyrnaei; aut etiam *Hermum* amnem, a nullo Geographo silentio suppressum, in cuius locum subrogatus est a corruptoribus *Thermodon* Paphlagoniae, longo inde spatio dissitus. Porro *Hermeo* legere malui, quam Smyrnaeo; non quod me praeteriret celebrari sinum *Smyrnaeum* a Strabone, Plinio et paulo ante Pomponio, sed quod puto in sinu Smyrnaeo contineri alium minorem sinum, *Hermeum* dictum, ab *Hermo* fluvio ab omnibus, ut dixi, memorato in eum emittente; a quo et circumiacens campus dictus sit *Hermeus* Straboni, [13. p. m. 430. f. 625.] Stephano, [f. v. Ἑρμοῦ πεδίον] Herodoto, [1, 80.] Plinio. [5, 31. f. 29.] Nec hoc mirum, quum *Eläiticus* sinus pars sit *Adramyttini* Straboni lib. 13. [p. m. 417. f. 606.] et *Crisaeus* pars sit Corinthiaci, etsi aliqui malint eundem esse *Crisaeum* et *Corinthiacum*, et in nonnullis aliis hoc ipsum accidat. De sinu vero *Hermeo*, in quo sita est *Smyrna*, et de conditore Smyrnae et unde dicta sit Smyrna, Herodotus in vita Homeri. [c. 2.] — Illud observandum, ab Smyrna duci nomen gentile *Smyrnaeus*, possessivum vero *Smyrnäicus* auctore Stephano, quem si audimus, *Smyrnäicum* nominabimus sinum, non *Smyrnaeum*. PINTIANVS. Lege, *in sinu Smyrna est et Hermus amnis* (ex Plinio [5, 31. f. 29.] et Ptolemaeo, [5, 2.] qui in eodem sinu Smyrnaeos ponit) *et urbs Leuca; extra est Phocaea Ioniae ultima.* Strabo lib. 14. [in.] Sed Livius in intimo sinu Phocaeam esse dicit lib. 37. c. 31. [f.] ubi formam eius describit. — CIACCONIVS. Totus hic locus antea impeditus proxime veritatem, si non in integrum, restitutus est; quaedam tamen sunt a Pintiano nonnihil diversa, quae, quum tolerari posse viderentur, retinui. Lectoris indicium facio. Vidi, qui sic legerent: *In ipsa peninsula est Coryna. In sinu*

Smyrna eſt et Hermus amnis, et urbs Leuca. Plinius enim lib. 5. c. 29. *Corinae* Mimantis promontorii meminit, et c. 31. *Corinaei*, quod Cypri oppidum. Alii ſic: *In ipſa peninſula eſt Cremnos. In ſinu Smyrnaeo eſt*, ex Ptolemaeo. [c. l.] SCHOTTVS. *In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnaeo eſt Hermus amnis.* Ita plerique manu exarati codices, et omnino haec eſt vera lectio. Pro *Coryna* Pintianum male ſubſtituiſſe *Smyrnam*, monuit iam Andreas Schottus, quem recte ſecutus eſt doctiſſimus Salmaſius. [ad Solin. c. 40. ſ. 43. p. m. 605.] Verum in eo non recte ſecutus eſt Schottum, quod putet legendum eſſe apud Melam: *In ſinu Smyrne et Hermus* [*Hermos*] *amnis.* Nempe offendit illos, nullam hic Smyrnae fieri mentionem, cum tamen ſinus Smyrnaei meminerit. Sed vero Mela recenſet quoque Ceramicum, Iaſſium, Olbianum, Thermaicum, Bubeſſium, Cypariſſium et alios ſinus, nulla tamen urbium, unde dicti ſunt, facta mentione. Quod autem addunt, non veriſimile eſſe, praetermiſſam fuiſſe a Mela notam adeo et celebrem urbem, hoc eos non iuvat. Meminit namque Mela Antiochenae et Damaſcenae, nusquam tamen apud illum vel Damaſcus, vel Antiochia exſtat. Praeterea verum eſt, id quod aliquoties monui, Melam antiquiores tantum ſequi Graecos. Smyrna vero poſtquam a Lydis fuit everſa, ignobilis admodum fuit locus, et tantum κωμηδὸν habitatus, idque per annos quadringentos, ut teſtatur Strabo, [14. p. m. 444. ſ. 646.] donec ab Antigono inſtauraretur. VOSSIVS. Recte reiicit Voſſius eos, qui *Smyrna* pro *Coryna* ſubſtituunt, moremque Melae in primis praetendit, de quo etiam vid. ad 1, 12, 5. Tum Coryna ſine dubio rectius ſcribitur, etſi ex aliis de ea nihil conſtat. Inde enim dictum videtur *Corynaeum*, Mimantis promontorium apud Plinium 5, 31. ſ. 29. etſi et ibi edd. quaedam *Corinaeum* exhibent. Quod Vadianus dicit, a Stephano *Carinam* nominari, nusquam in illo *Carina* invenitur, ſed *Carnia*, Ioniae urbs ignoto

ſitu, quam forte innuit Vadianus. Nomen *Thermodon* porro in libris ſine dubio vitiatum eſt, cum hic nemo norit *Thermodontem.* Quod enim, ita *Hermum* a noſtro vocari, putat Ortelius in theſauro Geogr. ſ. v. *Hermus,* plane deſtituitur auctoritate. Immo ſimilitudo ſoni in priori nominis parte anſam corruptioni dedit, et poſt adficta eſt clauſula, etſi ſatis audacter et temere. Certe ex fluviis, qui ibi commemorantur, unus Hermus referri huc poteſt. Nimis enim recedit ſcripturae ſimilitudine *Meles,* quem prope Smyrnam labi et effluere tradunt Strabo 12. p. m. 381. ſ. 554. lib. 14. p. m. 444. ſ. 646. Plin. 5, 31. ſ. 29. Solinus c. 43. ſ. 40. Etſi Meletem commemorare vel Homeri cauſa poterat, negligere tamen tamquam tenuem fluvium maluit et maiorem adfingere, qualis eſt Hermus, Pactolo auctus aliisque. Excurrit ille quidem ad Phocaeam, et poſt Leucam, quam ſic debebat praeponere, ſed noluit forte Mela urbes illas duas ſeiungere, cum ad Smyrnam etiam referatur, cuius campos a fluvio cognominatos ſecabat, adeoque in Smyrnae numis adponatur. Vid. Raſche Lex. num. T. 2. P. 2. p. 241. Quae quidem hic adpoſita ſufficiant.

urbs) Gibin. *urbes.* Sic noſter facit alibi. Hic tamen, cum interpoſita ſit vox *extra,* vulgata lectio magis placet. Pro *Leuca* Prag. *Leucha.*

extra) *Eum* ſubiicit Vadianus, quem ſecuti ſunt Olivarius et utriusque adſeclae, etiam edd. 21. 28. 30. 32. 37. Vinetus et Schottus, iterumque expulit Voſſius, a quo inde exſulat. TZSCHVCKE. Dele dictionem *eum* ex uſitato more Pomponii. PINTIANVS. Nec agnoſcunt libri veteres ſcripti et editi.

Phocaea Ioniae) Ex conflata utraque voce mira exiit forma. Vatic. *Phocacris Ioniae;* Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Venet. Bonon. *Phocacriſioneae,* vel — *nee;* Vin-

dobon. *Phocacrisonee;* Prag. *phocacrisione;* Rehdiger. *phocacristonee;* Lipf. *focacrisioneae;* Cibin. *proeacrysimoae*; in edd. 27. 29. forte ex Codice *Phocea.* Edd. 1. 9. *phocacrisioneae*; 2. *phocaerisioneae*; poft in aliis veluti 3. 4. 5. 6. — *Ioniae* recte, fed variata voce praecedente; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 20. et aliae cum Vadiano et Olivario *Phocis*, ad Voffium; 13. *Phocea*; 19. *Phocaea*; 31. (Vineti) *Phocais*; inde a Voffio *Phocaea.* De lectione *Ioniae* nemo dubitabit. Prior verbi fuperioris pars varie efficta eft ab editoribus, nec, fi alios libros et auctores confulas, eos fibi conftare invenies. Vfitata forma eft *Phocaea*, Φώκαια. Sed et eadem dicta eft Φώκη, fcilicet pro Φώκαια, ut Νίκη pro Νίκαια, quod notat Euftath. ad Dionyf. v. 437. et fic in Stephano vult Holftenius p. 350. Paffim occurrit Φωκέα, veluti apud Heraclidem Ponticum de politiis h. v. Ariftidem T. 1. p. 204. ed. Iebb. Suidam h. v. et alibi, quod vitiofum cenfent pro Φώκαια Holften. ad Stephan. c. l. et Wefleling. ad Diodor. 15, 100. etfi prius antiquo ufu fieri et ipfis nummis comprobari contendit Spanhemius ad Callimach. ad Pall. v. 24. et de ufu et praeft. num. T. 1. p. 235. Cf. etiam Rafche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 1225 fq. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 533 fq. Quod Stephanus dicit λέγεται καὶ Φωκαίη διὰ τοῦ η, minime discrepat ab ufitata forma, nifi quod ex dialecto Ionica η pro α ponitur, uti adparet ex Herodoto 1, 80. et alibi, etfi non femper fibi conftat in ed. Weffelingii veluti 1, 142. Φώκεια praeterea notatur a Salmafio ad Stephan. p. 746. in edit. Berkel. quod qua auctoritate factum fit, ignoro. At paffim confunditur, ut hic, cum *Phocis*, quod quidem a Latinis tantum auctoribus fieri vult Salmaf. ad Solin. c. 8. f. 2. p. 65. ubi exempla etiam protulit. Vid. etiam Oudendorp. ad Lucan. 3, 340. Drakenb. ad Liv. 5, 34, 8. Nec tamen Graeci eius vitii immunes abeunt. Ita enim Tzetzes ad Lycophr. v. 1075. uti ex Heraclito c. l. patet,

et quod potius eſt exemplum Appiani in Syriac. c. 22. quem hac culpa liberavit Schweighaeuſerus. Maior eſt disceptatio et confuſio in gentili apud Graecos maxime, quod cum huc nihil faciat, ad Vol. 2. reieci. An vero *Phocais*, quod poſuit Vinetus, usquam de hac urbe occurrat, dubito. In Heſychio, qui Φωκαΐς adtulit, eſt ὄνομα ἔθνους, unde vitium illic latere ſuſpicor pro Φωκαεῖς. Minime igitur liquet, unde librarii adpenſam terminationem *cis* ſ. *ris*, ſi *c* pro *e* locum obtinuerit, duxerint, niſi error errorem traxit. Quare a recepta forma discedere dubitavi.

ultima) Cibin. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. *ultimae* vel *ultime*, cuius erroris fons eſt in ſuperiori quorundam lectione *urbes* pro *urbs*. Ita tamen etiam edd. 1. 2. 9. Recte Venet. et, quod videtur, Vatic. et edd. a 3. 4. 5.

C A P. XVIII.

De diſtinctione huius capitis in codd. et edd. priſcis, quae de proximis dixi, transferri et huc poſſunt. Continua enim ſerie connectunt cum ſuperiori. Ed. 10. in margine habet *Eolis*, *Troas*. Paragraphi ſignum interponunt aliquae, uti 11. 13. Inde a Camerte inſcribitur praemiſſo intervallo *Aeolis* et ſic Vadianae, Olivarianae, ex quibus hae cum recentioribus caput 18. addunt. Vinetus inde c. 49. incipit. Reinoldus inſcribit: *Aeolis ac Troas* caput 18.

§. 1. *Aeoliis)* Sic teſte Voſſio veteres libri. Ex meis, quod idem valet, Gud. Prag. ed. 11. *eoliis*; Cibin. Rehdiger. Lipſ. *eolis*; Vatic. 1. *Aeoliis*. Edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. 25. *Aeolis*. Olivarianae variant. TZSCHVCKE. *Aeoliis* veteres libri, et recte. Aeoles paſſim a Latinis *Aeolii* vocantur. VOSSIVS. Ita *Aeolii* occurrunt

ap. Velleium 1, 4, 4. itaque volunt libri. Poſt *cepit* Gud. Rehdiger. Prag. Vindob. et aliquae edd. Sic Rehdiger. Vindob. Lipſ. Gud. *miſia*; Prag. *Muſia.* Deinde Lipſienſ. *elexpontum*; Gud. *cleſpontum.* TZSCHVCKE. Melius *Aeolis dicta.* SCHOTTVS. *Aeolis facta* rectum. Sic ipſe Mela infra: [2, 1, 8.] *Deinde aliter appellantibus accolis, ſit Iſter.* VOSSIVS.

attingit) Venet. cum edd. 7. 15. 17. 20. 25. *attigit*; minus bene. Tum Cibin. Lipſ. *troyanis*, hic etiam *troyas.*

urbium) Sic veteres libri Voſſii, et mei. Sed edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae *urbem.* Vinetus revocavit *urbium*, ſequente Voſſio, probantibus poſt aliis omnibus. Atque haec ſtructura plane eſt etiam noſtro accommodata.

Myrino) Lipſ. *mirino*; Prag. *mirrino*; Cibin. *miſirino*; Rehdiger. *myrina vocatur.* Pro *Myrino* Staverenus ad Hygin. 195. p. 322. coniiciebat *Myrina*, quoniam ſic reliqui adpellent, de quo Vol. 2. Commemorat tamen utrumque Stephanus h. v. *Myrinam* et *Myrinum*, ut iam tum variatum eſſe in conditoris ſexu intelligatur, nec, cum maſculum tueantur libri, inde diſcedendum ſit.

ſtatuit) Haec verba ſenſum aliquem habent, ſi, ubi eſt *ſtatuit*, ibi periodum feceris. OLIVARIVS. Hic interpungendum monuit Io. Olivarius; ſequentia ad Cymen pertinere. Vellem probaſſet, [et aptum cum ſequentibus nexum expediiſſet.]. Mela enim primum urbis nomen ſilentio transiiſſe videtur, forte quod ignoraret; poſt vero *Cymen* appellatam ait. Lege Plinium 5, 30. hiſt. nat. SCHOTTVS. In Plinio nihil quidem legitur, quod Melae explicando proſit. Editores varie hunc locum interpungunt, ſic ut poſt *vocant* et *Graecia* modo maius,

modo minus diſtinctionis ſignum, ſubiiciant. Equidem verba *Cymen nominavit* per ipſam ſignificationis cauſam cum praecedentibus copulanda et minori ſigno divellenda arbitror. Quod prius fuerit urbis nomen, ſi fuit, de eo Vol. 2. *Piſam* tamen, quam Munſterus innuit, nemo crediderit. Ceterum Codd. ita: Cibin. Prag. *mirinam*; Vindob. ed. 11. *enomao*; Havn. Prag. *reverſo*; Vindob. *rurſus*; Cibin. Rehdiger. *Grecia.*

Cymen) Sic Cibin. Rehdig. alii; Vindob. *Cimem*; Lipſ. Gud. Pariſ. 2. 3. Vatic. 3. *Zimon*; Prag. *Cimon.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 11. *Zimon*, vel *Cimon* ſubiecto τῷ *C* ſemicirculari ſigno, quod idem valet. Aliae *Cymen* monente Hermolao. TZSCHVCKE. Scribo *Cymen* ex Plinio, [5, 32. ſ. 30.] Strabone [12. p. m. 579. ſ. 550.] ceteris, a *Cyme* Amazonum duce. BARBARVS.

habitarant) Venet. Lipſ. Gud. Rehdig. Prag. et edd. Reinoldianae *habitaverant.* In aliis libris reperitur *habitarant*, uti ſolet ſimilia contrahere Mela, veluti *cognoſſe.* Tantum Vindob. *habitaverunt*, pro *habitaverant.* Poſt Vindob. *Amazonium*; Prag. *amaſonum*; Rehdiger. *amaxonium.* Deinceps Vindob. Prag. *Cime*; Ven. *Tyme*; Pariſ. 3. *Zime*, ut edd. 1. 3. 4. 5. 8. 9. 11. et forte aliae; Lipſ. Gud. *Zimae*; Rehdiger. *Zyme*; Cibin. *Cyme*, quod unice rectum eſt.

Caicus) Cibin. *thaicus*; Prag. *chucus*; Vindob. *maicus*; Rehdiger. *Sucaycas*; Pariſ. 3. *caycus*, ut multae edd. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 24. 25. Olivarianae, Schottus etiam. Vadianus in prima per *y*, poſt recte cum ſuis etiam Saling. 1538. *Caicus*, quod Graecum Κάϊκος probat, et alii recte hic praetulerunt.

Elaeam) Lipſ. *eloam*; Gud. *clam*; Vindob. Rehdiger. *intra heleam*; Prag. *eleam*, uti plurimae edd. cum antiquiſſimis. TZSCHVCKE. Scribendum *Elaeam* cum *ae*

diphthongo in penultima ex Ptolemaeo, [5, 2.] Stephano, Strabone, [13. p. m. 423. f. 615.] cuius interpres confusis in unum duobus nominibus pro *Elaea civitas* divisim, ut est in exemplari Graeco, ipse coniunctim *Elaeopolis* male vertit. PINTIANVS. Sic per *e* etiam alibi scribitur, de quo vid. Oudendorp. ad Frontin. 4, 5, 16. Alia per *e Elea* urbs fuit Italiae.

Pitanen) Vindob. *pithamem*; Lipf. *pitamnem*; Cibin. Gud. Prag. *pitanem*; Rehdig. *pythamem*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *pytanem*; (*ē* fere) 11. *phytanem*; 24. 25. et Olivarianae pleraeque *Pytanem* vel *Pytanē*. Nam aliquae, in quibus ed. Muensteri, *Pitanem*, uti Vadianus (*Pitanē*). Salingiac. 1538. *Pitanen*, uti Vinetus, Vossius aliique post, Schottus maluit servare *Pytanem*, etsi de *i* monet ipse in nota proxima. Gr. Πιτάνη, unde et amata nostro Graeca forma *Pitanen* probatur. Sic Lucan. 3, 205. Cum adspiratione etiam male, sed more usitato libri antiqui in Ovid. Metamorph. 7, 357.

Arcesilan) Mediolan. Cibin. Lipf. *Archesilan*; Perizon. *Archesylan*; Rehdiger. *archesylam*; Vindobon. *Archesillam*; Gud. *Arthesilam*; Prag. *Archesilam*; Voss. 5. *Arcesilan*; Chif. *Arcesilaum*; reliqui cum edd. suis consensisse videntur in *Archesilam* et *Archesilan*; nam utrumque in plerisque promiscue, etiam antiquissimis, legitur; 15. 17. 20. 23. *Arcesilam*; 13. 19. *Archesilaum*; Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii ad ed. 42. *Arcesilam*; post praeeunte Reinoldio ed. 44. cum ceteris *Arcesilan*. TZSCHVCKE. Sine adspiratione *Arcesilan* omnes. PINTIANVS. Diogeni Laertio [in vita 4, 28 sqq.] sine spiritu Ἀρκεσίλαος, et *Pitane* per *i* fere scribitur. Aliis *Arcesilas*, quatuor non amplius syllabis. SCHOTTVS. Graecis magis in usu fuisse videtur Ἀρκεσίλαος. Ita Diogenes Laertius c. l. Plutarch. in vita Arati cap. 5. adversus Colotem

p. 612 ſq. (Vol. 10. ed. Lipſ.) Strabo 1. p. m. 10. ſ. 15. et alii. Neque tamen reſpuunt Ἀρκεσίλας, poetae maxime, uti Pindarus Pyth. 5, 56. 158. Latini poſteriorem formam praetulerunt, quod quidem in Cicerone obſervatur. Sic Perſius 5, 79. Sidon. Apollinar. carm. 15, 94. Lactantius 3, 4. ſ. Ad eandem formam ducunt et hic libri, etſi male ex more interpoſita adſpiratione, cum terminatione Graeca, quam amat noſter. *Arceſilaus* etiam olim a quibusdam legebatur in Solino cap. 13. ſ. 7. ubi Salmaſius dedit *Archeſilas*, rectius quidem in notis *Arceſilas*. Ita vero *Ageſilaus* dicitur et *Ageſilas*. Vid. Cellarius et Bunemann. ad Lactant. 1, 11, 31. Perizon. ad Aelian. V. H. 1, 27. in. In ſequentibus iterum intruſa adſpiratione Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. *achademiae* vel *achademie*, uti edd. multae antiquae 1. 2. 3. 4. — etiam in prima Vadianus.

antiſtitem) Lipſ. Gud. Vindob. (hic etiam ante *cariſſimum*) *anſtitem*; Ciaccon. cod. *artificem*, quae eſt forte argutantis gloſſa. Memoriae autem lapſu ſine dubio Salmaſius ad Solin. c. 43. ſ. 40. p. m. 580. hunc locum ex Mela ſic refert: *academiae clariſſimum lumen.*

§. 2. *Cana)* Cibin. Lipſ. Bonon. Pariſ. 1. 2. 3. *Cyna*; Venet. *Cynna*; Gud. *cina*; Vatic. 3. Prag. *Cima*; Vindob. *cnia*. Edd. 1. 2. *cyna*; 3. 4. 5. 11. *Cyrma*; 9. *Cyma*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto, edd. 36. 37. *Canna*; 30. 32. *Camna*; 13. *Cana*, uti poſt Vinetus, Voſſius et alii, quod et in margine edd. 27. 29. notatur. TZSCHVCKE. Pro *Cyrma* lege *Canna* oppidum ex Plinio [5, 32. ſ. 30. ubi tamen *Canae*] et Strabone, [13. p. m. 423. ſ. 615. ubi item Κάναι] BARBARVS. Scribe vel *Cane* cum unico *n* numero unitatis, genere femineo; vel *Canae* numero plurium. Vtroque enim modo dicitur ex Strabone, [c. l.]

Stephano, Plinio. [c. l.] In Graecis Ptolemaei [5, 2.] exemplaribus *Caene* [Καινὴ ἄκρα] pro *Canae* vitiose ſcriptum eſt. PINTIANVS. *Caena* tamen legendum docta manus adſcripſerat in ed. 40. Apud Livium 36, 45, 8. 37, 8, 6. et 9, 6. plurali numero ex bonis Codd. *Canae* editur, ubi vid. de varietate. Eodem etiam numero reperitur in Strabone c. l. cui Κάναι eſt πολίχνιον. Sic Plinio c. l. *Canae*, Stephano etiam Κάναι. De monte ipſo apud auctores Κάνη dicitur, de urbe Κάναι, licet hoc in Livio c. l. de promontorio propter claſſis ſtationem intelligere malit Cellarius in Geogr. ant. 3, 5, 68. quod quidem in hoc auctorum conſenſu non neceſſe videtur, et ad urbem in promontorio poſitam referri perinde poteſt. Cum tamen omnes Codices terminationem in *a* flagitent, et Stephanus et montem et urbem ea efferat, nihil mutandum duxi.

praetervectos) Venet. Havn. *praeter lesbos*; Prag. *praeter leſbium*; Vatic. 3. *praeter leſbius*. Etſi non plane proiicienda eſt haec lectio, quia *Leſbos* obiacet, vulgatam tamen deſerere in meliorum Codd. conſtantia nolui.

pronus) A. Gronov. ex ſuis MSS. refert *pervos* et *parvos*; Vindob. Vatic. Cibin. Gud. Rehdiger. uti Voſſiani *parvos*; Zaluſc. *parvus*; Venet. et Voſſianus unus *pronus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *parvus*; 19. *parvos*. Inde a Voſſio *pronus*, quod praeter Reinoldium exceperunt omnes. TZSCHVCKE. *Parvus*. Inepta lectio. In veteribus libris eſt *parvos*, non *parvus*. In uno tantum codice, verum optimo, licet non admodum antiquo, [Voſſ. 5. quem vocat Perizonius, puto] veram inveni lectionem, quae haec eſt: *Sinus excipit non pronus ac longe, ſed molliter flexus*. Hoc vocabulum, iſto loco

non intellectum, caufam mutandi dedit librariis. Dicit praetervectos Canas promuntorium, excipere finum, qui non prono et praecipiti inflexu terras cavat, fed vero molli flexu litora abigit. *Proni* vocabulum ita accipi etiam apud principes linguae Latinae auctores, norunt, quotquot non nimium in illis funt hofpites. VOSSIVS. Forte ex Codicibus legendum *incurvus*, ut cap. fq. [§. 6.] *ad formam Scythici arcus maxime incurvus*, ubi in quibusdam codicibus fcribitur *incurvos*. A. GRONOVIVS. Kappius in indice f. v. *pronus*, an fanus fit locus, cum unus tantum codex ita habeat, in dubio relinquit. Acceffit nunc alius non infimae notae, quod et de Voffiano illo iudicavit aliquoties Perizonius. At maxime hic valet nexus et obpofitio, quae verbum *pronus* non *parvus* defiderant, cum *flexus* fit vocabulum praecipuum, in quo finus defcriptio confiftat. Tum non plane nova et inaudita videatur haec commutatio, fi, quae ad Lucret. 6, 26. a Lambino, et a Burmanno ad Ovid. de remed. amor. v. 201. monentur, legeris. Cur A. Gronovius *incurvus* maluerit, non video.

fed longe —) Venet. Vatic. 3. *ac longe, fed molliter*; Prag. *ac longe molliter*; Rehdig. *molitur flexos*; Vindob. *et moliter*. Poft in Cd. Cibin. deeft *usque*; Lipf. Gud. Prag. habent *ad yma*; Voff. 1. Cibin. *Idaei*; Gud. *yde*; Rehdiger. *hyde*. TZSCHVCKE. Confuetudo Melae poftulat *Idaei*. Ita enim in fqq. *Huc ab Idaeo monte demiffus Scamander exit*; et c. 7. L. 1. [2, 7, 11.] *Inter colles, quod ibi nutritum Iovem accepimus, fama Idaei montis excellit*. *Idaei* etiam hoc loco exhibet Voff. 1. A. GRONOVIVS. Sed cum reliqui Codices nihil mutent, nec ad eandem femper ubivis formam redigi auctor poffit, vulgatam lectionem exhibui.

Is primo) Vatic. 1. *iis primo*; Venet. *His primo*; Lipf. *Is primo*; Rehdiger. *hyfpino*; Prag. *Ifmo*; Gud.

Parif. 1. 2. Vatic. 3. *IIifmo*; Vindob. *hiftimos*; Parif. 5. *Ifthmos*; Ciaccon. *Is mons*; Vaticani alii in ed. 25. *his tinus*, pro *hic finus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 13. *Iftmos*; 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Ifthmos*; Schottus *Is mox parvis* — 15. 17. 20. 23. poft Vinetus, Voffius et fequentes *Is primo*; quod in margine edd. 27. 29. notatum erat; ad edit. 40. in qua *forte hic finus* docta manus legendum fuaferat. TZSCHVCKE. *Ifthmos* effe non poteft, ubi non eft cherfonefus, h. e. peninfula. Cum vero hic nulla peninfulae mentio habita fit, fequitur, ut nullatenus hic legi *Ifthmos* queat. Scribendum igitur reor: *Is mons parvis urbibus*, ut paulo poft: *Huc ab Idaeo monte demiffus Scamander exit et Simois, fama quam natura maiora flumina. Ipfe mons vetere Divarum certamine.* — Quod fi tibi videatur, non effe elegantiae Melae, cum paulo ante dixerit, *montis Idae*, ilico repetere, *Is mons*; cogita fieri potuiffe, ut verbum, *mons*, pofitum fuerit a lectore fupra pronomen *is*, expofitionis gratia, et poftea in contextum orationis receptum, ut in Bithynia: [1, 19, 5.] *quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant Myfius. Is flumen Rhyndacum in ea, quae fequuntur, emittit.* Sunt tamen exemplaria, in quibus non *Ifthmos* fcriptum eft, fed, *Is primo*. PINTIANVS. Pintianus in retractationibus legendum putat: *Is mons parvis.* Sic V. C. Lego: *Is mons primo parvis*, ut in quibusdam codicibus legitur. CIACCONIVS. Hic nullus fuit *Ifthmos*. Lego *Is mox*; is deinde finus. SANCTIVS *in praefatione.* Pintianus in fuis in Melam retractationibus, *Is mons.* Melius tamen, quod pace manium illius liceat, *Is mox parvis urbibus*; quam lectionem, quia propius abeft a vulgata, ut excudendum curarem, Sanctius nofter iuffit. SCHOTTVS. In quibusdam libris legitur *Ifthmos*, unde Pintianus faciebat: *Is mons.* Male. Neque enim in monte Ida urbes iftae funt, fed in priore huius finus latere, quod usque ad ima montis Idae ex-

tendi ait. Vera eſt itaque veterum codicum lectio: *Is primo parvis urbibus aſperſus eſt.* VOSSIVS. Soonus ad h. l. legit *Iſthmos*, et explicat, qui inter Elaiticum et Idaeum ſinum iacet. Sed, quod iam ſuperiores monuerunt, nullus hic eſt ſinus. Deinde, ſi ſit, priores huius ſinus partes hic deſcribit, non quae inter ſinum hunc et proximum interiecta ſunt. *Mons* et *ſinus*, prout referas, repetita languent, cum per ſe intelligantur. Languet item *mox* Schotti. Recte, opinor, locum expedivit Voſſius, cuius lectioni inhaeſi. Nempe primo concinne, ad quod referatur, habet mox: *gremio*, qua voce omnia continentur artius. Ceterum a vocibus *Is primo* cap. 50. exorſus eſt Vinetus.

Ciſthena) Cibin. *Cyſtenia*; Lipſ. *cyſtena*; Rehdiger. *cyſthena*; Vindob. Gud. Prag. *ciſtena*, ut antiquae edd. et pleraeque poſt, in iis Vinet. et Schott. Tandem Voſſius poſuit *Ciſthena*, et inde alii. TZSCHVCKE. Scribo *Ciſthena*, cum adſpiratione in ſecunda; ſive *Ciſthene* ex Strabone [13. p. m. 417. ſ. 606.] et Plinio. [5, 32. ſ. 30.] Meminit et Iſocrates in Panegyrico. [c. 41. Κισθήνην.] PINTIANVS. Receptam terminationem, etſi *Ciſthene* praeferendum videatur, tuentur libri, adſpirationem maxime auctores Graeci.

Thebe) Vindobon. *rethe*; alii *Thebe*, cum multis priſcis edd. Aliquae, in iis 8. 15. 17. 20. 23. 24. 25. Olivarianae multae, Vadianae, Vinetus etiam *Thebae;* Schottus, Voſſius alii *Thebe.* TZSCHVCKE. *Theba* dici poteſt et *Thebae campus*, ſicut *Mygdonia* vel *Mygdoniae campus*, ut in Strabone [vid. infra] *Adraſtia* vel *Adraſtiae* dicitur. VADIANVS. Scribendum *Thebes*, non *Thebe*, ex Strabone, [13. p. m. 421. ſ. 612.] Stephano, Herodoto, [7, 42.] Plinio, [5, 32. ſ. 30. in edd. quibusdam *Thebae*] Xenophonte circa finem Adſcenſus Cyri [7, 8, 4.] et lib. 4. [c. 1. ſ.] Graecarum hiſtoriarum. Meminit et

Livius in bello Macedonico. [37, 19. f.] PINTIANVS. Xenophonti, [c. l.] Polybio in excerptis, [f. 16, 1, 7. 21, 8. 13.] Livio [c. l.] et aliis eft campus Thebes, et fic docti viri legendum hic effe exiftimant. Verum errare eos docet Strabo, lib. 18. [lib. 13. p. m. 404. f. 588.] cum fcribit Θήβης πεδίον vocari etiam Theben, quemadmodum Adraftea et Mygdonia dicuntur quoque Adrafteus campus et Mygdonius campus. VOSSIVS. *Thebe* et *Thebae* paffim et alibi commifcentur, uti in Plinio c. l. quaedam edd. Sic Schol. Homeri, vulgo Didymus, ad Homer. Il. 1, 366. etfi hic cafu obliquo *Thebae* dicitur a Theba. At perperam hic *Thebe* pro *Thebes* fcriptum effe, exiftimabat etiam Valefius ad Polyb. 16, 1, 7. Vindicavit tamen vulgatam lectionem fatis valide ex Strabone Voffius, quae et in hoc nexu praeterea ferri poffe videtur.

Adramyttion) Cibin. *drimecion*; Lipf. Vindob. *adrimetion*; Rehdiger. *adrymetion*; Gud. *adrumecion*; Parif. 1. 2. 3. Vatic. 3. *adumetion*; reliqui cum fuis. Edd. 1. *adramytion*; 2. *adrymenon*; 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 14. *adrymetion*; 7. 8. 15. 17. 20. 23. *adrimetion*; 13. *adrametion*; 16. 18. 22. Vadianae, 24. 25. in uno exemplari *Adrimittium* vel *Adrimittion*; in altero ed. 25. *adrimyttion*, et fic deinceps variant Olivarianae, et in quibusdam *Adrimition*, uti et fcribunt 21. 28. Schottus *Adramittion*; antea Vinetus, poft Voffius et reliqui *Adramittion*, Boccatius de maribus f. v. *Mifium mare* vocat *andrimetionem*. TZSCHVCKE. Lego *Adramyttion* per *a* in fecunda, et *y* in tertia. Prius porro fcribebatur cum *d* in fecunda, poftea verfum in *t* dictum eft *Atramittion*, et fic fcripfiffe Thucydidem teftatur eius enarrator. [Schol. ad 5, 1.] Mos is eft Atticorum, ut in *Entelechia* et aliis vocibus Graeci notant Grammatici, qui de dialectis fcripferunt. PINTIANVS. Si quis alios auctores adeat, multas inveniet etiam variationes, quae tamen non omnes librariorum negligentiae tribui poffunt.

Ita nempe Stephanus h. v. ἡ γραφὴ διχῶς, διὰ τοῦ τ, et διὰ τοῦ δ καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ καὶ διὰ δύο. Ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τῶν ι μόνως. Vid. Euſtath. ad Il. 6, 397. p. 512, 41. ex Stephano, et quae ad hunc notavit Gavel in miſcell. obſerv. nov. T. 4. p. 227. Aliae acceſſerunt ab librariis vel editorum rationibus. Sic Strabo 13. p. m. 422. ſ. 613. et alibi. Ptolem. 5, 2. Ἀδραμύττιον, et ſic Cdd. lib. 13. in. in Strabone, ubi vulgo τ, quo etiam ex eo refert Euſtathius ad Il. 2, 556. p. 215. ſ. 284. Il. 6, 397. p. 512, 19 ſq. Apud Scylacem p. 36. Hudſ. Ἀδραμύτιον. Plin. 5, 32. ſ. 30. *Adramytteos*. Herodot. 7, 42. Ἀτραμύττειον, ubi alii δ. Xenoph. de exped. Cyri 8, 8, 4. Ἀτραμύττιον. Thucyd. 5, 1. Ἀτραμύττειον, ubi diſerte Schol. de duplici ſcriptura per τ et δ monuit. Sed quis omnia loca irrito labore colligat et enumeret. Cui lubet, conſulat praeter ſuperiora, quae notarunt viri docti ad Thucyd. 5, 1. 8, 108. Livii epitom. 49. Berkel. ad Stephanum p. 35. Cellarium in Geogr. ant. 3, 3, 23. Wettſten. ad actor. 27, 2. Weſſeling ad Antonini itiner. p. 335. et quos laudant. Numi, quorum conſtantior et certior eſt fides, in principio δ habent, in fine modo ſimplex τ modo geminatum. Vid. Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 448. Quibus ſi Codices noſtros adhibueris, inde conficietur *Adramytion*, atque ſic dedi.

Aſtyram) Vatic. Cibin. Pariſ. 1. 2. 3. Vindob. Gud. Rehdig. puto etiam Havn. Venet. *Auſtram*; Lipſ. Prag. Ciaccon. *Auſtra*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Auſtram*; Vadianus cum ſuis variat. In prima ed. (16.) habet *Aſtyram*, et ſic 18. 30. 32. 37. quibus addo 21. 28. Poſt inde ab ed. 22. *Auſtram*, et ſic edd. repetitae, et quae preſſius hanc ſequuntur, uti 34. Saling. 1538. Olivarius ut ante 24. et cognatae *Aſtyram*, quod poſt manſit.

Vinetus *Astyrum* ex vitio. TZSCHVCKE. *Astyra* non *Astyram.* Est enim neutralis generis. PINTIANVS. Ex traiectis literis *Austra* in libris prodiit, ut alibi *praelatus, fulmina* pro *praealtus, flumina.* Cf. 1, 5, 4. Infra in f. *altera* pro *latera.* Ἄστυρα enim in auctoribus, veluti Strabone 13. p. m. 407. f. 591. et passim, qui et τὰ praeponit, et Stephanus diserte οὐδετέρως dici monet. Vnde probanda est Pintiani emendatio, a qua, cum non alieni sint libri, melius recipiendam putavi. In Plinio 5, 32. f. 30. est *Astyre*, sine dubio vitiose.

Chrysam) Vatic. 1. Cibin. Paris. 1. 2. 3. et ex silentio Venet. Havn. *Cressam*; Vindob. Gud. Bonon. *cresam*; Ciaccon. *cresan*; Lips. Vatic. 3. Prag. *cresa*; Rehdiger. *cessam.* Edd. 1. *cryssam*; 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. *cressam*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 30. 32. 37. *Eressam*; 15. 17. 20. 23. et quae posteriorem Vadiani (22.) referunt, in iis Saling. 1538. *Teressam*; 21. 24. 25. 26. 27. 28. Olivarianae omnino, Vinetus *Etessam*; Schottus et hinc Vossius aliique *Chrysam.* TZSCHVCKE: Scribo *Eressam.* Vnde Plinio [5, 32. f. 30.] *Eressii*; hac ipsa parte. BARBARVS. Legendum *Adramittium*, *Astyram* et *Eressam.* Notissima illa oppida sunt. VADIANVS. Lego *Chrysam*, non *Eressam* ex Strabone [13. p. m. 421. f. 611.] et Stephano, Plinio quoque lib. 5. [c. 32. f. 30.] *Thebe*, inquit, *Astyra, Chrysa*; ut vitandus sit Hermolai error, qui in Pomponio *Eressa* legit, non *Chrysa* in lib. 5. Pliniarum castig. c. 30. PINTIANVS. *Eressa*, quod ex Plinii *Eressiis* elicitur, pertinet ad *Eresson* Lesbi, nec *Eressii* habent libri, sed *Eresii.* Quare *Erezii* reposuit Harduinus, quos in hoc tractu habitasse docuit pluribus Harduinus. At *Teressa*, quod in altera editione Vadiani legitur, et ab aliis temere exceptum est, ut eius nota docet, operarum errore irrepsit, invito Vadiano. Remanet *Chrysa* in hoc tractu nobilis, quam cum prioribus coniunxit etiam hic Plinius c. l.

continet) Lipſ. *continentur*, quare etiam oppidorum praecedentium nomina caſu recto edidiſſe videtur. Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. *continent*, ut edd. 1. 2. 11. 15. 17. 20. 23. et hinc ita, opinor, in Vaticanis. Aliae, uti iam 3. 4. 5. 6. — et poſt *continet*, quod accommodatum eſt. Poſt *latere* excidit in Vindob.

Antandrum) Vindob. Rehdiger. *athandrum;* Lipſ. Gud. et ed. 13. *Antandron*, quod recepi. Sic alii, et *Antandros* etiam in tab. Peuting. 9. D. ut apud Plin. c. l. Poſt Prag. *aſchanium;* Lipſ. *pelagis.* Verba: *Duplex cauſa nominis iactatur* a gloſſa eſſe et redundare putat Schottus.

ab his) Sic Codd. A. Gronov. et ex meis Cibin. Vatic. 1. Lipſ. Rehdig. Pragenſ. cum edd. antiquiſſimis. Poſt pleraeque, ut 11. 12. 13. 14. 15. — *ab iis.* Prius primus revocavit Reinoldius ſequente A. Gronov. inde ab ed. 44. et aliis. Mox Cibin. *exegerant*, quod quidem ferri poteſt, ſed non aliis invitis admittendum.

Hinc hi) Prior vox abeſt a Cibin. et edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. et deinceps omnibus ad 42. inde a 44. *Hinc hi.* Poſterior vox deſideratur in Leid. Perizon. a prima manu, A. Gronov. Vatic. 3. Lipſ. Vindob. Gud. (*a Antandrum*) Prag. et in edd. pleriſque etiam Reinoldianis; habet enim ann. 1775. Vtramque ponunt Vatic. 1. Venet. Mediol. Voſſ. 5. et edd. 15. 17. 20. 23. et inde ab ed. 44. noſtrae edd. iterum inſtaurarunt. TZSCHVCKE. Hanc periodum non Melae, ſed alicuius otioſi interpretis manum olere exiſtimabat Avus lib. 1. obſerv. c. 16. p. 133. A. GRONOVIVS. Neque ego valde reluctabor. In hac enim adſtricta libri brevitate ad interpretis loquacitatem diffunditur. Talia nempe parce et delibando attingit. Sed ſi retineantur, utraque vox adeſſe debet. Prior enim

facit ad nexum argumentationis, posterior ad obpositionis modum. Lips. post etiam hic *Antandron* cum ed. 13. Vindobon. Rehdiger. *athandrum.* Pro *illi quasi* Prag. *alii quasi.*

§. 3. *tangit)* Vossius ex quibusdam libris, ex suo Ciaccon. *cingit* adferunt. Mei nihil variant, nec editiones. TZSCHVCKE. Legendum *cingit.* Sequens litoris tractus cingit ista duo oppida, quia in promuntorio erant sita. VOSSIVS. At non opus est, vulgatam mutare, quae bene habet. Vltra alterum enim superioris sinus latus progressus auctor, quae ante proximum prope litus iacebant, nunc adtingit.

Gargara) Conveniunt in hoc libri. Tantum inversis literis Vindob. *gragara.* Mox autem Vatic. 1. Paris. 2. 3. Cibin. Lips. Gud. Rehdiger. Vindob. Prag. *Assona*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. et olim Boccatius c. l. Post *Asson* ut alii Codices, ex iis Paris. 1. TZSCHVCKE. Scribo *Asson* non *Assona.* De *Asso* Plinius, [5, 32. s. 30.] Strabo, [13. p. m. 420. s. 611.] Ptolemaeus, [5, 2.] omnes. BARBARVS. Nulla dubitatio. Τὸ *a* ex proximo vocabulo adtractum.

Aeoliorum) Plerique Codd. Vossii *Aetolorum*, et parvo discrimine Paris. 2. 3. Gud. Boccatius c. l. *Aetholorum;* Lips. Rehdiger. Vindob. Prag. *etholorum;* in Vaticanis fuisse videtur *Aetolorum;* Cibin. et Codex in edd. 27. 29. *Aeolorum;* Paris. 1. cum Vossio, consensisse videtur in *Aeoliorum;* Venet. et Havn. cum suis. Edd. 1. 2. 9. *Aetholorum;* 11. *etholorum;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. reliquae cum Vadianis, Olivarianis *Aetolorum;* Vinetus *Aeolorum;* Schottus *Aeolum;* Vossius et reliqui *Aeoliorum.* TZSCHVCKE. *Aetolorum.* Lege *Aeolum colonias,* ex Strabone, [13. p. m. 420. s. 610.] etsi Asson a Methymnaeis deductam tradat ex auctoritate

Myrsili; Stephanus verò a Mitylenaeis ex Alexandro Cornelio. Praeteriit hoc Hermolaum, qui in libro 5. castigat. Plin. *Aetolorum colonias* in Pomponio legit, non *Aeolum*. PINTIANVS. Forte ex Strabone lib. 13. p. 420. legendum *Milesiorum*, aut *Aeoliorum*. Pintianus legendum putat *Aeolum*. Vid. Vellei. 1, 4. extr. CIACCONIVS. Addi etiam potest Pausan. 6, 4. p. 462. qui Aeolensium hic mentionem facit. Sed diserte Hellanicus apud Strabonem c. l. Asson Aeolicam urbem dixit. Hinc recte Vindingius in Hellene (v. Gronov. thes. Vol. 11. p. 436.) Asson in Aeoliorum coloniis recenset, sed minus recte Melam cum vulgata olim lectione Aetolorum testem advocat. Nulla igitur dubitatio de emendatione facta, cum praeterea et codices optimi accesserint. Ita vero *Aeolis* et *etholis* miscentur in libris Livii 37, 8, 5. Forma *Aeoliorum* supra ex Velleio c. l. probata est.

Ἀχαιῶν λιμὴν) Mire distorquetur prior vox. Vatic. 3. *achacho;* Paris. 2. *acacho;* Venet. Gud. *achacon;* Lips. *acachon;* Prag. *achato;* Cibin. Vindobon. Rehdiger. uti Boccat. c. l. *Acheon;* Vatic. 1. puto etiam Paris. 1. 3. *Achaeon.* Edd. 1. 2. 9. *acaton;* 11. *Acheton;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Alchaeon;* 3. 4. 5. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. reliquae *achaeon;* aliquae *acheon;* posteriores Graecis literis utrumque Ἀχαιῶν; Vadianae Ἀχεῶν λιμὴν. Plinio 5, 33. s. 30. Latina interpretatione *Achaeorum portus*.

ab Ilio) Lips. *ylio;* Gud. Prag. Paris. 1. 3. ut edd. 1. 9. 13. *illo,* ut 3, 9, 8. *ea* pro *Eoa,* et alibi similia. Pro *urbe* Rehdiger. *urbs.* Pro *excidio* Schottus dedit *exscidio,* quae voces in libris non raro permutari solent, ut propria in adpellativa transire. Vid. ad 2, 3, 1. ad *Peneus,* et de altero Drakenb. ad Liv. 5, 15, 9.

*Hic Sigeum**) Rehdiger. *Hinc,* uti paullo post, quod et fit alibi in pluribus. Cf. ad 1, 5, 3. Idem

Sygeum, ut edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. Lipſ. etiam in margine, cum in textu ipſo habeat *Sigeum*; Camertinae, Vadiana prima, Olivarianae cum 24. *Sigaeum*. Sed *Sigeum* aliae recte, etiam antiquiſſimae, uti et ſcribendum bene monuit Pintianus. In Graecis enim Σίγειον. Per *ae* tamen idem vitium olim obſederat Nepotem 12, 3, 4. ubi vid. Staverenus. Sic Ovid. epiſt. 16, 21. in ed. Burman. operarum negligentia, cum alibi recte efferatur. Pro *Achivorum*, uti fit, Cibin. *achyvorum*.

Idaeo) Gud. Prag. edd. 2. 6. 15. 17. 20. 23. *Ideo*, *e* pro *ae*, ut fit ſaepe; Lipſ. *ydeo;* Rehdig. *hydeo;* ed. 7. 10. Poſt *demiſſus* omittit Venet. et pro eo Lipſ. Gud. Prag. *dimiſſus*, nota commutatione. *Exit* in ed. 35. (Schotti) expulſum eſt. Neſcio cur. Idem enim fere dicit Plinius c. 1. *Portus Achaeorum, in quem influxit Xanthus Simoenti iunctus.* Mox pro *Simois* Lipſ. Rehdiger. edd. 2. 9. 11. *Symois;* Prag. *ſi mous*.

§. 4. *Divarum*) Rehdiger. *et Divarum;* poſt *memoratur*.

quam in aliis — oſtentat) Variatio haec: Voſſ. 2. *aliter, quam aliis ſolet, aſpici oſtentatque;* Lipſ. et edd. 2. 9. *aſpicit*. Hinc ſubiiciunt diſtinctionem maximam et literam maiusculam, quod et reperitur in aliis MSS. Poſt Lipſ. *oſtentantur;* Vindob. *oſtentant*. Vulgata et lectio et diſtinctio bene habet. Rebus enim tribuit rerum uſum, actum ponit pro eventu. Sic 2, 2, 2. *Haemos in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Hadriam ex ſummo vertice oſtendat.* Cf. 1, 10. f. Et ſic alia.

Namque) Vindobon. *nuncque*. Freinshemius in indice Curtii ſ. v. *Ida* hunc locum ſic legendum indicat: *Namque ſummo vertice* — et quid inter utramque lectio·

nem interſit cognoſci poſſe addit, ſi quis eas cum Supplementi Curtiani loco 2, 1, 11. et auctoribus, unde excerpta illa narratio ſit, attente conferat. Ad marginem ſubplementorum, quibus hanc narrationem intexuit, laudat Melam, Lucretium 5, 662. et, unde Noſtrum ſua hauſiſſe putat Weſſelingius, et hic antea Voſſius, Diodorum 17, 7. At nihil in illis invenitur, quod Freinshemii emendationem ſuſtineat. Immo *ſpeculari*, quod pro ſpectare paſſim ponitur, in hoc nexu eſt proſpectare, et a Mela ex Alexandri expeditione eiusque militum obſervatione latius ad omnes, qui in illo monte eo tempore conſtiterint, extendit.

ſparſi — micare) Voſſius ex optimo ſuo Cod. adfert: *ſpargi ignes paſſimque micare.* At id de ſolo ſuo A. Gronv. adfirmat, de Voſſiano: *ſparſos ignes paſſim micare;* ex ſeptem aliis notat: *ſparſi ignes paſſim micare.* Qui ex meis disſentiunt a recepta lectione, hi ſunt: Vindobon. *ſparci;* Prag. *ſpargi — paſſimque,* quod et Pariſ. 2. habuiſſe videtur; ex Pariſ. 1. et 3. notatum erat *paſſim micare;* alii, in iis etiam Zaluſc. *ſparſi — paſſim —* uti edd. Tantum 9. *ſparſos.* Voſſius dedit: *ſpargi ignes paſſimque micare,* quod retulerunt edd. 40. 41. 42. Reinoldius cum ceteris antiquam lectionem reduxit. TZSCHVCKE. Alii libri aliter habent. Sed vera eſt optimi Codicis [Voſſ. 1. at v. ſupra] lectio: *Pene a media nocte ſpargi ignes paſſimque micare.* VOSSIVS. At vulgata et a plerisque Codd. adiuta adſtrictiori brevitate et concinniori rem narrat.

ſe) Lipſ. *ſeſe.* Non male. Poſt idem *videtur,* neglecta lineola illa; Rehdig. *unum* pro *una.* Venet. *ardeat,* ut de *flamma* voluerit intelligere. Vindob. *diu cum.*

ſimilis) Voſſ. 1. uti notat A. Gronov. ad 2, 2, 4. cum Cod. Cibin. *ſimul.* Prag. *ſolis;* atque ſic mavult

pro *ſimilis* Ciacconius. Minus bene et invitis libris aliis omnibus. Agitur enim de ſolis comparatione. Boccatius etiam de montibus ſ. v. *Ida*, ubi totum fere locum repetiit, legit: *grandi incendio ſimilis. Simul* autem et *ſimilis* alibi etiam paſſim commutantur, de quo ad 2, 2, 4. Nihil mutandum eſſe melior nexus et ratio poſtulat. A verbis *Ea cum* — cap. 52. incipit Vinetus.

Diu is) Rediger. Gud. *diu. Is.* Et ſic aliquae edd. poſt *diu* diſtinguunt. Sed ſic ſaepe diſtinctionis ſigna in libris vetuſtis fluctuantur, hic quidem languida oratio reddatur, ſuperioribus hac adpendice oneratis. Pro *is* libri quidam et prima ed. Vadiani ut 18. *his*, ut ſaepe. Alia ex libris notata haec ſunt: Antea Gud. *effluxit* pro *effulſit*, poſt Vindob. *e terris;* Cibin. Rehdiger. et forte alii ut edd. 1. 3. 11. *adnexus,* quod dedi.

deinde) Gud. *dein*, quod in ed. 44. poſuit ſuadente Ciacconio A. Gronovius, poſt iterum abiecit. Vindobon. *palatim;* Lipſ. *discreſcens;* Pariſ. 2. cum Prag. omittit *iam*, ut Vindob. *ſol;* Venet. *factus ſol.*

§. 5. *ſinum)* Vindob. *ſinus.* Sed ad proximum unice pertinent ſequentia.

Rhoetea) Ciaccon. Gud. *Roethea;* Vatic. 1. Cibin. *rhoethaea;* Rehdiger. *rhetea;* Lipſ. *rethea;* Prag. Vindob. (hic etiam praepoſito vocabulo *litora*) *rethea.* Sic edd. nomen agunt; 1. 2. 9. *rhethaea;* 11. *rhethea;* 15. 17. 20. 23. *rhetea;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. et pleraeque aliae poſt *Rhetaea.* Idem expertum eſt nomen cognatum. Vatic. 1. *Rhytaeo;* Cibin. *rhyteo;* Gud. *rhiteo;* Rehdig. *ritheo;* Prag. *a rothea;* Vindob. Zaluſc. *a retheo;* Lipſ. *Rhaeteo.* Ita edd. ut nugarum ſummam complectar, *Retheo, Rhethaeo, Rhetaeo, Rethaeo, Rhoeteo,* uti iam 13. et poſt meliores. Reinoldius praemiſit *a,*

quod abſens non deſideratur. Ex Graecis Ῥοίτειον notum, uti iam monuerat Pintianus. Pro *Dardania* Vindobon. *dardanice.* *Tamen* deeſt in Rehdiger. Prag. et Pariſ. 2.

Ab his) Rehdiger. *et ab his.* Ed. 18. *iis* nota commutatione.

arctius) Vindob. *atrotius;* Cibin. *arcius* ex pronuntiatione promiſcua; alii *arctius* ut edd. vel *artius,* in his Gud. Ita poſui. De cauſa ad 2, 2, 7.

alluit) Codd. plerique cum edd. *abluit.* Voſſius et proximi *adluit,* uti Cibin. praeter Reinoldium et Kappium, qui maluerunt *alluit,* quod ex Voſſ. 1. et 2. refert Oudendorp. ad 1, 4, 4. Praetuli *adluit,* ſcriptura magis antiqua et ex qua ſolemnis iſta confuſio facilius intelligitur, de qua ad 1, 4, 4. In Cod. Lipſ. inverſo ordine *terras abluit.* Ceterum A. Gronovius malit *abigit,* ut 1, 1, 4. At non eſt neceſſe, immo nec bene ferat *dividens.*

Helleſponti) Gud. *heleſponti;* Prag. *cleſponti;* idem poſt *fundit;* Rehdig. *binum* pro *obvium.* TZSCHUCKE. Abeſt in antiquis MSStis *littus.* Omnino ita legendum et diſtinguendum eſſe exiſtimo hunc locum: *Ab his fit arctius mare, nec iam adluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto Helleſponti freto obvium fundit. Obvium* nempe mare. Quod ſi *littus* retinendum ſit, tamen ea, quam dedimus, vera manet diſtinctio. VOSSIUS. Nempe olim verba: *ſed rurſus* — *fundit* continua ſerie ſe excipiebant, aut poſt *freto* diſtinguebatur. De diſtinctione bene monuit, at *litus* minus bene, ſi vera tradit, ex ſuis MSStis exſulare iubet.

facitque) *que* omittit Cibin.

latera) MSS. A. Gronovii, Cibin. Lipf. Vindob. Venet. Havn. Gud. Prag. Rehdiger. *altera.* (Voff. 1. etiam *fit.*) Ex Vaticanis et Parifienfibus nihil notatum erat. Edd. omnes *latera;* tantum Vinetus *alterae* cum afterifco, qui etiam in margine invenitur, fed fine ulla explicatione. TZSCHVCKE. Lege *quam fuerant, latiores fint.* Afia enim ibi latiffima eft. Supra lib. 1. c. 2. *Rurfus expanditur et fit tam lata, quam fuerat.* Et lib. 2. c. 6. de Hifpania: *Hic iam terrae magis in altum eunt, latioremque, quam fuerat, Hifpaniam faciunt.* Vel *latus* dicit effe Afiae Propontis et Pontus, propterea quod Afiae minor frons fit. Dicit itaque, qua fluit mare, latus effe alterum Afiae. quod refpondet Cariae, Lyciae, Pamphyliae etc. CIACCONIVS. Leg. *quam fuerant, latiora fint.* SCHOTTVS. Et haec quoque Pintianus [?] et alii mutant, cum tamen melior fit haec lectio, atque ifta, quam ipfi fubftituunt. Recte hic dicit, terras denuo fieri latera. Quamvis enim omnibus fere corporibus et figuris latera aliquando tribuantur, attamen, qui magis proprie loquuntur, a fimilitudine corporis humani, eas tantum formas dicunt latera habere, quae utrimque oppofita crura paria habent et aequalia. Itaque non tantum fluminibus, quorum litora fimilia fibi invicem et prorfus parallela funt, verum etiam ὠοειδέσι, uti navibus et fimilibus latera tribuunt, quae, quamvis non funt parallela, funt tamen fimilia. Talem effe Propontidis figuram, nemo eft, qui ignorat. Ipfe Mela fuperius: [1, 3, 1.] *Qua Propontidi et Hellefponto latere adiacet, contrariis litoribus Afiae non oppofita modo, verum etiam fimilis eft.* VOSSIVS. Equidem ex traiectione hic iterum in libris *altera* fcriptum effe pro *latera* arbitror, locumque ex lib. 1. c. 3. §. 1. inluftrari.

CAP. XIX.

Codices ſine titulo, plerique etiam ſine intervallo hoc caput ſuperiori adnectunt. Idem invenitur in priſcis editionibus, tantum aliquae paragraphi ſigno, quo et in minoribus ſegmentis utuntur, diſtinguunt. *Bithinia* in latere ponit 13. in fronte primus, facto intervallo, Camers et inde cum ſuis Vadianus et addito numero (c. 19.) Olivarius, Schottus illorumque ſectatores. Sed iidem totum caput in tres omnino partes deſcripſerunt, de quibus poſt ſuis locis. Voſſius continua ſerie propagatum inſcripſit: *Bithynia, Paphlagonia, aliaequae Ponticae et Maeoticae gentes in ora Aſiatica*, quam rationem ſecuti ſunt Gronovii et recentiores, praeter Reinoldium, qui ad ſuperiorum deſcriptionem redire maluit. Ego, ut in re levi receptum a noſtris ordinem turbarem vel immutarem, committere nolui. Ita cap. 19. hinc producitur.

§. 1. *Interius*) Forte *ulterius*. Nam *interius* mediterranea ſignificat, ut ſupra c. 6. *Interius et longe ſatis a litore*. Et 2, 1. *Interius habitantium ritus aſperior*. Apud Servium [ad Virg. Aen. 5, 373.] Salluſtius: *Igitur introrſus Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt et maior Phrygia*. Plinius lib. 5. c. 32. [ſ. c. 43.] CIACCONIVS. Quod poſuerat, ipſe poſt deiicit. Quis vero negat, ita *interius* dici, vel quis aliter hic a Mela intelligi, cum obponat *in ora*. Sic 1, 8, 3. et 4. *Orae ſic habitantur* et *interiores*; cf. 2, 1, 12. 4, 2. 7, 15. Ipſa autem verbi vis pendet ex nexu verbisque vel adiunctis vel obpoſitis. Sic 2, 7, 10. *interius* de remotiori, medio mari dicitur. Sic quod ab extremis finibus longe remotum eſt, interius vocari poteſt, et ſic vocari docet Daviſius ad Iul. Caeſ. de B. G. 2, 2. in. ubi *interior* et *ulterior* in libris etiam mutantur. Sic Plinius c. l. *Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni*. Recte igitur accepit Hiſpanus interpres Gonzalez de Salas: *eſtan mas mediterraneos*. At in

nota sequente ipse illam emendationem abiecit Ciacconius. Pro *Bithyni* multi Codd. ex more *Bithini;* Gud. *Bitini;* Prag. *Buthinii;* ed. 11. *Bythinii.*

Mariandyni) Lipf. Cibin. Gud. ut edd. 1. 2. 9. 15. *Mariandinei;* Vindob. *Meriandinei;* Parif. 1. 2. Prag. *mariandanei;* Rehdiger. *margandines.* Ed. 32. vitiofe *Muriandynei;* reliquae inde a 5. ad Vossium *Mariandynei;* ille enim primus posuit *Mariandyni*, quae forma mansit. Atque ita Parif. 3. habuisse videtur. TZSCHVCKE. *Mariandini* Herodoto [1, 28. 3, 90. 7, 72. at vid. ibi] et Ptolemaeo [5, 1. per η] appellantur. Stephanus Μαριανδυνία χώρα. Sed dictio *Mariandynei* adiecta videtur ex cap. 2. Et hoc capite, cum de Ponto agit, *in eo,* inquit, *primum Mariandyni urbem habent.* Legendum autem videtur, *Interius Bithyni sunt. At in ora Graeciae.* CIACCONIVS. *Mariandynei)* Vereor, ne legendum sit *Mariandyni* ex Graeca scribendi consuetudine. Recte infra lib. 2. c. 7. *Thymnias Mariandynorum finibus proxima, quam Bithyni incolunt.* Strabo quoque lib. 8. [p. m. 258. f. 345.] ἐκεῖ γὰρ ὀνομάζουσι Καυκωνιάτας τινὰς Μαριανδυνοῖς ὁμόρους, καὶ αὐτοὶ Παφλαγόνες εἰσί. Sic Apollonius Rhodius. [2, 140. et alibi.] Et Dionysius Afer [v. 788.] καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον. Orpheus Argonauticis [v. 742.] in eadem voce corruptus, Ἠχί τε Μαῦροι ἔσαν Μαριανδούροισιν ὅμουροι. Leg. Μαριανδύνοισιν ὅμουροι. Apud Ptolemaeum [5, 1.] autem, ne quid dissimulem, Μαριανδηνοὶ repperi. SCHOTTVS. Terminatio in νοι constat, at penultima in primis varie agitatur. Sic Μαριανδηνοὶ Ptolem. 5, 1. Herodot. 3, 90. ante Wesselingium, Codex Mosc. cuius conlationem inspiciendam concesserat benevolentia Matthaei, in Orphei Argon. v. 782. loco corrupto, ubi praeter Schottum ad h. l. etiam Holsten. ad Stephanum p. 199. in Μαριανδύνοισιν mutandum censuerat. Hinc forte Mariandenam regionem vocat Ammianus 22, 8., Apud

Xenoph. de exped. 6, 2, 2. Herod. 7, 72. libri quidam et Schol. Nicandri ad Alexipharm. v. 15. Μαρυανδηνοὶ; in hoc Cd. Goetting. in penultima habet ι. Sed fcripturam per η refutavit Euftathius ad Dionyf. v. 787. Tum alii in penultima ponunt *i*, ut *Maryandinus finus* Plin. 6, 1. *Mariandini* reliquit in Hygino fab. 14. p. 46. Munckerus, quia fit folemne Hygino et librariis. Et fic per *i* quidam in Plinio 6, 1. Plerique tamen iique praeftantiores auctores fcribunt in penultima per *y*, uti Strabo c. l. et 7. p. m. 204. f. 295. 12. p. m. 373. f. 541. et alibi, Scylax p. 54. Hudf. Apollon. Rhod. c. l. et paffim Dionyf. c. l. aliique. Quod enim Voffius ad Scylacem c. l. dicit in fine per η et ι fcribi, hoc fuo fibi iure fumit. De η et ι fupra monitum eft, quorum commiftio vel ex depravata Graecae linguae pronuntiatione orta videtur, vel ex fcribendi compendio, unde forfitan in Herodoti editionem Gronovii inlata eft illa variatio. Cf. 1, 28. 3, 90. 7, 72. ubi Weffelingius et Reizius υ habent. At ne rem tenuem magis obruam, qui plura defideret, adeat Pinedo ad Stephan. p. 199. et Zeunium ad Xenoph. Cyrop. 1, 1, 4. p. 8. praeter interpretes fuperiorum locorum.

in ora) Legendum videtur: *Interius Bithyni funt. At in ora Graeciae* — CIACCONIVS. Nihil mutandum in vulgata, quae et ex ufu Latinorum in tali nexu praeftat, et hic verbum *funt* cum utroque membro artius continet. Poft, ex more, *Abidos* quidam Codices, ut Vindob. Prag. Gud. etiam ed. 6. Sic iidem Codd. poft, ubi et acceffit Cod. Rehdiger. qui hic recte fcribit; item edd. 7. 8. uti contra 6. Sic Prag. *Lampfachum;* Vindobon. *Lampafcum;* Cibin. *Lamfacum*, atque iidem etiam poft; Gud. *Lamfatum*, poft *Lampfacum*. Schottus terminatione mutata, quod ante fuaferat Pintianus, *Lampfacus*. TZSCHVCKE. Legendum *Lampfacus*, non Lampfacum ex geographis omnibus gregatim, praeter

Plinium, [5, 40. et alibi] in quo idem error. Item ex Thucydide, [8, 62.] Athenaeo, [1, 23. p. 29.] Demosthene, [Olynth. 2. sub f.] Apollonii quoque Expositores, [ad 1, 933.] *Lampsacos*, aiunt, *Pityea appellabatur*. Et Valer. Flaccus lib. 2. [v. 624.] *transmissaque puppi Lampsacos.* Ovidius quoque primo Tristium [10, 26. cf. 5, 345.] *Et te ruricola Lampsace tuta Deo.* PINTIANVS. Lege *Lampsacus.* Livius lib. 33. [c. 38, 3.] *Smyrna et Lampsacus libertatem usurpabant.* At Nonius Marcellus ex Cicerone in Verrin. act. 2. [1. c. 24.] *Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis Asiae provinciae clarum et nobile.* Vbi altera est scriptura. CIACCONIVS. *Lampsacum* omnes veteres libri, uti quoque mox infra *Cyzicum*, non *Cyzicus*. Saepissime enim Romanis nomina urbium, quae in *os* desinunt, neutrae fiunt terminationis. Ita quoque Cicero. [c. l.] VOSSIVS. In Cicerone, ut hic, sine variationis indicio *Cyzicum* in casu recto, nec aliter in Plinio. De aliis auctoribus certi nihil adfirmari potest, quia in iis casu obliquo occurrit. Graeci, quos et nummi Graeci sequuntur, Κύζικος. Cf. Eckhel in doctr. num. P. 2. Vol. 2. p. 453. Et sic recte monuerunt Pintianus et Ciacconius. Attamen cum Latinos utraque terminatione usos esse libri quidem doceant, nihil mutandum censeo. Sic post *Cyzicum*, et 2, 6, 6. *Saguntum*, etsi non negem, usitatius esse alterum. Cf. ad 2, 4, 8. *Metaurum.* Ceterum hinc cap. 53. exorditur Vinetus.

et Parion) Τὸ *et* omittit Vindob. et ex edd. Vadianae, Olivarianae, 21. 24. 28. 31. (Vineti) 35. (Schotti) 39. (Vossii.) Addiderunt post Gronovii aliquibus libris addicentibus. Cf. ad 1, 2, 5. et 2, 7, 16. Ita repetitur 2, 7, 5. ante *Paphos*, ubi plures MSSti omittunt. Pro *Parion* Paris. 2. Venet. Prag. Bonon. *Pirrion.* Post Paris. 2. *Piapas;* Paris. 2. et Prag. *magis quondam*, et Vindob. *commercium.*

Lampſacum) De eo antea. *Phoceis* inde Codd. quidam et edd. etiam Ald. et Iunt. more frequenti. Tum Pariſ. 2. Prag. *appellacionibus* pro *appellantibus.* Prag. *eo quod conſulentibus;* Gud. *tetenderent;* Cibin. *ibi primum;* Vindob. *vobis primum;* idem et Gud. *fluxiſſet* pro *fulſiſſet.*

capeſſere) Sic MSSti A. Gronovii, Cibin. Pariſ. 3. Rehdiger. et alii ex meis. Tantum Gud Prag. Vindob. *capeſcere,* uti edd. 1. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 15. 17. 20. 23. Atque ita Vaticani habuiſſe videntur. *Capeſſere* dedit Camers; Vadianus et Olivarius cum ſuis, etiam 21. 24. 28. 35. 39. 40. 41. 42. 43. 44. *capeſſerent,* a qua lectione non alienos fuiſſe opinor Pariſ. 1. et 2. Vinetus *capeſſere,* quod in ed. 45. inſtauravit A. Gronovius et reliqui probarunt. *Capeſſerent* non repugnat quidem Latinitati, cum in reſponſo inſit monitum vel iuſſum, et ſic in ſimili nexu poſuerit Tacitus Annal. 12, 63. in. et alibi ſaepe poſt verba ipſa iubendi, imperandi, hortandi particula *ut* omittatur, ut docuerunt Drakenb. ad Liv. 37, 49, 1. et Oudendorp. ad Frontin. 1, 4, 7. At quia alterum volunt Codices et, ſi reſponſum per ſe intelligas, minime repugnat, receptam lectionem iterum immutare dubitavi.

§. 2. *Granicus)* Prag. *Granichus.* Edd. 7. 8. *grandis.*

qua primum — pugna fuit nobilis) Venet. *quae primum pugna inter — nobilis;* Lipſ. *qua primum pugna — nobilis;* Pariſ. 1. *pugna quae primum; —* Pariſ. *effunditur primum;* Pragenſ. puto etiam Pariſ. 2. *qua primum — pugna —* atque ſic optimos Codices ſua quidem fide legere adfirmat Voſſius; plerique alii ex meis, veluti Cibin. Rehdiger. Gud. Vindob. quibus adponere licet Vaticanos, *pugna quae primum — nobilis.*

Et ſic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. omninoque omnes ad Voſſium, qui primus dedit, *qua primum inter — pugna fuit u.* auſcultantibus ceteris. TZSCHVCKE. Ita optimi Codices. Quam locutionem probam eſſe, norunt, qui Latine ſciunt. VOSSIVS. Lectio ſuperiorum editionum ſtare omnino nequit, cum nihil ſubiiciatur, quod prius explicet, ſed tantum aliquid forte loco adiunctum commemoretur. Aut igitur legendum eſt *pugna qua*, vel quod magis ad aurium ſenſum facit, recepta lectio retinenda, quod, cum et Codices ſuos habeat, feci.

ſedet in) Cibin. Voſſ. 1. *ſed in.* *Peninſulae* libri ſcripti et editi plures ex more; Vinetus *paeninſulae.* Habent tamen Rehdiger. Gud. Cibin. Prag. *pene inſulae*, quod eſt in ed. 11. et primum dedit Vadianus in ed. 16. poſt iterum A. Gronovius in ed. 41. poſuit cum aliis. Reinoldius *paene inſulae.* Sed haec variatio tam crebro in Mela obiicitur, ut faſtidioſum ſit de ea referre. Cf. ad 1, 16, 2.

Cyzicum) Vindobon. *cizicum;* Cibin. Rehdiger. *zizicum;* Gud. *cizinm;* Prag. *cizichum.* Ex edd. 2. *cynsicum;* 9. *zynzicum.* Sic poſt Rehdiger. *zyzigus;* Vindob. et edd. 7. 8. *cizicus;* Gud. *cizitus;* Prag. *cizichus.* Ed. 9. *cynzicus.* TZSCHVCKE. Idem error cum proximo. Legendum enim *Cyzicus*, non *Cyzicum*, quod praeter omnes, qui de ſitu orbis tractant, vel Ovidii verſus illi proclamant lib. 1. Triſt. [10, 29.] *Atque Propontiacis haerentem Cyzicon oris, Cyzicon Haemoniae nobile gentis opus.* Et Propertius lib. 3. [22. ſ. 21, 1.] *Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.* PINTIANVS. *Cyzicus* legendum. Vide Stephanum. CIACCONIVS. Poterant facile plures de hac terminatione excitari, quibus et ſuffragantur numi. Qui in aliquo caſu proferunt, eandem generis notatione probant. *Cyzicum* tamen in caſu recto etiam Plin. 5, 40. ſ. 32. et Florus 3, 5, 15.

libris minime discrepantibus. Probavit etiam ſimpliciter Voſſius. Sic antea *Lampſacum* terminatione item rariori, ubi vid. not. Quare et hic Codices ſequendos putavi.

Minyis) Lipſ. Cibin. Gud. Rehdiger. *Miniis;* Vatic. 3. *minis;* Prag. *minimis;* Vindob. *minus.* Ed. 1. *miniys.* Ante Vindobon. omiſit *quem.* Poſt *accipimus* alterum exemplum ed. 25. pro *accepimus*, quae variatio alibi in pluribus libris occurrit. Cf. ſupra ad 1, 2, 5.

Placia) Lipſ. Pariſ. 3. Venet. *Plagea;* Cibin. Rehdiger. Bonon. *Plagaea;* Pariſ. 2. Gud. *Plagaca;* Vatic. 3. Prag. *Plagacha;* Vindob. *plaga;* Pariſ. 1. *Plageria.* Edd. 1. 2. 5. 9. 11. 15. 17. 20. 23. *Plagea;* 3. 4. *Plagaea;* 6. 7. 8. 10. reliquae *Placia.* TZSCHVCKE. Vetus lectio et Plinius [5, 40. ſ. 32.] et Herodotus [1, 57.] *Placia.* BARBARVS. *Plagea* habet etiam Boccatius de fluminibus ſ. v. *Miſius*, et de maribus ſ. v. *Propontis.* Sed *Placia* bene habet.

Scylace) Vindob. Venet. Bonon. Pariſ. 1. puto etiam Vatic. *Sidace;* Lipſ. *ſidace;* Cibin. (etiam *ut* pro et) Pariſ. 3. *Scydace;* Rehdiger. *Sydace;* Gud. *Scidace;* Prag. *ſidice;* Carrion ad Valer. Flacc. 5, 36. ex veteri Cod. Pomponii adfert *cylace.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cylace;* 15. 17. 20. 23. *ſidace;* 6. 7. 8. 10. ceterae *Scylace*, uti recte emendaverat ex iisdem auctoribus Barbarus. Graecis Σκυλάκη. Pro *Pelaſgorum* Prag. *peliſgorum;* Lipſ. *per pelaſgorum.* Ceterum a voce *Poſt* cap. 54. incipit Vinetus.

Myſius) Vindob. Prag. Pariſ. 2. *miſius;* Lipſ. *miſſius;* Rehdiger. totum locum ſic fingit: *vocant Aliſius flumen Myſius flumen;* alii ut Vatic. Cibin. *Myſius.* Edd. antiquae quaedam *miſius;* 15. 17. 20. 23. *Myſus.* TZSCHVCKE. Cum Strabo lib. 12. [p. m. 395. ſ. 574.] Plinius lib. 5. [c. 40. ſ. 32.] Ptolemaeus etiam lib. 5. [c. 1.] Stephanus, [ſ. v. Ὄλυμπος] Theophraſtus quo-

que lib. 4. [c. 6. extr.] de ſtirpibus uno omnes conſenſu hunc montem *Olympum Myſium* appellent, conſiderandum eſt, cur Mela ſcribat, *ut incolae vocant Myſius.* An legendum, *quem ab incolis vocant Myſium?* an forte, quod magis arridet, verba illa, *ut incolae vocant*, adiecta ſunt a lectore, qui, cum neſciret, cur dictus eſſet *Myſius*, putavit peculiare incolarum eſſe nomen. PINTIANVS. Haec verba adiecta putat Pintianus in *Retractationibus.* Nam *Olympus Myſius* appellatur a Plinio, Ptolemaeo, Stephano, Theophraſto lib. 4. de ſtirpibus. [c. 6. extr.] CIACCONIVS. In nonnullis exemplaribus vetuſtis [Ald. puto et Iunt.] *Myſus* eſt, non *Myſius.* Vtrumque bene. Nam et Μύσιοι et Μυσοὶ vocantur. Hinc Callimachus hymno in Dianam [v. 117.] Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ. Non vero recte haec mutant viri docti. Neque enim video, quid obſtat, quo minus Myſii hunc ſuum montem Olympum Myſium ab exceiſitate appellare potuerint, quam quod Aegyptii praecipuum, quem ad mare poſſident montem, Caſium Aegyptium dixerint, ad ſimilitudinem Antiocheni. VOSSIVS. Μυσὸς Ὄλυμπος vocatur etiam a Strabone 10. p. m. 524. ſ. 470. Plerique tamen Μύσιον, pro quo etiam hic ſtant Codices. Ceterum verba *ut incolae vocant* non ſine iuſta cauſa offendiſſe videntur Pintianum; nempe ita et alii uſitate vocant. Emendatio ſubiecta, etſi inverſione facta tolerabiliorem ſenſum adfert, longius tamen recedit a libris et forte melius deſideret *Myſium.* Praeterea et ipſa parum ad rem confert et languet. Verborum itaque expulſio difficultatem obiectam removeat; at nimis eſt violènta nec ſumma neceſſitate efflagitata. Habent libri omnes refertque etiam Boccatius de fluminibus ſ. v. *Rindaces.* Quod Voſſius ait, ſic etiam Aegyptios Caſium Aegyptium vocare, deſidero ſimilis nexus et formae exemplum. Forte verba illa ad praecedens Olympus pertinent. Nec temere exiſtimat Pocockius in Reiſen Tom. 3. p. 178. ſ. 175. ed. 1792. nomen hunc montem ſine dubio traxiſſe ab Olympo

Theſſaliae, unde coloni huc venerant. Notum enim aliunde eſt, e Theſſalia colonos in haec loca deductos fuiſſe. An peregrinum cognomen et incolis populare ſubiectum fuerit, latet; quod Cod. Rehdiger. innuere videtur?

§. 3. *Is)* Hoc pronomen ignorant omnes Codices ab A. Gronovio conſulti, ignorant etiam ex meis Pariſ. 2. Vindob. Rehdig. Gud. Prag. puto etiam Venet. et Havn. Addunt tamen alii et diſerte Pariſ. 1. 3. Cibin. quibus Vaticanos addere ex ſilentio licet. Idem obſervatur in edd. Nempe omittunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 28. in quibus aliquae *Myſius flumen* artius coniungunt. Addidit poſtea in ed. 22. Vadianus, hinc Olivarius et cognatae cum aliis. Habent etiam 15. 17. 20. 23. Facile excidit ob ſimilem praecedentis vocis exitum, nec bene ſalvo nexu et ordine abeſſe poteſt, cum Olympus ſuum habeat verbum, atque hic novi aliquid adpendatur. Poſt Voſſ. 5. *fluvius*, forte quia offenderat in nexu, quem factum videbat, *Myſius flumen*.

Rhyndacum) Cdd. A. Gronovii *Rhindaces*, *Ryndaces*, vel *Rindaces*; Lipſ. Venet. Rehdiger. Gud. Prag. Boccatius de flumin. h. v. *Riudaces*; Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. *Rhyndaces*; Cibin. *ryndaces*; Perizon. *flumen in Ryndaces*; Vindob. *rindacum*. Edd. 1. 2. 9. *Ryndaces*; 3. 4. 5. 11. *Rhyndacem*; 6. 7. 8. 10. 12. aliae *Rhyndacum*, uti primum Vadianus in ed. 16. et quae eam reddit 18. Poſt *Rhindacum* cum ſuis, etiam 30. 32. 37. TZSCHVCKE. *Rhyndacem)* Scribe *Rhyndacum* iisdem auctoribus. BARBARVS. Graecis enim Ῥυνδακός. De Oudendorpii emendatione deinceps.

in ea quae) Plerique A. Gronovii *in que* vel *quae*; Voſſ. 1. *in quo*; Perizon. *in quem*; Gud. *et quae*;

ex meis Parif. 1. 3. Lipf. Vindob. Rehdiger. Prag. et, puto, Venet. et Havn. cum Vatic. *in quae*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Inferuit igitur primus Vadianus, egoque inveni in Cibin. quippe ex quo diverfi nihil a recepta hodie lectione hic notavi. Retinuerunt reliqui poft Vadianum, cum edd. 21. 28. TZSCHVCKE. Oudendorpius proxime ad vett. Codd. fcripturam legebat: *fluminis Rhyndaci os, in quae fequuntur, emittit*, expuncto pronomine *ea*, quod, ut faepe apud alios fcriptores, ita apud Melam eleganter brevitatis caufa omitti folet; cap. 5. h. l. *ad quae nunc inundat, immiffum*, pro *ad ea quae*. Et lib. 3. c. 6. *fe in quae velint animalia vertere*. A. GRONOVIVS. Duriorem puto lectionem ab Oudendorpio tentatam. *Os aperitur* ut 3, 5, 6. etfi ibi de exitu; cf. 3, 8, 5. flumen *ore*, *oftio emittitur*, ut 2, 4, 3. Malim igitur vitiatos Codices agnofcere. Sed Vindob. receptam lectionem in terminatione quidem fiftit. Altera lectio magis eft ex Codicum fide, nec abhorret plane a Latinitatis ratione. Attamen ita fere folent Latini, ubi in utroque orationis vel fententiae membro eadem obtinet ftructura. Sic recte et concinne ex 3, 6. arceffitur: *fe, in quas velint animalia, vertere.* Poffis etiam prius ex lib. 1. c. 5. huc referre, dummodo *inundare* praegnantem vim ferat, fc. admiffum ad ea, ad quae usque nunc inundat omnia; quae quidem ratio nihil huc valet. Retinui igitur vulgatam lectionem, quam adiuvare arbitror Parif. 2. et Cibin.

fed ob id) Prag. Vatic. 3. *Sed ob angues etiam.* Poft Havn. Prag. *effugiunt* pro *fugerunt;* tum ed. 10. *feruntur.*

Rhyndacum) Vindob. Venet. Rehdig. Gud. *rindacum*, ut edd. 2. 9. Cibin. et ed. 1. *ryndacum;* Prag. *rindachum;* edd. 5. 11. *Rhyndacem.* Sed vid. fupra.

Dascylos) Vindob. Gud. *dascilos*; Lips. *dascillos*; Ven. Prag. et, quod opinor, Vatic. *daschilos*; Cibin. Rehdiger. Parisienses, Vossii libri veteres *Daschylos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *dasilos*; 11. *dasylos*; 13. 15. 17. 20. 24. 25. et pleraeque Olivarianae *Daschylos*; 23. *Daschilos*; sed iam olim recte 6. 7. 8. 10. item Camers cum Vadiano aliisque *Dascylos*. A Boccatio de fluminibus s. v. *Rindaces* corrupte *Dasali* vocatur. TZSCHVCKE. Scribendum *Dascylos*, non *Dasilos*. Plinius, [5, 40. s. 52.] Strabo [vid. post] ceteri. BARBARVS. Ita omnes libri veteres, ita quoque Plinius. Alii tamen plerique Δασκύλιον urbem hanc vocant, ita etiam exigente analogiae ratione. Nam a δασκὸς, quod idem est, ac δασὺς, fit appellativum Δάσκυλος, quomodo cum alii, tum etiam Gygis pater, vocabatur. Vulgatam tamen lectionem retineo. Nam, ut alibi ostendimus, innumerae urbes utramque habent terminationem. Δασκύλου quoque κώμη erat in opposita continente prope Cardiam, cuius meminit Pausanias [4, 35. p. 370.] et Athenaeus. [2, 5. p. 43.] Verum illa nihil ad hanc. VOSSIVS. Plerique auctores vel Δασκύλειον vocant vel Δασκύλιον, de quo Vol. 2. Prius habet Strabo in illo loco, quem Barbarus innuit 12. p. m. 596. p. 575. Probatur ex his scriptura vera, a Codd. terminatio recepta sustinetur, quam et praetulit Plinius c. l.

Colophonii) Cibin. Rehdig. Vindob. *colophoni*; Gud. *cholophoni*.

Myrlea) Paris. 1. 2. 3. Vatic. 3. Prag. Vindob. *Misrela*; Cibin. Lips. Bonon. *Mysrela*; Rehdiger. *Misrella*; Gud. *miscrela*; Boccatius c. l. *Misiella*; Vatic. 1. *Myrela*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Mysrela*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. ceterae, quod voluerat iam Hermolaus Barbarus, *Myrlea*. Recte. Ita enim alii auctores.

§. 4. *Duo — ſinus)* Haec verba ſic componit Vindob. *Sunt inde modici ſinus duo*; Venet. *ſunt immodici ſinus*; Rehdiger. *in modici ſinus.*

Cion) Lipſ. *chyon*; Vindob. *chion amplectitur*; Prag. *chio. Nam plectitur*; Gud. *chionam-plectitur*; Rehdiger. *chion*; Cibin. *ſchion*; cum edd. ſuis habuiſſe videntur Venet. Havn. *chion*; Pariſ. 1. 2. 3. Vaticani *cion.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *chion*; poſt ab Hermolao monitae 6. 7. 8. 10. 12. 13. et reliquae *Cion,* quod volunt etiam alii auctores. Poſt Prag. *frigie,* uti ſolet. Idem porro *haut,* quod et alibi notatur, *longe*; Rehdiger. *haud non.*

Olbianos) Venet. Pariſ. 2. Vatic. 3. *olbianes*; Prag. *obbianes*; Rehdiger. *olbiano*; Cibin. *albianos*; alii recte cum editionibus, ex quibus aliquae poſt *Olbianos* ponunt diſtinctionem maximam etiam ex recentioribus Voſſiana, quae, cum connexam ſeriem male turbaret et interpellaret, in nota I. Gronovii reprehenſa recte eſt.

Aſtacon) Cibin. Vindob. Prag. *aſtachon*; Gud. *aſcacona meg.* Rehdiger. *aſtacona meg.* Venet. *Aſtatona meg.* Antea Rehdiger. *neptumni*; Gud. *neutumni.* Poſt Vindob. *magarenſibus.*

§. 5. *Deinde — exiturique)* Plura de hoc loco eiusque lectione obiiciuntur. Vatic. Gud. Venet. *Dein,* variatione crebra. Poſt *priores — iacent* libri ſcripti omnes; Sanctius *propiores terrae iterum exiturique* excluſo verbo *iacent*; Schottus *obiacent*; denique Cibin. *exitusque*; Rehdiger. *exitumque*; Prag. *exitur in.* TZSCHVCKE. Lego *obiacent.* PINTIANVS. Forte: *Hinc,* vel *dehinc propiores terrae iterum exiturique in Pontum* etc. Infra lib. 3. c. 8. *Interiora Gedroſi, dehinc Perſae habitant.* CIACCONIVS. Dele *iacent,* et lege:

Dehinc propiores terrae iterum, ut ſupra cap. 13. *Iſſo propior.* Sic lib. 2. c. 3. *Fontes obiacent.* Dele *obiacent.* SCHOTTVS. Et haec quoque perperam mutant viri docti. *Iacent* hic, ut ſaepe alibi, pro *adiacent.* Primo Europa Aſiae adiacet ad fretum Helleſponti, ut iam ſuperius monuit. Hic iam dicit priores illas terras, nempe Europam, iterum adiacere. VOSSIVS. Perizonius malebat *propiores*, eamque coniecturam propoſuit Nic. Heinſio in epiſtola, quae inſerta eſt Syllogae epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum T. 4. p. 741. et quidem hisce verbis: Vir ſummus Iſaacus Voſſius contra viros doctos, quos, qui ſint ignoro, haec ita explicat, et per *priores terras* intelligit *Europaeas*, et *iacent* pro *adiacent* poſitum dicit. Verum haec expoſitio neque Graevio noſtro, ut olim me ex eo in domeſtica inſtitutione audiſſe memini, neque mihi probari poterit, quamdiu nihil affertur ad eam confirmandam. Mela enim de Europaeis terris nullum verbum in ſuperioribus fecit. Legere igitur velim: *Deinde propiores terrae iterum iacent exiturique* etc. ut dicat, terras ab utraque parte maris iacere ſibi iterum propiores, quomodo, ubi de Helleſponto loquitur cap. 18. extremo dicit, *mare fieri arctius et facere, ut iterum terrae, qua fluit, latera ſint*; Europaea nimirum et Aſiatica. Facillimus vero lapſus ex p*priores* in *priores*, quomodo in MSS. ſcribitur. Supra enim cap. 13. non longe ab initio Pintianus idem vocabulum Pomponio voluit reſtituere, licet in quibusdam MSS. etiam appareat *prior*, quod tamen Voſſius quoque defendit. In *bello* etiam *Alexandrino* ſaepe ſcriptum eſt a librariis *prior* pro *propior*, ut vidi in variis lectionibus a Te cum Graevio communicatis, quas ego exſcripſi. A. GRONOVIVS. Soonus in editione ad h. l. ita explicat: *Priores*, ut antea in Helleſponto *iacent*, quia non, ut ante, abiguntur. Languide ſatis. I. Gronovius in notis MStis 1. Voſſii fere rationem ſecutus ſic; Europa et Aſia in Helleſponto antea vicinae, ſed per Propontidem diſtractae, incipiunt denuo coire.

Ita quidem, si quis lectionem *priores t. i. iacent* stare velit, explicare quidem, ut intelligantur, possit. An vero sic recte explicentur, dubitare licet cum Perizonio. Nihil enim de Europa praecedit, sed in universum, quod in freti descriptione fieri debet, terras intelligit, ut cap. 18. extr. etsi hic per locorum situm debent esse Asia et Europa. Neque tamen sunt eaedem situ et regione terrae, quas vox *priores* innuit. Tum *iacent* male accommodatur τῷ *priores*, quippe quod ad fretum nihil valet. Vossius quidem explicat *adiacent*, sed cui adiaceant, non adparet, nec magis, cui *obiaceant*, quod vult Pintianus, cum utrimque ad terras referatur. *Iacent* ut in aliis solet, ponitur ornate pro simplici *est*. Quare expeditissima ratio superest, ut legatur *propiores*, cum hae voces saepe commisceantur, ut iam Perizonius docuit. Vid. supra ad 1, 13, 1. infra in hoc capite §. 16. 3, 6, 1. 10, 6. Drakenb. ad Liv. 4, 17, 5. et quae notata sunt ad 1, 13, 1. Sic Plinius 5, 43. s. 32. in eadem progressione: *rursus coeuntibus terris angustiae usque ad Thracium Bosporum*. Quare visum est, hic a librorum lectione secessionem facere. A verbis *Deinde* — cap. 55. exorditur Vinctus.

angustior Europam) Post *angustior* distinctionis maximae signum ponunt pleraeque editiones veteres, etiam Schotti, Vossii. TZSCHVCKE. Plane non attendunt eruditi editores ad genium Melae, dum sic [ut antea notavi,] distinguunt. Mela enim vellet, *exiturique in Pontum pelagi canalis angustior Europam ab Asia stadiis quinque disterminat, Thracius (ut dictum est) Bosporus*. Ipse enim Bosporus est canalis ille angustior. Ita autem solitum scribere et sine distinctione gravi subnectere apparet ex lib. 1. c. 7. *Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis*. Et hoc ipso capite iam supra: *Tum rursus fit apertius mare Propontis*. I. GRONOVIVS. In verbis his cum novam Gronovius inducit

diſtinctionem, fruſtra quoque eſt. Si *diſterminans* ſcripſiſſet Mela, iam illa potuiſſet videri neceſſaria. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vellem docuiſſet me Voſſius, an etiam *canalis anguſtior* alicubi *iacere* dicatur. Is tamen id videtur velle, cui adeo nunc non parui, ut ex monito meo mutarim. I. GRONOVIVS *in poſteriori nota.* Diſtinxit Gronovius inciſo minimo poſt diſterminat, quod ceteri ſunt imitati. Quae quidem diſtinctio melior eſt ſenſuique aptior, cum, quae indicaverat antea, nunc facta acceſſione explicat. Prava vero diſtinctio moviſſe videtur Schottum et Ciacconium, ut delerent verbum *iacent.*

quinque) Sic omnes libri et ſcripti et editi. TZSCHVCKE. Scio, hanc lectionem Strabonem [v. poſt] habere aſſertorem; ſed cum conſtet, Melam magnum ex profeſſo Herodoti eſſe depeculatorem et Plinium Melae, ſcribantque Herodotus in Melpomene, [4, 85.] et Plinius, [4, 24. ſ. 12. et 5, 43. ſ. 32. nempe habet D. paſſus!] non *quinque* ſtadiis, ſed *quatuor* Boſporum Thracium Aſiam ab Europa dirimere, malo hic legere *quatuor ſtadiis*, quam *quinque.* Neque enim Hermolai ſententiam probo, qui lib. 5. *caſtigat. Plin.* c. 32. Plinii lectionem emendat ex Strabone et Pomponio. Ego e contrario Pomponium ex Plinio et Herodoto corrigendum cenſeo, Strabonem, qui diverſae fuit opinionis, valere ſinens. PINTIANVS. At errat Pintianus, dum diverſae opinionis fuiſſe Strabonem ſcribit. Immo idem lib. 2. p. m. 86. ſ. 125. τετραστάδιον dicit, atque ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 140. Rectius Polybium arceſſere poterat, qui 4, 43. freti huius anguſtiſſimam partem inter Aſiam et Europam 5 fere ſtadiorum latam facit. Agathemerus 1, 3. ſex adeo ſtadia habet, etſi cum Tennulio corruptum et δ in ς tranſiiſſe puto, cum idem quatuor tantum numeret 2, 14. ut plerique vel tantum non omnes auctores Graeci, pro quibus D paſſus ponunt Latini. Vid. Vol. 2. Neque tamen ideo ad Melae emen-

dationem invitis libris recurrendum eſt, cum non neceſſario nec in omnibus Herodotum reddat, et adſit Polybius, qui eandem fovit opinionem. Conſuli interim poteſt, qui illa loco exploravit, Gyllius de Boſporo Thracio lib. 1. c. 3. ubi de eius etiam latitudine expoſuit p. 48 ſq.

Thracius) Prag. *trachius*; Vindob. Rehdiger. *tracis*. Edd. 7. 8. *thratius*, uti poſt *Boſphorus* libri veteres, quae ex ſuperioribus nota. Sequentia verba *in ore templum eſt oppidi* exciderunt ex Vindob.

Calchedon) Sic Cibin. Rehdiger. Vindob. Gud. Prag. Lipſ. Alii cum edd. habuiſſe videntur *Chalcedon*. Ita nempe hae inde ab antiquiſſimis legunt; tantum 9. *Calchedon;* 11. 18. *calcedon;* Reinoldius dedit *Calchedon,* quem in poſtrema ed. (45.) ſecutus eſt A. Gronovius et inde Kappius, etſi in indice uterque *Chalcedon* oſtendunt. Variatur et alibi huius nominis ſcriptura. In libris veterum auctorum tam Graecorum, quam Latinorum, plerumque editum invenitur Χαλκηδὼν, *Chalcedon*, et ſic Strabo 12. p. m. 387. ſ. 563. et alibi. Seguinum, qui Καλχηδὼν Strabonem ſcripſiſſe adfirmaverat, refutavit Cellarius in Geogr. ant. 3, 8, 11. cum tantum ſemel apertoque vitio in ed. Aldina p. 246. Καλκηδὼν (ſic) occurrat. *Chalcedon* habet etiam interpres antiquus. Sed quod mirum videatur, variant editiones Herodoti, certe ex recentioribus potiores, quas inſpexi, uti Londina 1679. fol. Gronov. Weſſeling. Reizii. Nam e. g. 4, 85. et 5, 26. in iis omnibus adparet Καλχ. at 4, 144. 6, 33. Χαλκ. quae variatio ab Herodoto profecta eſſe non poteſt. Quare etiam, cum antiqui numi accedant, priorem ſcripturam praeferre malit Weſſelingius, ut ſignificat in notis ad 4, 144. Numi enim antiqui tantum non omnes ſcribunt Καλχ. Καλχα. Καλχαδονιών Dorica dialecto, vel Καλχεδονιων, etiam Καλχηδονίων, etſi hoc rarius, uti diſcitur ex iis, quae

congeſſit Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 237 ſqq. Vbi X in principio legitur, monetariorum vitio adtribuendum idem putat, veluti in numo, quem protulit Begerus in theſ. Brandenb. V. 1. p. 489. et in alio Goltzii male fidi, quem Raſche notavit. Eckhel tamen in doctrina num. P. 1. V. 2. p. 411. cum Pellerino ad Chalcida Euboeae eum pertinere putat. Ita vero intelligi debet, quod adfert Spanhemius de uſu et praeſt. num. V. 1. diſſ. 2. p. 117. utramque formam in nummis occurrere, unde porro conficit, perinde eſſe, utro modo ſcribatur. In tabula quidem Peuting. 8. C. expreſſum eſt urbis nomen, ſed, quia, ſcribitur *Calcedonia*, ubi adſpiratio deſit, dubium remanet. Et ſic etiam paſſim libri ſcripti *Calcedonia*, ut in Livio, epit. 93. et plerique in Antonini itiner. p. 139. (Weſſel.) ut Cd. Lugd. Bat. 2. in Eutropio 6, 6. ſ. 5. *Calcedonem* habet. Καλχηδόνιοι apud Demoſth. in Polyclem p. 1211. ed. Reisk. ſine variatione legitur. Sunt praeterea veteres Lexicographi, ex quorum libris vera ſcriptura duci et probari poſſit. At et ipſi fluctuantur ſine certa lege et ratione. Ita Stephanus ſ. v. Καρχηδὼν adfert Καλχηδὼν Bithyniae διὰ τοῦ λ et κ. Nam quod vulgo editur Χαλκηδὼν nullam vim habere poteſt ad notandum in reliqua ſimilitudine discrimen. Quare et ſic emendat Holſten. p. 163. Et ipſe Stephanus alibi ſ. v. Ζάρητα ſcribit Καλχηδόνιος, ubi minus recte mutavit Berkelius, quia alteram ſcripturam unice probaret. Neque tamen ſibi conſtat Stephanus, ſui forſitan aevi uſum ſecutus, quia ipſam urbem ſub litera X deſcribit, quod et faciunt Suidas et Heſychius. At K ſub ipſa hac litera habet Etymologici M. auctor. Potior igitur ſtabit nummorum auctoritas et tutior, cui nec adverſantur multi libri ſcripti, et verior certe antiquior ſcriptura conſiſtet Καρχηδών. Atque ita facilius intelligitur, cur ſaepe in libris Καλχηδὼν commiſceatur cum Καρχηδὼν, cuius exempla dabit Niclas ad Ariſtotelem de mirab. auſcultat. cap. 59. et ad Antigonum in hiſtor. mirab.

c. 162. aliique, quos ad h. l. produxit. Cf. Dukerus ad Thucyd. 4, 75. Hemsterhus. ad Polluc. p. 1237. et quos nominat Perizonius aliique ad Aelian. V. H. 13, 31. in. Wesseling. ad Hierocl. p. 691. et qui talia multa loca excitavit Bochart. in Chanaan 1, 26. f. Sic in Aristoph. equit. 174. et 1314. Ipse tamen Niclas pugnat pro Χαλκηδὼν, quod et faciunt alii quidam, plures sic in auctoribus ipsis receperunt. At praestat iis de caussis, quas adtuli, altera forma, quam et probant hodie fere viri docti. Vid. Wessel. ad Herodot. 4, 144. Holsten. ad Stephan. p. 125. Cellarius c. l. et, quem in nota subiecta laudat Schwartzius, Spanhem. in orbe Rom. exercit. 2. c. 18. p. 459. f. quibus addi potest Sirmondus in Sidonii carm. 2. p. 666. (ed. Venet.) Hearnius ad Eutrop. 8, 12. f. 6. Schrader. ad Avieni periegef. v. 972. et quos memorat. His igitur caussis motus, cum et Codd. multi faveant, dedi *Calchedon* cum Reinoldio, etsi posteriori saeculo frequentatam vulgo esse alteram formam lubens largior, qualis est Ptolemaeo 5, 1. Polyaeno 2, 24. — Sed ne quis de Romanorum prisco usu dubitet, *Calchadona* legitur in marmore Latino, in quo Luculli res gestae laudantur, apud Gorium in inscrr. Tom. 2, p. 255.

Archias) Male Rehdiger. *Archyas*, et in edd. 30. 37. *Argias*. Post Vindob. *magarensium*. Prag. *nomen* pro *numen*, mutatione crebra, de qua Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 669. 16, 655. Bentlei. ad Horat. epist. 2, 1, 16. Turpissime Vindob. *iubiter*.

conditor Iaso) Codex Ciacconii Lips. Vaticani, Paris. 3. Vindob. Gud. Prag. *conditore Iaso;* Cibin. idem re, *conditor eiaso;* alius Codex Ciacconii, Venet. Rehdiger. Paris. 1. 2. *conditor Iaso.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 13. *conditore Iasone;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarr. 30. 32. 37. Schottus *conditore Iasone.* Vinetus

hinc Vossius et reliqui *conditor Iaso*, tantum Reinoldius *Iason.* TZSCHUCKE. Scribendum arbitror *Iasone.* Nota coniecturae huius ratio ex illa peregrinatione Minyarum. BARBARUS. *Conditore Iasone* Hermolaus castigavit, sed elegantior, ut sentio, festiviorque lectio erit: *Templi numen Iupiter, conditor Iason.* Ceterum, quia Hermolaus addubitat, et coniectura magis, quam ullius Auctoris testimonio *Iasone* castigavit, quum ante *Eiaso* legeretur, fulcianus illius castigationem auctoritate alicuius illustris Scriptoris. Is est Polybius, qui in lib. 4. [c. 39, 6.] scribit, Iasonem e Colchide redeuntem apud Chalcedonem urbem duodecim Diis primum sacrificasse. PINTIANUS. Omnes veteres libri legunt *Iaso.* Omnino scribendum erat: *conditor Iaso.* Iaso pro Iason, ut supra Ascalo pro Ascalon, Tarraco pro Tarracon, et sexcenta huiusmodi. VOSSIUS. Obsecutus et hic Vossio dedi *Iaso* tum ob Codicum exemplum, tum rationibus, quos ad 1, 11, 3. adtuli, ductus. Cf. ad 2, 4, 8. et 9. Facile autem probari puto in reliquis emendationem Pintiani, quae et nexui et Melae est accommodatior, qui sic solet. Cf. ad 1, 1, 2. Nempe imperiti librarii putarunt, *Iaso* ablativum esse, cui sic congrueret *conditore.*

§. 6. *Hic)* Ita Codices et edd. veteres fere omnes. Nempe 13. 18. et post 35. *Hinc*, crebra alias commistione. Non est, cur Codices deseramus, cum initium aperti Ponti constituat. Cocleus a verbis *Hic iam sese* — capitis 9. initium facit praefixa inscriptione: *Ponti Euxini descriptio.* Reinoldius inscribit *Pontici* cap. 20. numero adposito.

Pontus) Prag. *portus;* Vindob. *ponthus;* post Venet. *nisi quia;* Prag. *nisi quantum;* Paris. 2. *lectoque tramite* pro *rectoque limite;* Vindobon. *tractoque limite;* Rehdiger. *exrectoque. Tramite* etiam Vossius ex libris quibusdam notavit. Venet. *extensus,* uti edd. 15.

17. 20. 23. et ſic forte etiam Vaticani. Quae formae et alibi ſaepe inter ſe miſcentur; vid. Burmann. ad Ovid. A. A. 3, 302. Heinſ. ad Faſtor. 3, 529. Drakenborch. ad Liv. 21, 22, 9. Poſt pro *ſinuatus* Vindob. Rehdiger. *ſinuatur.*

ſed quia contra minus, qua ad laevam et dextram abſceſſit) Voſſius in omnibus antiquis libris ita hunc locum concipi adfirmat: *ſed quia contra minus, qua ad laevam et dextram abſceſſit.* Ego haec inveni: Lipſ. *quam ad laevam ad dextram abſcedit;* Pragenſ. *ſed quia contra minus, quam ad levam vel ad dextram;* Pariſ. 1. *ſed contra quia minus, quam ad laevam;* Pariſ. 3. Gud. et ex ſilentio Havn. *ſed quia contra minus, quam ad laevam;* Cibin. Rehdiger. *quam ad,* ſicut et Vaticani habuiſſe videntur; Pariſ. 2. *qua ad* —. Edd. 35. *ſed qua it contra minus* —; *ſed qua contra minus* 39. 40. *ſed quia contra minus* 41. 42. et reliquae, ut olim antiquiſſimae etiam. Poſt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et ſequentes ad Voſſium usque *quam ad laevam,* a quo inde cum ipſo omnes poſteriores *qua ad;* 6. 7. 8. 10. ex vitio, opinor, *et dextra.* TZSCHUCKE. Locus eſt tenebroſiſſimus, et qui doctos etiam homines diu torſit. Aperui, quid ſentirem. Nunc diſplicet ſententia, et dubito, an poſſet verius ſic legi: *Sinuatus cetera; ſed qua it contra: Minus qua ad dextram et laevam abſceſſit. Mollibus faſtigiis* etc. ut ſit ſenſus; ſinuatum eſſe, qua tendit contra, hoc eſt, ab utraque continenti Boſpori Cimmerii, arcus brachia, ut vocant, exprimente; minus autem ſinuatum eſſe, qua ad dextram et laevam abſceſſit; mollibus enim faſtigiis etc. Quod autem curvatura orae ſit, ubi diximus, ipſe infra oſtendit in Thracia his verbis: [c. 1, 2.] *Recta dehinc ora, niſi quod media fere in promontorium, quod Thinniam vocant, exit, et incurvis contra ſe litoribus obtenditur.* Aut, ſi haec ſcriptura diſplicet, lege eodem ſenſu ſic: *ſed qua it contra nimis,*

qua ad dextram et laevam abscessit etc. PINTIANVS. Scribendum puto: *Sed qua intrat minus, qua ad dextram et laevam abscessit*, ut sit sensus, longo rectoque limite extentum esse Pontum, sed qua intrat minus; qua vero ad laevam etc. IDEM. Non me fugit, Pintianum aliter interpungere, vel *nimis* legere. Mihi meum placet somnium. Mox enim Scythico arcui comparat, qui media sui parte inflectitur, et qua fere coit, minus exporrigitur. Lectio editorum codd. se corruptam clamat, ut facile intelligunt, qui nare norunt et literas. SCHOTTVS. Forte: *Sed qua contrahitur, qua ad laevam* etc. IDEM. Hic locus valde exercuit eruditos. Ita concipitur in omnibus antiquis libris: *Sed quia contra minus, qua ad — abscessit.* Vna tantum redundat litera. Scribendum enim: *Sed qua contra, minus.* Perpetuus is est librariorum in hoc auctore error, ut *quia* scripserint pro *qua*. [Cf. ad 1, 1, 3.] Dicit vero Mela, Pontum, qua contra abscedit, hoc est, ad Κριοῦ μέτωπον, minus sinuari, quam ad dextram et laevam; illic enim in angustos desinere angulos. Attamen, si alios audiamus, nullos acutos facit angulos mare istud, et, si verum sit, Scythicos arcus στρογγύλους fuisse, et pene in circulum curvatos, iam nullus talibus angulis locus superest. VOSSIVS. Pro *quam* reposui *qua* [sed vid. supra] praeeuntibus Pintiano, Sanctio, Schotto atque Reynoldo. A. GRONOVIVS. Cum quidam Codd. legant *quam*, alii *qua*, coniicere licet, legendum esse *quam qua*. Has enim voculas saepe mutuo sese loco movisse, ob similitudinem, passim Drakenborchius notat ad Livium, ita ut nunc *quam* elisum sit a sequente *qui*, ut 39, 54. f. fin. nunc contra *qui* a praecedente *quam* interceptum, ut 5, 2, 11. et 2, 7, 10. Si tamen alterutrum abiiciendum sit, equidem malim retinere *quam*, intellecto *qua*. Ita certe noster 2, 1, 73. de Istro: *alio, quam desinit, nomine exoritur*, pro *quam quo desinit*. I. AVG. MVELLERVS *in prolusione Scholastica 9. ad h. l. an.* 1797. Equidem

locum Codicum ope ſic conſtituendum et explicandum puto: *quia contra minus, quam ad laevam et dextram abscedit, mollibusque* (vid. poſt) *faſtigiis.* — Cauſae, quae impulerunt, hae ſunt: *Contra* in Mela debet eſſe obpoſita Thracio Boſporo pars, unde egreſſus erat in Pontum. *Dextra* et *laeva* ex progreſſione et inſtituto curſu facile intelliguntur. Sic Strabo 12. p. m. 342. ſ. 497. dextrum latus facit oram, quae ſeptentrionem ſpectat, quia a Colchide inde ad Achaeos et reliqua eius orae progreditur. *Dextra* enim et *ſiniſtra* in periplis ſaepe memorantur; cf. Valeſ. ad Ammianum Marcellin. 22. 8. et ex itineris promoti ratione diiudicari debent. Ita vero accipienda haec verba eſſe, docent ſubiecta: *utrimque angulos facit.* Nempe diſerte ſatis haec indicant 2, 2, 5. *Tiriſtis promontorium, quod praetervectos alter Ponti angulus accipit, adverſus Phaſiaco,* et poſt prope Apolloniam Ponti alterum flexum angulo finiri ſubiicit. *Vtrimque* igitur in eo Ponti latere quaeri debet, quod nunc primum adtigit, et quidem ab utraque duorum angulorum parte, ubi molliter ſenſimque litus ſe incurvat flexusque facit. Atque id ita habere docet etiam locus 2, 1, 5. ubi, cum ad Boryſthenis oſtia veniſſet, ita formam orae deſcribit: *terra ſpatioſa modice paullatim ſe ipſa faſtigat.* Alterum ſic deſignat 1, 19, 15. in Sindonum tractu: *obliqua tunc regio et in latum modice patens inter Pontum Paludemque ad Boſporum excurrit;* et 2, 1, 2. *obliqua tunc ad Boſporum plaga excurrens Ponto ac Maeotide includitur.* Ceterum quae de comparatione cum arcu Scythico memoranda videantur, ad Vol. 2. reiicienda melius putavi. Quod *abscedit* dedi, fecit non ſolum Codicis Lipſienſis auctoritas, ſed et ipſa Ponti forma, quam, ſi ſenſus conſtare debet, perpetuam et certam ponere cogitur. Tum vero *mollibusque,* ne ἀπόδοσις deſideretur ſubieci. Vide deinceps. A voce *Sed* caput 56. incipit Vinetus.

mollibusque) Sic Vaticani, Parif. 2. 3. Cibin. Rehdiger. Gud. Venet. habent. Vindob. Prag. *molibusque;* Parif. 1. *ab mollibusque;* Havn. *mobilibusque.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *mollibusque.* Primus Vadianus abiecit τὸ *que,* fecutique funt inde Olivarius et alii. Equidem, quod iam antea monui, ne ipfa Melae explicatio fuperiorum difflueret et hiaret, revocavi *mollibusque.* Poft Vatic. 3. Parif. 2. et Prag. omittunt *donec.* Rehdig. habet *utrique* omiffa, ut fit faepe, lineola.

Scythici) Cibin. *fcythyci;* Gud. *fithici;* Vindobon. *fcitici ad formam.* Poft Vatic. Vindob. Gud. *incurvos,* quod et A. Gronovius ex aliis quibusdam Codd. monet ad 1, 18, 2. Cibin. nefcio quo delapfus, *incurufis;* ed. 35. *brevibus;* Prag. omittit verba *raris ftationibus.* TZSCHVCKE. *Brevis — nebulofus)* Si haec verba menda vacarent, fibi ipfi repugnaret Pomponius, brevem appellando Pontum, quem paulo ante dixerat, longo rectoque limite extentum. Legendum igitur non *brevis,* fed *brevibus,* ut alibi docuimus, confirmante id Ammiano Marcellino libro 22. [c. 8.] *Omnis,* inquit, *circumfluo ambitu Pontus et nebulofus eft, et dulcior aequoribus* [h. *aequorum*] *caeteris et vadofus.* Facit etiam, quod ftatim fequitur: *Et quia non profundus eft.* Lego: *et qua non profundus eft.* PINTIANVS. *Brevis* legendum. Cornelius Tacitus Annal. lib. 15. [14, 29.] de Paulino Suetonio: *navesque fabricat pleno alveo adverfus breve litus et incertum.* De Britannia idem lib. 1. Hiftor. [Annal. c. 70.] *Neque discerni poterant incerta ab folidis, brevia a profundis, eadem freto, litori, campis facies.* Vide Pintianum, in quo diligentiam quandoque requiras. CIACCONIVS. Pintianus et alii hic legendum cenfent: *brevibus atrox.* Verum et hic eum fua fefellit ratio. *Brevis* enim hic vocatur Pontus non ob fpatium,

ſed ob frequentia brevia. Ita Tacitus lib. 14. [c. l.] ubi de Paulino Suetonio agit. Similiter Graeci non tantum τὰ βραχέα vocant marium brevia, ſed et ipſum mare vocant breve, βραχεῖαν θάλασσαν. Stephanus Grammaticus: Βραχεῖα, οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται· Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ βράχη εἶναι πλεῖστα. Verum non Arabicum tantum, ſed et Aethiopicum mare βραχεῖαν θάλασσαν dixere. Inepti homines apud Ptolemaeum [4, 9.] τραχεῖαν ſubſtituerunt θάλασσαν, ubi ſcribit mare, quod ad Raptum eſt promontorium vocari Τραχεῖαν θάλασσαν διὰ τὰ βράχη. Sed recte apud Marcianum lib. 1. [p. 12. Hudſ.] qui totus, uti et ſecundus, ex Ptolemaeo deſumtus eſt, Βραχεῖα θάλασσα vocatur. Verum id eſſe, vel unus hic teſtabitur locus anonymi auctoris, cuius, quia ineditus eſt, adſcribam verba: Μετὰ δὲ τὴν Πρασώδη ὡς πρὸς ἄρκτους ἡ Βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἣ οὐ διὰ βραχύτατα τοῦ μεγέθους, ἔστι γὰρ μεγίστη, τούτου τετύχηκε ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ βράχη. Τὰς γὰρ ἀμπώτεις γίνεσθαι κἀκεῖ μεγίστας καὶ μὴ αὐθημερινὸν μεταβάλλειν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖστον ἀναχωρεῖν χρόνον τὸ ὕδωρ, καὶ τὰς ῥαχίας μετὰ τὴν ἀναχώρησίν ἀναξηραίνεσθαι, ὥστε τοὺς πλέοντας, εἰ περιπέσοιέν ποτε τούτῳ τῷ πάθει, ὑποστηρίξαντας τὸ πλοῖον ἀναβαίνειν, καθάπερ εἰς ἤπειρον. VOSSIVS. Recte Voſſius docuit, brevem hic adpellari Pontum, non ob ſpatium, ſed ob frequentia brevia, qualia ſunt in primis prope Salmydeſſum. Vid. Strabo 1. p. m. 34. f. 50. ubi βραχύτατα occurrunt et στήθη, de quibus Caſaub. ad c. l. et Penzelius in verſione Vol. 1. p. 404. *Brevis Pontus*, uti *brevis unda* apud Avianum fab. 27, 7. ante *minima*. *Brevis* enim, uti multis exemplis probavit Cannegieterus in diſſert. de Aviano c. 21. p. 514. ſaepe eſt *exiguus*, cui obponitur grande. Quod ſi ad aquam referatur, facile adparet, eſſe *vadoſum*, qualem Pontum vocat Ammian. Marcellin. 22, 8. f. et paullo poſt *brevia tortuoſa* commemorat. Sed et ipſe noſter

voce *non profundus* explicationem fubiicit, uti apud Strabonem c. l. σφόδρα βαθέα obponuntur.

arenofo) Ed. 13. *harenofo*, ut alibi in libris faepe. Vid. ad 1, 9, 4. et 3, 10, 5. Antea Vindob. *moli.* Poft Venet. *litore circumdatur.* Vindobon. *profondus fructuofus* et *frevens.*

Axenus) Scribo Graeca terminatione *Axenos* ex Plinii [6. 1.] et Doctorum vulgata confuetudine. PINTIANVS. Poterat fic ex ufu Melae. At nec alterum reiiciendum eft, cum in eo confentiant libri omnes. Vindob. corrupte in alia parte *arenus.* Plinius etiam 4, 24. f. 12. *Axenus*, ut Ovid. Trift. 4, 4, 55. Poft Vindob. *molitis*, ut fuperius *moli.* Gud. Prag. cum edd. 1. 2. 9. *enfinus.*

§. 7. *In eo primum)* Prag. *Hi enim primum.* Caput 57. hinc exorditur Vinetus.

Mariandyni) Lipf. *Mauriatidinei;* Vind. *Marlandinei;* Venet. *Mirandici;* Parif. 2. *Mirandiri;* Gud. *mandinaci;* Rehdiger. *mari Andinaci;* Prag. *Mandici;* Vatic. 3. *Mimnadyci;* Vatic. 1. *Mariandinaei;* Cibin. *Mariandynei;* Parif. 1. et 3. cum Voffio *Mariandyni.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 24. 25. 28. Olivarianae, Vinetus, Schottus *Mariandynei;* 15. 17. 20. 22. (ita nempe poft Vadianus mutata fententia) 23. 30. 32. 37. Vadianae omnino, Voffius et hinc alii *Mariandyni*, uti antiqua manus adfcripferat in ed. 6. Henifchius (34.) cum in textu dediffet *Mariandyni*, nefcio qua motus caufa, ad calcem emendavit *Mariandynaei.* Sed conferenda, quae dixi ad initium h. cap.

ut ferunt) Rehdiger. Lipf. Gud. Prag. Vindob. *ut fertur.* Vtrum legas, parum refert. Pro *Hercule* Cibin. *Herculi;* Parif. 1. *herclae;* Parif. 2. *heraclae;* Prag.

Eracle; pro *datam* Vindob. *dictam*. TZSCHVCKE. Legendum *ductam*, aut, quod magis arridet, *deductam*, ut non ita poſt *a Themiſtagora Mileſio deductum oppidum*, et in Thracia [2, 2, 5.] *deinde a Mileſiis deducta Calatis*. PINTIANVS. At refragatur hiſtoria, quae urbem hanc a Mileſiis conditam vel incolis frequentatam narrat. Vid. Strabo 12. p. m. 573. ſ. 542. Et ſic Μεγαρέων ἀποικίαν vocat Xenophon de exped. Cyri 6, 2. in. vel ἄποικον Arrianus in periplo Ponti p. 14. Hudſ. Diodor. 14, 31. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. 791. quibus Tanagraeos, Boeotios adiungunt ſocios Pauſan. 5, 26. f. et Schol. Apollonii ad 2, 748. et 847. et Boeotios omnino Iuſtin. 16, 3. Hinc πόλιν Ἑλληνίδα vocant Scylax p. 34. (Hudſon.) Xenophon c. l. Arrian. c. l. Nemo igitur eius originem Herculi adſcripſit. Egit quidem Hercules in illa regione, quam Bebryces olim tenuerunt, iisque victis Lyco ſocio eius partem detractam adtribuit, qui ab Hercule eam Heracleam nominavit, ut ſcribit Apollodor. 2, 5, 9. At de ipſa urbe nihil. Ita igitur corruat Pintiani emendatio, aut certe, ſi quis alium auctorem reddidiſſe Melam velit, anceps habenda, ut ne dicam, non *duci* ſed *deduci* ſolemne in eo eſſe verbum, quod tamen longius recedit a librorum lectione. Idem dici poteſt de Harduino, qui ad Plinium 6, 1. locum hunc Melae tacite ſic refert: *ab Argivo Hercule condita*. *Dictam*, quod habet Codex, non ille quidem optimae notae, ſenſum commodum adferat libro etiam probatam, at relabitur ad eandem difficultatem, et languet ex ſubiectis. An *Argivo Herculi ſacram*, quod probat Iuſtinus 16, 3, 3. et Cd. Cibin. ſuſtineat? niſi quis *datam* ſic explicare malit. An *Argivo Hercule claram*? Nempe *d* et *cl* ſaepe miſcentur. Sed nolo vim libris inferre, qui τὸ *ab* omnes tuentur. Stet igitur ſuo loco *datam* hoc ſenſu, ut tamen ad Herculem urbis conditorem extracto Cerbero pertineat, cum ita etiam Heracleenſes credidiſſe teſtentur eorum numi, in quibus κτιστὴς diſerte vocatur. Vid. Eckhel doctrina

numor. P. 1. Vol. 2. p. 416. qui idem hinc ſtatuit, ut ante Spanhem. de uſu — num. T. 1. p. 263. (ed. Londin.) Heracleenſium igitur opinionem famamque veterem ſequi hic maluit auctor, quam certiora ab aliis tradita tueri.

Heraclea) Prag. *Eraclea;* edd. multae antiquae, Vadiani etiam prima, pleraequae Olivarianae *Heraclaea;* Cibin. *quae Heraclea v.* Edd. 6. 7. 8. *ſamae quidem.* Tum Lipſ. Rehdiger. Gud. *adicit*, uti fieri ſolet in his compoſitis, veluti *ſubicit*, *disicit.* Vid. ad 3, 5, 8. Cibin. Prag. *adiecit*, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et reliquae ad I. Gronovium, qui primus repoſuit *adiicit*, uti habent Vaticani, aliique. TZSCHVCKE. Ita edidi ex MSS. non *adiecit*, ut eſt in editis. Nam talia in praeſenti maluit Auctor efferre, quam in praeterito, ut lib. 2. c. 2. *ſignum ſabulae remanet;* ibidemque, *capit opinio ſidem*, non *cepit.* I. GRONOVIVS.

eſt Acheruſia) Τὸ *eſt* non habet Vindob. Poſt Venet. *eſt ſpecus Acheruſici;* Lipſ. *Acheruſitis;* edd. 1. 2. 7. *Achaeruſia;* reliqui libri in vulgata conſentiunt; tantum Gud. vitioſe et ex dictantis forte molli pronuntiatione *Iuſia ſpecus.* TZSCHVCKE. Atque lib. 2. c. 3. *Quem Acheruſium diximus.* Scilicet hic legendum eſt *Acheruſias*, illic *Acheruſian.* Ex Graecis fontibus hauriens Graecas inflexiones amat Mela. OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Acuta haec et facilitate commendabilis emendatio, quae utrumque locum componit. Graecas enim formas amat Mela. Accedit, quod et in aliis locus *ſpecus* apud noſtrum maſculino genere effertur, ut *ſpecus Corycius* 1, 13, 3. *Typhoucus* ib. §. 4. *Specus Herculi ſacer* 1, 5, 2. neutro tamen genere etiam 2, 1, 3. Quod tamen *Acheruſias* hic et in altero loco *Acheruſian* effingit Oudendorpius, deduxiſſe debet ab Ἀχερουσίας.

At Graecis conſtanter ſcribitur Ἀχερουσιάς et ad femininum genus refertur, uti Ἀχερουσιάς ἄκρα Apollon. 2, 354. pro quo Ἀχερουσίς ἄκρα idem 2, 728. 750. et alibi. Xenoph. de exped. Cyri 6, 2, 2. Ἀχερουσιάδι χεῤῥονήσῳ. Plato in Phaedone p. 255. (ed. Bipont.) Ἀχερουσιάδα λίμνην. Cf. et oracula Sibyll. lib. 2. p. 293. ed. Gallaei. Sunt quidem, in quibus duplex accuſativi forma notatur non in Graecis ſolum, ſed et in Latinis, ut *Parin* et *Paridem* Virgil. Aen. 10, 705. conſ. 5, 370. *Daren* et *Dareta* Aen. 5, 455. et 460. ubi vid. Servius, et quae adtulit Sylburgius ad Clenardi inſtitut. L. Gr. p. 437. Sed tamen varie discrepat noſtrum verbum, et deſidero exempla, in quibus ab hac forma talis accuſativus deſcendat, Poſſit quidem huc referri, quod noſter infra 2, 2, 5. habet *Thyniam*, cum in Graecis eodem modo ſcribatur Θυνιάς, ἀδος. Sic Codices 2, 3, 6. habent *Demetriam*, pro quo tamen Voſſius levi inflexione auctoribus Graecis munitus dedit Demetrion. *Thyniam* adiuvat Schol Apollonii ad 2, 674. qui Graecos monet dicere Θυνιάδα, barbaros Θυνίαν. In noſtro tamen nomine haec ratio an accommodari debeat, dubitent, qui in illo barbaros Melam ſecutum eſſe nolint. Poſſis *Acheruſidis* pro *Acheruſitis* ex Cod. Lipſ. legere, niſi obſtet alter locus, in quo hunc reſpicit. Igitur *Acheruſia* videtur abſolute poſitum eſſe tamquam proprium nomen, ut *Aetna mons*, et ſimilia. Hinc et Plinius 6, 1. *ſpecus Acheruſia*, etſi adiectivum eſſe etiam poteſt, pro quo alii, uti Solinus c. 45. ſ. 45. *ſpecus Acheruſius*, aut *ſpecus Acheruſium*, ut Ammian. 22, 8. Et ſic Graeci paſſim Ἀχερουσία veluti λίμνη Strabo 7. p. m. 224. ſ. 324. Sed et abſolute ſic dici docet Plinius 4, 1. ubi *lacus Acheruſia* legitur. Atque ſic producit Suidas h. v. Ita vero cepiſſe adparet Boccatium, qui hunc locum de Genealog. Deor. lib. 9. c. 33. repetiit ſic, dum noſtrum ſcribere ait, *Acheruſiam ſpecum eſſe, ad manes usque, ut fama fert, pervium, et ex eo ad ſuperos aiunt Cerbe-*

rum tractum. Sic idem de maribus ſ. v. *Euxinum: cum ſpecu Acheruſia*, etſi hic minus aperte. Sed aperte declarat ipſe Mela ita capiendam vocem eſſe, quia ſubiicit *pervius* non *pervia.* Tum vero exigua immutatione in altero loco legendum eſt *Acheruſiam diximus.* Atque ita ut Θυνία ita etiam Ἀχερουσία in uſu fuit.

ut aiunt) Excidit in Prag.

pervius) Voſſ. 5. Venet. *pervius iter;* Dorvillianus, A. Gronov. Havn. Prag. *pervium iter.* TZSCHVCKE. Pro *ut aiunt, pervius* eleganter Dorvill. *pervium iter.* Praeferrem, ſi alii Codices addicerent. OVDENDORPIVS *in notis A. Gronovii.* Equidem laciniam puto, qua quis Melam oneravit, ne diſſonaret in hac ſtructura genus nominum. Vulgata etiam aliorum et meliorum quidem librorum lectio brevitate ſua adſtricta artius orationem Melae continet.

atque inde extractum) Cod. Lipſ. *atque unde;* Vatic. 1. Venet. Cibin. Rehdiger. Gud. Vindob. ut edd. 1. 2. 9. 13. *atque inde unde e.* Nempe, quod videtur, primum *inde* transiit in *unde,* et poſt ad ſubplendam orationem acceſſit *inde.* Tum Cibin. *Cerberum extractum;* Vindob. *cerbarum.*

§. 8. *Tum Tios)* Lipſ. *thyos;* Cibin. Vindobon. Rehdiger. *thios;* Gud. *tiros;* Prag. *tilos.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *thios;* 2. *tyos;* 15. 17. 20. 25. *Fios;* reliquae *Tios.* TZSCHVCKE. Scribendum ſine *h Tios* ex Strabone, [12. p. m. 374. ſ. 543. ubi editur Τηΐον] Plinio, [6, 1.] Ptolemaeo, [5, 1.] Stephano, ut alibi notavimus. BARBARVS. Nempe Graeci omnes omiſſa adſpiratione ſcribunt. De reliqua forma Vol. 2. Ceterum hinc novum caput inſcriptum *Paphlagonia* exordiuntur vel addito vel omiſſo numero inde a Camerte editio-

nes antiquae pleraeque, quas et Schottus ſecutus eſt. Ald. et Iunt. et poſt Schottum, Voſſius et alii continua ſerie progrediuntur.

Mileſiorum) Gud. Rehdiger. *milleſiorum;* Vindobon. *miliſiorum.* Edd. 30. 32. *Meliſiorum.* Poſt pro *quidem* Schottus malit *quaedam,* pro quo Ciacconius falſo referre videtur quondam, dum ſcribit: Alii *quondam colonia.* Sed minus bene et languide Schottus. Sequitur enim *ſed.*

iam ſoli) Vindob. *ſoli iam;* Prag. inepte *ſolis.* Poſt Cibin. *gentique,* ſono proximi vocabuli deceptus; Gud. *gentibusque.* Hinc Prag. *Meliis* pro *mediis;* Rehdiger. *in litoribus pene in mediis.*

Carambis) Rehdiger. *Catambis;* Vindob. *Caranibis;* Gud. *Carabis* omiſſa lineola; Prag. *Charabis;* Pariſ. 2. *Corabis.* Ciacconius notaverat: Alias *Carabis,* neſcio an ex Codice, ut ſolet. Ita quidem etiam reperitur in Martiano Capella lib. 6. p. 200. Graecis Κάραμβις.

Parthenius) Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. *parthenis;* Rehdiger. *partheni.* Ed. 1. *Parthemius;* 5. *Patthenius* pro *Parthenius,* quod iam dederunt priores, et adfert Boccatius de fluminibus h. v. Gr. Παρθένιος.

urbesque) Adpenſam copulam omittunt Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. forte etiam Vatic. Havn. Venet. cum edd 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 23. et Vadianis; edd. 21. 24. Olivarius cum ſuis et alii poſt retinuerunt. Solet Mela varie in locorum recenſibus agendis modo coacervare nectendi particulas, modo abigere. Exempla ſunt in utramque rationem obvia. Sic nude coniungit 2, 3, 5. *urbes, montes, flumina.* Sed ut hic 2, 2, 6. commemo-

ratis urbibus aliquot fubiicit *amnesque* — *tum* — Cum addatur in Codd. quibusdam et a doctis viris probatum fit, intactum reliqui. Ceterum Carrio ad Valer. Flacc. 5, 106. nefcio unde hunc locum fic profert: *urbsque Sefamios*, et emendat: *urbsque Sefamos.*

Sefamus) Parif. 1. 2. 3. *Sefanius;* (quod tamen et *Sefanus* effe poteft) Cibin. *Sefamis;* Vindob. *cefamus;* plerique alii recte *Sefamus* a Graeco Σήσαμος.

Cromna) Parif. 1. 2. 3. Bonon. uti, puto, etiam Venet. et Havn. *cromnos;* Cibin. *chronnos;* Vatic. 3. Prag. *Chronos;* Vindob. *croninos;* Ciaccon. *Croninofa;* Gud. *cromuros;* Rehdiger. *Cyrenos; Cromion* ex Codice adfert Maferius ad Valer. Flacc. 5, 106. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cromnos;* 6. 7. 8. 10. 12. reliquae, monente Hermolao Barbaro, *Cromna;* tantum 13. 24. 25. Olivarianae, 35. *Cronna.* TZSCHVCKE. Plinius, [6, 2. f. 1.] Strabo, [12. p. m. 375. f. 544.] Valerius Flaccus [5, 106.] et caeteri non *Cromnos*, fed *Cromna*, unde fua Venetis origo. BARBARVS. Mirum, quod et optimi etiam libri in terminatione in *os* confpirarunt. *Cromnum* etiam refert Boccatius de *fluminibus* f. v. *Parthenius.* Tantum Vatic. 1. habuiffe videtur cum ed. 23. *Cromna*, quam formam omnes auctores agnofcunt cum numis. *Croninofa* Ciaccon. Cd. ortum eft ex adpenfa fequenti *a*. Equidem *f*, cum faepe urbium terminationes varient, nec diferte *Cromna* ex Vatic. 1. notatum effet, *Cromnos* revocavi, uti fupra c. 16. extr. *Bargylos* forma aliis incognita fervatur.

a Cytiforo) Lipf. *accithiforo*, fed altero *c* expuncto; Cd. Ciaccon. *Cythitoro;* Cibin. *tycyforo;* Rehdiger. *thitiforo;* Prag. *Achichiforo;* Gud. Vindob. *cithiforo*, uti edd. antiquiffimae, et poft aliquae, in iis Ald. Iunt. etfi etiam paffim *Cithyforo, Citiforo.* Camers

invexit *Cythoro* et ſic cum familia et ed. 13. etiam Vadianus et Olivarius ſuis ſequentibus, ita tamen, ut modo *Cythoro*, modo *Cytoro*, modo *Citoro* ſcriberent, in quo ipſe ſibi non conſtitit Vadianus, qui primum dedit *Cythoro*, poſt *Cytoro*, et in repetitione *Citoro*. *Cytoro* retinuerunt etiam Vinetus et Schottus; *Cytiſoro* revexit Voſſius. TZSCHVCKE. Stephanus *Cythorum* urbem a *Cythoro* Phryxi filio nuncupatam, non *Cythiſoro* tradit. BARBARVS. Aldus *et a Citiſoro Phryxi filio poſita Cytoros.* Scribendum quidem diverſa orthographia *et a Cytiſſoro Phryxi filio poſita Cytoros*, ex Herodoto, [7, 197.] qui *Cytiſſorum* Phryxi filium appellat, et Apollonio Rhodio [2, 1157.] eiusque interpretibus [Schol. ad 2, 390.] libro ſecundo, *Cytiſſorum* etiam nominantibus. Sed quia in Apollonii ſcriptis emendatisque Codicibus *Cytoros* legitur, non *Cytiſſoros*, et item Strabo [12. p. m. 376. ſ. 545.] et Stephanus [h. v.] *Cytoros* enuntient, inclinat animus, ut *Cytoro* hic legatur potius, quam *Cytiſſoro*. Stephanus addito *d Cydtorus* profert, nec alius. PINTIANVS. *Cytiſoro* veteres libri, ita quoque Herodotus, Apollonius et alii quidam; quapropter nihil mutandum. VOSSIVS. Ita etiam praeter Codices ſupra adlegatos habuiſſe videntur A. Gronovii, ex meis cum edd. ſuis Vaticani, Pariſienſes, Venet. Havn. ex quibus nihil diverſi notatum erat. Hinc Carrio ad Valer. Flacc. 5, 106. contra auctoris voluntatem, ut ex MSS. libris conſtet, atque adeo praeter rei veritatem in *Cytoro* mutatum eſſe monet; Orphea enim [ubi?] Apollonium et Valerium Flaccum [5, 463.] Cytiſorum Phryxi filium adpellare; attamen Strabonem mutationi eſſe auctorem. Cum forma Κυτίσωρος tam gravibus teſtimoniis nitatur, non video, cur Holſtenius ad Stephanum p. 181. Scholiaſten Apollonii ea uſum reprehendat. Solum discrimen in veteribus auctoribus infert σ ſimplex et geminatum, quod quidem metri cauſa ab Apollonio factum videtur, cum in alio ſitu unum poſuerit Valerius Flaccus. Sic in

Apollodoro 1, 9, 1. Κυτίσωρος dedit Heynius, ubi in libris ſcriptum exſtabat Κυτιασωρὸς et in editionibus legebatur Κύτωρος. Solus Strabo et qui ex eo ſua depromere ſolet Stephanus *Cytorus* habent, uti etiam ex Mela refert Salmaſius ad Solin. c. 44. ſ. 46. p. m. 624. ideo reprehenſus a Stavereno ad Hygin. fab. 3. ubi etiam poſtea *Cytiſoro* probavit Munckerus. Eo certe inclinant Codices, nec aliter ſcripſiſſe videtur Mela, cum Herodotum reddere ſoleat. Nec obſtat Boccatius in Genealogiis 14, 69. ubi Pomponium in Coſmographia dicere adfirmat, *Cythoſorum civitatem a Cythoro Phrixi filio poſitam.* Quis enim non videt, negligenter nomina eſſe transpoſita.

Phrixi) Prag. *Friſi;* Gud. ut ed. 1. *Phriſi;* Rehdiger. *pyrrhi;* quinque MSS. A. Gronovii *Phrixi*, ut reliqui ex meis. TZSCHVCKE. *Phrixus* Graecae Φρίξος, non Φρύξος. A. GRONOVIVS. Vid. infra de ſcriptura §. 12.

Cytoros) Vindob. Lipſ. Gud. Prag. *cithorus;* Cibin. Rehdiger. *cythoros*, ut edd. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. aliaeque. Sed iam *Cytoros* 13. quod Graeca probant.

tum) Vatic. Vindob. Cibin. Gud. Lipſ. Rehdig. ed. 1. *tunc;* Prag. *tū.* *Tum* editiones antiquae, uti 2, 2, 6. in progreſſione ad alia; cf. ad 1, 16, 2. et 2, 5, 3. Edd. 27. 29. in variantibus ad marginem pro *tum* notant *poſtea*, quod gloſſam redolet.

Cinolis) Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. Vindobon. Bonon. *cinobus;* Rehdiger. *cynobus;* Cibin. *cinobis.* Edd. 1. *cynolus;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cynobus;* 15. 17. 20. 23. *cinobus;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. Vadianus, Olivarius cum ſuis, Schottus *Cimolis;* 13. *Cymolis;* Voſſius et reliqui *Cinolis.* Pro

Anticinolis, ut hodie editur, Vatic. 1. *Culiris;* Lipſ. Gud. Prag. Bonon. puto etiam Vaticani alii, *Coliris;* Cibin. et quod ſuſpior, Venet. Havn. *colliris;* Vindob. Rehdiger. *collyris;* edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *colliris;* 15. 17. 20. 23. *coliris;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, 54. *accolitur;* Vinetus *Colyris;* Voſſius et reliqui *Anticinolis.* TZSCHVCKE. *Cynobus et Colliris*) Scribendum *Cimolis accolitur* ex Plinio, [6, 2. ſ. 1.] Strabone [12. p. m. 376. ſ. 545.] et Ptolemaeo. [5, 4. in.] BARBARVS. Aldus: *Tum Cinobus et Coliris.* Hermolaus caſtigavit: *Tum Cimolis accolitur.* Nos legendum putamus: *Tum Cinolis, Anticinolis* ex Strabone [c. l.] et Arriano in Periplo. [Ponti Euxini p. 15. Hudſ.] PINTIANVS. *Tum Cimolis accolitur*) Poteſt etiam *attollitur* legi, ut infra lib. 3. c. 6. *Longe ab eo Taurus attollitur.* SCHOTTVS. Legendum: *Tum Cinolis, Anticinolis, et quae Paphlagoniam finit Armene.* Ita fere meliores libri, et ſic legendum eſſe recte vidit Pintianus. Inepta ſunt aliorum commenta. VOSSIVS. *Tum Cinolis, Anticinolis*) Varia paſſim occurrunt talia loca ab Graeco ſermone ſic appellata, quoniam ſibi invicem adverſa. Sed ea nuſpiam ab Mela agnoſcuntur, niſi hic, ut voluit Pintianus cum Voſſio. Et cur id volunt? nullam profecto cauſam addunt, niſi quod poſtremus dicat: Ita fere meliores libri, et ſic legendum eſſe recte vidit Pintianus; inepta ſunt aliorum commenta; quum Pintianus plane non cauſetur veteres libros. Et quomodo legunt veteres libri? Nempe ante Hermolaum legebatur *Cynobus et Colliris.* Ipſe in MS. legi *Cinobus et Coliris.* In Chiſiano legitur *Cynobus et Colliris*, in Mediolan. *Cynobus et Colliris.* Nec dubito, quin, ſi non eundem, certe ad ſimilem modum legatur in aliis omnino omnibus; in qua ſcriptura, quod veſtigium eſt litterarum *anti?* et quae illa via eſt, per quam hinc veniemus ad ſcripturam, quam nobis imponunt viri illi doctiſſimi? Itaque ego hanc Anticinolin

appono Solinianis Antifchytis. Immo corrigendum eft *Cinolis et Collussa*, quam veriffimam reftitutionem probat Scylacis Periplus, [p. 34. Hudf.] ubi, quum Armene iam attributa fuiffet Affyriae extra Paphlagoniam, huic regioni mox dantur eodem prorfus ordine, quem nunc tenet Mela, Στεφάνη λιμὴν, Κολούσσα πόλις Ἑλληνὶς, Κίνωλις πόλις Ἑλληνὶς, Κάραμβις etc. Nihil poteft accommodatius Pomponio fingi. I. GRONOVIVS. Pintianum lubenter fecuti fumus, cum antea legeretur: *Tum Cinolis et Colliris.* Nec discrepant libri, nifi quod in uno alteroque pro *et* fcriptum invenerim *etiam*, quod, quamvis leve poffit videri, facit tamen ad ftabiliendam Pintiani fcripturam, quam et Artemidorus et Strabo [12. p. m. 375. f. 545.] confirmant. Non admittit tamen hanc lectionem iuvenis Geographus, et ex Scylace mavult reponere Coluffam, et putat hoc propius accedere ad fcriptorum librorum lectionem, quam alterum. Verum hoc fibi, non aliis perfuaferit. Vt fciamus vocem iftam in Scylace recte fe habere, vel unum proferat teftem. Praeterea non eft cordati fcriptoris relictis et omiffis notioribus, ignotiora et iam dudum obfoleta recenfere loca. Caufam tamen affert, quamobrem explodenda fit Cinolis et Anticinolis; dicit enim, varia talia occurrere loca a Graecis fic appellata, quod fibi invicem adverfa fint; fed ea nusquam a Mela agnofci. Nempe quia Mela Rhii facit mentionem, non autem Antirrhii; inde praeclarum hoc conficit argumentum, potuiffe quidem Melam Cinolidis meminiffe, non autem Anticinolidis. Cum vero putat, loca haec fic dicta, quod fibi invicem effent oppofita, et tum quoque fallitur. Locum hoc habere poteft in Rhio et Antirrhio, Rhodo et Antirrhodo, non autem in Cinoli et Anticinoli, Phello et Antiphello aliisque in eadem continente vicinis fibi invicem oppidis, ubi ἀντὶ aequalitatem et fimilitudinem notat. Sic ἀντίπυργος ἰσόπυργος, ἀντίχορδον ἰσόχορδον, ἀντίῤῥοπον ἰσόῤῥοπον, et infinita alia. Sic quoque Antitaurus, Antilibanus, Anticafius, quod

Tauro, Libano et Caſio montibus pares et aequales eſſe crederentur. Haec cum ita ſe habeant, negat iſte tamen, ullam unquam fuiſſe Anticinolin, et mentitum fuiſſe Strabonem et Artemidorum, et oppidum iſtud aeque eſſe fabuloſum, ac ſint Antiſcythae Soliniani. Sed profecto nimium liberalis eſt in interponendo iudicio. Quaerebatur olim, ſi ſit aliqua Antichthon, quinam eam inhabitarent, et ſi in noſtro orbe ultimi ad ſeptentrionem eſſent Hyperborei; num in Antichthone ſimiliter reperirentur Hypernotii. Non admittit illos Herodotus, [4. 36.] quia neque Hyperboreos admittebat, quos prudentiores plerique merito explodunt, cum vita humana in ſemeſtri luce ſubſiſtere nequeat. Magis itaque placuit, ſi ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphaerio eſſent denominandi iſti Scytharum antoeci, ut potius auſtrales Scythae vel Antiſcythae vocarentur. Nec ſolus eſt Solinus, qui ea utitur voce, verum et in ſcholiis ad Aratea Germanici in praefatione ita ſcriptum inveni in optimis et vetuſtiſſimis membranis. *Diviſi autem ſunt a nobis circulo aequinoctiali, qui antichthones nominantur, et videntur humiles atque depreſſi, quibus antipodes infra ſunt; quod ut poſſe videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum, quas* ἀντίχθονες, ἀντίστοιχοι et ἀντισκύθαι *inhabitare dicuntur.* Eadem fere habet Cenſorinus, [vid. Cenſorinus Haverc. p. 132.] qui omnia haec deſcripſit, niſi quod apud illum minus bene *Antiſchepae* pro *Antiſcythae* vulgo legatur. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Mentitur Voſſius, ab Artemidoro confirmari Anticinolin; itidem mentitur, quum ſcribit, me negare, ullam unquam fuiſſe *Anticinolin*, et mentitum fuiſſe Strabonem et Artemidorum. Quis enim ille Artemidorus? Pintianus citat Arrianum in Periplo. Ego ago negotium Melae. Melae reſpectu et huius loci nego *Antiphellon*, et iure nego. Strabonem et Arrianum non tetigi. In Scylace ulli ſuſpicioni locum eſſe probet Voſſius, non a me alium teſtem requirat. Cordati ſcriptoris quid ſit, nunquam ſcivit Voſſius. Men-

titur, quod ſcribit, quia Mela *Rhii* mentionem facit, non autem *Antirrhii*, inde me conficere praeclarum argumentum, potuiſſe quidem Melam *Cinolidis* meminiſſe, non autem *Anticinolidis*. Dixi enim varia occurrere talia loca, quae etiam ipſe adnumerat. Ipſe item ſibi mentitur, quum ſcribit, me falli, quod putem loca haec ſic dicta, quia ſibi invicem eſſent oppoſita; nam in illo ipſo loco ſcribit, Antiſcythas ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphaerio denominari placuiſſe. Certe non aliter conſideravit Pintianus, unde Voſſius nunc ſtat, ad Plinium lib. 5. c. 31. [ſ. 54.] non aliter hodierni interpretes Stephani, ut patet ad v. Ἀντίσαρα. Eat Voſſius, et intelligat ſic τύπον ἀντίτυπον contra Herodotum lib. 1. c. 6. 7. et 68. An vero ſic ἀρκτικὸς et ἀνταρκτικὸς intellexit, aut ἀντίπορθμος, voces Geographicas? Sic quum ipſe abierit ad Antiſcythas, his eum relinquo. Videbis plane ea, quae olim notavi, eſſe omnia ad Holſtenii guſtum in notis ad Ortelium, [p. 55 ſq.] quae repetiit ad Stephanum in v. Αἴβουρα. [p. 12.] I. GRONOVIVS *in notis poſterioribus.* Habes hic varias doctorum virorum emendationes et lectiones expoſitas, quae ſatis difficultatem loci et corruptionem declarant. Nemo enim eiusmodi locum novit, quem libri obtrudunt. Loci tamen mentio ſubeſſe videtur. Quare τὸ *accolitur* Hermolai probari non poteſt, et alias languet. Quod inde Schottus effingit *attollitur*, in aliorum coniectura novae materiem quaeſivit. Pintiani igitur *Anticinolis* magis ſucceſſit, quod locum eius tractus producit ab aliis etiam commemoratum. Habet enim Strabo c. l. innuitque Marcianus in periplo p. 72. (Hudſ.) ubi vulgo Ἀντικίνων legitur, pro quo Voſſius ad Scylacem p. 81. (ed. Gron.) recte emendat Ἀντικίνωλιν. Atque hic eſt Artemidorus, quem Voſſius intelligit, Gronovius diſſimulat, quippe ex quo Marcianus ſua in compendium redacta duxit. At quod non temere monuit Gronovius, aegre nec niſi fidiculis quaſi admotis *Anti* ex Codicum lectione

exprimatur. Propius utique accedit Gronovii *Collussa* vel potius *Colussa* ex Scylace c. l. proxime *Colura* Stephani c. l. quod et hic substituendum putaverat Holstenius p. 12. vel etiam *Colussa*. Nam eandem habet utramque. Sed ut locum hic habere possit, cum Stephanus prope Prienem longe hinc remotam ponat, pro Priene etiam emendat *Armene* vel *Sinope*. *Colura* vel *Colusa* legendum etiam suaserat vir doctus ad marginem edit. 23. qua hic usus sum. Corruptio est manifesta, quam si quis velit adiuvare, vel ex situ locorum aliorum vel ex ipsa voce conlata medicinam petat. In vicinia quidem praeter *Callistratiam* Ptolemaei 5, 4. quae tamen vox posteriori parte nimis abundat, nihil occurrit. Depravatio vel initium vel finem infecit. Si *Col* recte habet, *Colussa* possit substitui, si recte terminatio *is*, *Anticinolis*. Nam incredibile, quantum eadem verba vicina distorqueant et divexent librarii. *Anticinolis* mentio recentior erat Melaeque notior. *Et* offendit ante *Coliris*, nisi ad hoc ipsum verbum male avulsum pertineat, cum Mela in hoc nexu, quando sequitur *et*, *qui*, *quam*, quibus ultimo loco aliquid adpendit, omittere soleat; cf. 2, 6, 9. 2, 7, 7. et 12. 3, 1, 8. Attamen nec hoc perpetuum esse contendo, si alia repugnent. In Plinio 6, 2. s. 1. tantum est: *Cimolis* et *Stephane*. Locus noster sine melioribus Codicibus vix sanari potest, et emendationes a viris doctis propositae difficultatibus variis premuntur. Quid substituendum esset, diu in hac fluctuatione haesitavi. Tandem cum incertum incerto compensare temerarium videretur, ut saltem aliorum praesidio tectus incederem, propagavi vulgatum hodie, *Anticinolis*, Strabonis maxime auctoritatem reveritus. Alias pro *Colussa* ex Scylace magis adrideat Κορωνίς. Ceterum *Cimolis* et *Cinolis* in auctoribus scribitur, ut utraque ratio fluctuetur. In Strabone etiam pro Κιμωλὶς Codices mei habent Κίνωλις et Ἀντικίνωλις.

Armene) Parif. *Armeniae;* Rehdiger. *Armente;* Cibin. *Armenae,* ut edd. 6. 7. 8. 9. 10. Alii Codd. *Armene.* Vadianus inde a prima editione praetulit *Armine,* et fic, qui eum reddunt, etiam edd. 30. 32. 35. 37. Hinc iterum Voffius revocavit *Armene*, quod et manfit. TZSCHVCKE. *Armine*) Scribendum cum adfpiratione in prima et *e* brevi in penultima *Harmene* ex Strabone, [12. p. m. 375. f. 545.] Ptolemaeo [5, 4.] et Arriano, [in periplo Ponti Euxini p. 15. Hudf.] quamvis Ptolemaeus fine adfpiratione fcribit. Hermolaus autem, qui *Armine* agnofcit cum *i* in fecunda, ubi id legerit, ipfe viderit. Ptolemaeus certe, quem advocat, tam Graecus, quam Latinus, item Stephanus *Armene* legunt fine adfpiratione. PINTIANVS. Graeci auctores fere, Strabo etiam, fpiritu leni fignant, et fic Plinius 6, 2. f. 1. et quod maxime valet Geogr. Ravenn. 2, 17. et 5, 10. cuius tamen aetate adfpiratio vigebat, etfi vitiofe fcribit *Armone.* In aliis enim diverfam rationem fequi maluerunt Latini, aut Grammatici. Vnus, quod fciam, Xenophon de expedit. Cyri 6, 1, 9. habet Ἀρμήνη, uti etiam ex eo notat Stephanus. Nempe η ex dictantis ambigua pronuntiatione exceptum erat pro ε. Arrianus enim in periplo Ponti Euxini p. 15. (Hudf.) ubi eundem Xenophontis locum indicat, habet Ἀρμένη. Adfpirationem Strabonis petit ex prima interpretis Latini verfione, in qua *Harmena* legitur. Poterat Pintianus meliori iure adferre Scylacem p. 33. Hudf. ubi praefigitur.

§. 9. *Chalybes)* Lipf. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. uti Boccatius de fluminibus f. v. Termodon *Calibes;* Cibin. *calybes;* alii *Chalybes.* Edd. 1. *calybes;* 2. 9. *Calibes;* Iunt. *Chalibes;* aliae *Chalybes.* Recte. Hinc vero veteres editiones fegmentum paragraphi figno indicant, poft pleraeque novum caput inftituunt praefixa infcriptione *Chalybes,* capitis novi numero vel addito vel omiffo. Vinetus fuo modo cap. 58. hinc notat.

proximi —) Vindob. *proxime habentur;* Cibin. *proximi urbium clarissimas,* et sic Vinetus, Vossius et post edd. 40. 41. 42. At reliqui Codices omnes, in his novem A. Gronovii vocem *urbium* ignorant. Ciacconius pro *urbium* (Vineti igitur usus esse videtur editione) malebat *urbes,* uti post *amnes* pro *amnium,* quod idem Vinetus praeiverat. Equidem sic et cum proxime praecedat *urbes* omittendum putavi, quod et post ed. 42. factum est.

Amison) Rehdiger. *Amyson;* Cibin. *amysion;* Ciaccon. *Animium.* Edd. antiquae dant *Amyson,* quod et Camertinae, Olivarianae, excepta Stephaniana, (33.) Schottus retinuerunt, et in prima posuerat Vadianus. Ἀμισὸς ex Graecis notum, pro quo *Amissum* habent libri in Eutropio 6, 8. f. 7. et Chron. Paschali p. 28. (Ven.) ut alibi passim. Post *Synopen* Codices quidam et edd. antiquae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — Vadianus in ed. 16. et cum ea 18. 21. Olivarianae pleraeque, etiam Vinetus, Schottus per y in prima efferunt. Graecis Σινώπη. Sic in sqq. Vindob. Prag. *cinici;* Cibin. *cymei;* Prag. Rehdiger. *Dyogenis.*

amnes) Cibin. Lips. Venet. Rehdiger. et praeter Mediol. Leid. Voss. reliqui Gronoviani *amnium,* uti cum Vineto, Vossio edd. 40. 41. 42. Ciacconius praeferebat *amnes,* atque haec forma propter Melae orationem in hoc cum superioribus connexu magis adridet.

Halyn) Vindob. Gud. ed. 1. *halin;* Cibin. *halim;* Prag. *Alion;* alii *Halyn.* Edd. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. aliaeque in iis Ald. et Iunt. *Alyn;* quaedam ut 12. 14. *alin* post *alyn.* Sic sine adspiratione *Alyn* multi libri in Curtio 4, 5. in. *Alis* in Lucano 3, 272. Cf. ad Frontin. 1, 5, 4. Nec aliter ex Mela repetit Boccatius de fluminibus h. v. et scribunt Graeca et Latina Ptole-

maei 5, 4. Adſpirationem tamen tuentur viri docti vel aperte, ut Carrio ad Valer. Flacc. 5, 157. vel editionibus factis, ad quae accedit nominis etymologia *ἀπὸ τῶν ἁλῶν*, quam notat Strabo 12. p. m. 386. f. 561. etſi alii nomen *ἀπὸ τῆς ἅλης* derivant, ut monet Caſaubonus ad Strabonem c. l.

Thermodonta) Vindob. Gud. Lipſ. Prag. *termodonta;* Cibin. ut edd. 1. 2. *therodunta.* Poſteriores Vadiani editiones cum 30. 32. 37. *Thermodoonta,* quam ſcripturam, etſi alios etiam auctores invaſit, nec adeo reiicit Graevius ad Iuſtin. 2, 4. in. non ferunt Graeca. Vid. Heinſ. ad Ovid. Metam. 2, 249. Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 80. Heyne ad Virgil. Aen. 11, 659. et quos producit Drakenb. c. l. et Oberlin. ad Vib. p. 205. Sed id vulgo hodie notum eſt. Tamen, cum ante Geſnerum profligata eſſet haec ſcriptura, in eius theſauro L. L. eſt *Thermodoon,* adpoſitis etiam Graecis Θερμωδόων f. Θερμωδῶν, in quibus tamen unice frequentatur Θερμώδων. Sic apud ſpurium Plutarchum de fluviis Vol. 10. p. 765. (ed. Lipſ.) Scylacem p. 80. ed. Gron. f. p. 55. Hudſ. Strabon. 12. p. m. 577. f. 547. ubi tamen Penzelius maluit dare *Thermodoon,* et, qui id maxime evincunt, poetas, Apollon. Rhod. 2, 970. Sil. Ital. 8, 430. pluresque alios.

Secundum) Abeſt in Prag. *Halyn,* ut antea, variatur. Tum Vindob. *urbes.*

Lycaſto) Venet. *Licdeſtro;* Pragenſ. *ligdeſio;* Vatic. 3. *Lhdeſto;* Gud. Vind. et quaedam edd. *licaſto.* TZSCHVCKE. Plinius *Lycaſtum* in textu. [6, 3.] Interpretes Apollonii in ſecundo [v. 373.] *Lycaſtia,* tres fuiſſe ſcribentes Amazonum urbes ad amnem Thermodontem, *Lycaſtiam, Themiſcyram, Chalybiam.* [*Chadiſiam* emendat Holſten. ad Stephan. p. 351.] PINTIANVS.

Cum *Lycaſto* ſit in omnibus libris, retinendam exiſtimo hanc lectionem, quamvis aliis *Lycaſtos* vocetur hoc oppidum. Sed utrumque rectum Λύκαστος et Λυκαστώ, ut Βοῦτος et Βουτώ. Non oppidi tantum, ſed et fluminis Lycaſti meminit Marcianus Heracleota lib. 3. [extr.] qui totus ex Artemidoro Epheſio deſumtus eſt. Sed perperam illic Ἄκαστος vocatur. VOSSIVS. *Lycaſtam* pro *Lycaſtum, civitatem* habet Boccatius de fluminibus ſ. v. *Alis*, et ſic *Lycuſtum oppidum* Plinius c. l. Vir doctus in edit. 23. adſcripſerat legendum Lycaſtos, ſic ut τὸ s exciderit, uti etiam factum eſſe cenſet Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 668. Sic certe etiam Ποντικὴ Λυκαστὸς fuit in Stephano teſte Euſtathio ad Il. 2, 647. in quo hodie tamen ſ. v. Χαδισία legitur: ἀπὸ τοῦ Λυκάστου. Scylax p. 33. Hudſ. Λύκαστος. Tum vero non terminatio ſolum, ſed genus variatur. Cum tamen hic libri omnes tueantur *Lycaſto*, audiendam cenſui Voſſii disputationem.

ad Thermodonta) Vindobon. *a termodonte;* Pariſ. 3. *a Thermodonte*; Venet. Pariſ. 2. Vatic. 1. *at Thermodonta*; Gud. *at termodonta*; Prag. *et Termodonta*; Rehdiger. *ac thermodouta.* Voſſius ex ſuis adfert *a Thermodonta*; Cibin. Vatic. 3. *ad Thermodouta.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. reliquae *a Thermodonte*; Vinetus *ad Thermodontem*, melius poſt Voſſius *ad Thermodonta,* quod retinuerunt alii. Dubium faciunt Codices, utrum *ad Thermodonta*, an *a Thermodonte* ſcripſerit Mela; hoc initium campi, illud ſpatium indicat, quod praeferendum putavi, cum ad Thermodonta Amazonum ſedes commemorari ſoleant.

Themyſcyrium) Lipſ. Pariſ. 1. 2. Vindobon. Venet. Cibin. Rehdiger. *Themiſcurum*; Gud. *Temiſcurum*; Vatic. 3. *Themiſaurum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae,

Olivarianae, Vinetus, Schottus *Themifcyrum*; 6. 7. 8. 10. 17. *Themifyrum*; 15. 20. 23. *Themyfirum*; Voffius ceteris probantibus pofuit *Themifcyrium*. TZSCHVCKE. Scribe *Themifcyra*, non *Themifcyrum* ex Strabone, [12. p. m. 377. f. 547.] Stephano, Ptolemaeo, [5, 6.] Herodoto, [4, 86.] Plinio. [6, 4.] Habetur nihilominus *Themifcyrum*, fed promontorium, non urbs Apollonii Enarratoribus in fecundo. [ad v. 369.] PINTIANVS. Legendum *Themifcyrium oppidum*. Regio five campus *Themifcyra* vocatur. Hinc Θεμισκύρεια πόλις Stephano, et Θεμισκύρειον ἄκρον Apollonio [2, 371.] et aliis. Tralative tamen ipfum oppidum *Themifcyra* nominatur. VOSSIVS. Etfi *Themifcyrium oppidum* dici poffe non nego, uti *urbs Romana*, *Alexandrina* et fimilia, *Idaeus mons*, *Oetaeus faltus*, in recenfu tamen locorum fingulorum continuo vix locum recte habent, obtrudi certe non poffunt. *Themifcyra* plane Codicum terminationi repugnat, etfi ufitata eft in auctoribus. Praeftat igitur in hac nominum crebra variatione retinere *Themifcyrum*, in primis cum Θεμίσκυρον paffim reperiatur, veluti apud Procopium de B. Goth. 4, 2. et 3. pro quo Themiftius orat. 27. p. 333. (1684.) Θεμισκύριον habet. Boccatius, ut Cod. Lipf. de fluminibus f. v. *Termodon* habet *Themifcurum*, *u*, ut faepe, pro *y*. Sic in Procopio c. l. libri quidam. Cf. de corruptionibus huius nominis etiam ad Orof. 1, 2. p. 16. Haverc.

et Amazonum caftra) Τὸ *et* non agnofcit Prag. Idem et Cibin. *Amafonum*. Sed Venet. Parif. 2. Vatic. 3. Bonon. *Amazonum urbes*. Tum fubiuncta verba: *ideo Amazonium vocant* in Vatic. 3. et Parif. 2. non adparent. Non incommoda eft haec lectio, quia in hoc tractu Amazonum urbes 3 vere recenfentur additis nominibus; vid. fupra ad vocem *Lycafto* et Holften. ad Stephan. p. 350. Attamen in *caftra* confentiunt reliqui, nec adfert ea vox, quod mutationem defideret. Ita nempe fedes earum

indicat, quas in migrationibus aliquamdiu hic posuerant. Cf. Procop. de B. Goth. 4, 2. et 3. ubi στρατόπεδον earum commemoratur et describitur.

ideo) Vossius praeposuit *et*, et hinc edd. 40. 41. 42. Sed abest a libris meis, tribus I. Gronovii, quod monuit ad 1, 2, 5. quibus quinque alios addit A. Gronovius. Voss. 5. *ideo et.*

Amazonium) Venet. Rehdiger. *Amazonum*, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae *Amazonum*; Vossius, puto, praeeuntibus Vineto et Henischio in erratis ad calcem (ed. 34.) revocavit *Amazonium*, quod et est in aliis libris, et progatum mansit. In Vatican. 1. tamen forte, cum ed. 23. *Amazonum* fuit. TZSCHVCKE. *Ideo Amazonum vocant)* Sensus est: Post amnem Thermodontem esse campum, in quo fuit Themiscyra oppidum, et Amazonum castra, unde campus ipse dictus sit Amazonum. Confirmat hoc Appianus libro Mithridatico [c. 69.] *Quicunque*, inquit, *circa Thermodontem fluvium terram incolunt, quae Amazonum appellatur.* Strabo quoque undecimo [p. m. 348. s. 505.] tradit, Themiscyram camposque Thermodonti proximos atque imminentes montes, *Amazonum* dictos esse. Nam si *Amazonium* admitteretur, putarem eam dictionem ad Aeolidis *Cymen* magis pertinere, quae dicta est alio nomine *Amazonium*, auctore Stephano. PINTIANVS. *Ideo Amazonum vocant)* Inepta lectio. Vera est scriptorum Codicum lectio: *et ideo Amazonium vocant.* Ita Plinius [6, 4. s. 3.] et alii. Sed et ipsa ratio ita legendum esse monet. VOSSIVS. Plinius c. l. *Amazonium* habet in quinque urbium numero, quae Amazonum olim fuisse videntur, quia Themiscyra adiungitur, etsi numero discrepant auctores, de quo supra. Ἀμαζονίδων ἄστεα omnino vocat Orpheus in Argon. v. 738 pluresque innuit etiam Apollon. Rhod. 2, 996. Alii tamen ante Harduinum legebant in Plinio

Phamizonium, Stephano eſt Φαμίζων, κώμη τῆς Ἀμασείας, Straboni 12. p. m. 385. ſ. 560. Φαζήμων. Harduinus tamen ex Codd. repoſuit *Amazonium*, quod et ſitu ſit accommodatius, quam illud longius hinc trans Thermodontem et Irin remotum. At et ſic *Comana*, quam addit, dubia habeatur. Nempe videtur Plinius aliique urbes enumerare, quae ad Thermodonta, potiorem fluvium, et Irin fuerunt. Sed cf. de Phamizone Strabo c. l. Recte autem Voſſius tuetur *Amazonium*, quod et probant libri. Campum enim vel locum latius patentem reſpicere debet Mela, quia inane ſit et languidum dicere: Amazonum caſtra vocantur ideo Amazonum. Qui enim, ſi nomen illud retineas, aliter vocari poſſunt. Hoc ſit ludere lectores. Immo ex illa re nomen, quod illam rem referat ſeu adtingat, remanſiſſe videtur, ad quod facit Amazonium. Forte, ut ſolet noſter Graecas adpellationes praemiſſae narrationi ſubiicere, ſcripſit: *caſtra: πεδίον Ἀμαζόνων* vocant. Quae verba, cum Latine efferrentur a librariis, ipſa Latina habita poſt transierunt in: *et ideo Amazonum;* cf. 3, 9, 2, 2, 4, 5. Sed nolo huic coniecturae indulgere, cum *Amazonium* bene intelligi poſſit de loco, qui in Amazonum memoriam hoc nomen ſortitus erat. Talis fuit in Attica, ubi Theſeus eas vicerat, de quo Stephanus h. v. Plutarchus in Theſeo c. 27. Diodor. Sic. 4, 28. et quos ibi producit Weſſelingius. Hic tamen retulerim non ad unam urbem, Amazonium Plinii, cum vox *ideo* non nova adferat, ſed praecedentia reſpiciat, quae in campo illo fuerunt, ad quem nomen hoc melius refertur. Atque ſic recte *Amazonium* dixit, non *Amazonum.*

§. 10. *Tibareni)* Lipſ. Pariſ. 1. Gud. Venet. *Taberini*; Cibin. *Thabereni*; Pariſ. 3. Rehdiger. puto etiam Vatic. *Tabereni*; Pariſ. 2. Lipſ. in margine *Tibereni*; Prag. *Tiberini*; Vindob. *Tribarini*. Ed. 2. *Tibereni*; 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16.

17. 18. 19. 20. 22. 23. Vadianae *Tabareni*; 14. *Tybareni*; 13. 21. 24. 25. et reliquae *Tibareni*, uti adſcripſerat antiqua manus in exemplari ed. 6. et edd. 32. 37. in margine melius ſcribi monent. *Tabareni* ſcribit etiam Boccatius de maribus ſ. v. Aſiaticum et Euxinum mare. Τιβαρηνοὶ Graecis, unde vera ſcriptura adparet.

Chalybas) Vindobon.-Lipſ. Gud. ut Boccatius cc. ll. *calibas*; Rehdiger. Prag. cum edd. 1. 2. 6. 7. 8. 9. *calybas*; alii Codd. uti iam edd. 3. 4. 5. 10. *Chalybas*. Recte.

in riſu luſuque) Cibin. Vatic. 1. Lipſ. Gud. Rehdiger. Venet. Vindob. *in luſu riſuque*, uti edd. Ald. et Iunt. tantum Vatic. 3. Pariſ. 1. Prag. *in luxu riſuque*. Editiones praeter Ald. et Iunt. *in riſu luſuque*. Quod, etſi per ſe leve eſt, utro ordine verba ſe invicem excipiant, dedi tamen tot libris, quibus etiam auſcultavi in retinenda voce *luſu*, quae cum *luxus* commutari ſolet. Vid. Gronov. ad Senec. Hippolyt. v. 449. Brukhuſ. et Burmann. ad Propert. 2, 23, 79. viri docti ad Nemeſian. eclog. 4, 11. Drakenb. ad Liv. 1, 52. 1, 57, 9. 5, 6, 3. Arntzen. ad Aurel. de V. I. cap. 9. p. 91. Erneſti ad Tacit. Ann. 13, 20. in. aliique, qui ab illis memorantur. Sic infra 2, 2, 3. in quibusdam libris.

Vltra Moſſyni) Varie hic locus tentatur. Voſſius ex quibusdam libris notavit: *Vltra Tibarenos Moſſyni*, ex pluribus, *Vltra Carambin Moſſyni*. Lipſ. *Vltra Carambini moſim*, et in margine eadem manu: *Carambini populi*, qui ſunt nulli. Pariſ. 2. Gud. Bonon. Cibin. Rehdiger. quibus Vaticani et Venet. adſenſiſſe videntur *Vltra Carambim*; idemque ex ſuo Codice adfert Carrio ad Valer. Flacc. 5, 152. Pariſ. 1. 3. *Vltra Carabin*; Prag. *Vltra carnabim*; Vindob. *Vltra Caribim*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et reliquae. Vinetus

omisit *Carambin*, post Vossius cum sequentibus. Ex meis Codicibus nullus exhibet; *Vltra Tibarenos*; ex editionibus solae exceperunt Reinoldianae. TZSCHVCKE. Forte vacant haec verba, [*ultra Carambin*] aut, *ultra Chalybas* legendum. Sive enim *Carambin*, sive *Carabin* legas, locum non habet haec dictio. Vide Xenophontem lib. 5. de Expeditione Cyri. CIACCONIVS. Alii: *Vltra Tibarenos Mosynoeci*; alii: *ultra Mosynoeci*. Lector arbitrabitur. SCHOTTVS. Et haec quoque depravata sunt ab indoctis. In quibusdam libris legitur: *Vltra Tibarenos Mossyni*. In pluribus vero: *ultra Carambin Mossyni*. Neutrum bene. Carambin promuntorium iam superius memoravit, abestque quam longissime a Mosynoecis. Scripsit Mela: *Vltra Mosyni turres ligneas subeunt*. Passim in Pomponio, ubi *supra*, *ultra* similiaque occurrunt vocabula adverbialiter posita, in praepositiones mutata sunt ab ineptis hominibus, addito aliquo accusativo, aut mutato sequenti nomine. VOSSIVS. Vadianus accidere potuisse putat, ut fide tabulae perperam pictae deceptus auctor, ut saepe fiat, fuerit. Quod vulgatam olim lectionem ex Xenophonte reiicit Ciacconius, intelligit sine dubio loca cap. 4. et 5. ubi narrat iter Graecorum Cerasunte in Mosynoecorum fines factum, unde ad Chalybas, tum ad Tibarenos in urbem *Cotyora*, nostro, quod putant, *Cytorum*, (de quo cf. Vol. 2.) progressi venerunt. Nempe ex his docere vult, Tibarenos, Chalybas et Mosynos contiguis finibus habitasse, et sic recte legi posse: *Vltra Chalybas*. At *Chalybas* invitis libris obtruditur, et proxime ante illa vox adfuit, ut omnes ad eam τὸ *ultra* pertinere sentiant. Τὸ *Tibarenos* sua fide tueatur Vossius; Reinoldius promissa non praestitit. Certe, ut ante docui, Mosynis Chalybes potius fuerunt finitimi, quam Tibareni, si Chalybas omiseris, ut Hecataeus apud Stephanum s. v. Χοιράδες. Tum et *ultra*, quod recte monet Vossius, adverbialiter a Mela in notanda progressione adhibetur. Sic hoc capite extr. 1, 1. extr. 3, 8, 7.

Cf. Perizon. ad 1, 2, 5. Simpliciter et in nexu 1, 2, 4. Certe Carambis longiſſime hinc abeſt, ſi velis adeo ad *citra*, quod praeceſſit ſupra, referre, cum plura alia loca interiecta ſint, et *tum* ulteriorem a Carambi progreſſionem ſatis declaraverit. Videtur igitur vox *Carambin* gloſſa eſſe, qua quis *ultra* voluit declarare, poſt a male ſedula manu in textum invecta. Vncis certe includendam putavi.

Moſſyni) Cibin. Rehdiger. Pariſ. 1. 2. 3. *Moſſini;* Vatic. 1. Cod. Carrionis, uti hic teſtatur ad Valer. Flacc. 5, 152. *Moſſyni;* Vatic. 3. Prag. *meſſini;* Gud. *miſſini;* Lipſ. *moſim*, in margine eadem manu *moſſini; populi reges ſibi deligunt, et eosdem errantes puniunt;* Vindob. *maſoni;* Venet. *mopſini.* Edd. 1. 2 3. 4. 5. 9. 11. 13. *Moſſini;* praeeunte Hermolao, 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Moſſynoeci;* 18. *Moſſynaeci* ex vitio; Schottus Μοσύνοικοι· Vinetus *Mosyni;* Voſſius aliique *Moſſyni.* TZSCHVCKE. Valerius Flaccus [5, 152. nempe olim vitioſe, nunc Moſſyni] et Apollonius [2, 379. 1016.] poetae non *Moſſyni*, ſed *Moſſynoeci;* hoc eſt turricolae. Idem Strabo, [12. p. m. 364. ſ. 528. et p. m. 378. ſ. 549.] idem ceteri. BARBARVS. Scribendum *Moſynoeci* cum uno *ſ*, et correpta prima ex Strabone, [cc. ll.] Stephano, [h. v. ſed vid. infra] Herodoto, [3, 94. 7, 78.] Stobaeo. [qui Sermon. 42. p. 292. (ed. Lugd. 1608.) habet Μόσυνοι.] Quod ſi aliquando cum duplici invenitur apud Apollonium, [c. l.] Valerium Flaccum, [c. l.] aut alios poetas, iure ſuo illi utuntur ratione ſyllabae. Fugit hoc Hermolaum, qui in ſexto Plinii [c. 4.] cum duplici *ſſ* ſemper ſcribit *Moſſynoeci.* PINTIANVS. Legendum videtur: *Vltra Moſſyni.* CIACCONIVS. Vnico *s* ſcripſi et cum *y* Graecam orthographiam ſecutus; *Tibareni* vero per *i*, contra atque in vulgus editum hactenus, οἳ μόσσυνας ἔχουσι Δουρατέους·

τῶν δ' ἄγχι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοὶ, ut Dionyſius Afer, [v. 766.] Strabo vero [12. p. m. 578. ſ. 549.] ἀπὸ μοσυνῶν, ὅ ἐστι πύργων αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. SCHOTTVS. Male et hic *Moſynoecos* reponunt pro *Moſynis*; utrumque enim rectum. Sic Scylax, [p. 33. Hudſ. ubi ante Voſſium Μοσινοὺς] Nicolaus Damaſcenus, [de moribus — in Gronovii theſauro V. 6. p. 5851.] Plinius [6, 4.] et alii. VOSSIVS. *Moſynoeci* vel *Moſſynoeci*, utro modo ſcribas, quoniam in ea variant libri in auctoribus ſupra memoratis, locum habere per Codices nequit. Sed et altera forma, quam illi probant, bona eſt et probata, ſi in quibusdam pro *i* poſueris *y*, dummodo id conſtet, utrum *ſ* ſimplici, an duplici ſcribendum ſit. In quo quidem eadem valet ratio, quae in priori forma, cum a ſcriptura vocis μόσυν vel μόσσυν utrumque pendeat. Vid. Weſſeling. ad Herodot. 3, 94. Holſtenius ad Stephanum p. 211. itemque Berkelius p. 564. Simplici *s* ſcribunt Strabonis libri, et ſic Euſtathius, ubi Dionyſius v. 766. duplici utitur; Stephanus variat, et ſic non ſolum Μοσύνοικοι habet in libris, ubi interpretes propter duo loca volunt Μοσσύνοικοι, ſed et, quod illi neglexerunt, ſ. v. Βιθυνία omnes relinquunt Μόσυνος. Omitto proſaicos auctores, ex quorum libris ambiguis parum efficitur, et ad poetas transeo, quorum praeſidium validius videtur. At hi antepenultimam corripiunt paſſim, uti Orpheus Argon. v. 740. Tibullus 4, 1, 146. Quod ſi alii, plures adeo, τὸ σ geminant, faciant id iure ſuo, quo ſolent breves ſyllabas ſic producere. Dedi igitur *Moſyni*, cum in his parum tribui poſſit Codicibus noſtris, etſi alterum non damno. Cf. Maſerius ad Valerium Flaccum c. l. Voſſius a ſe ipſe disſentit in textu et notis. In edit. 1696. vir doctus adſcripſerat leg. *Moſchi*, quod confinium gentium ſitum turbat praeter neceſſitatem.

turres ligneas) Vatic. 3. Prag. *tres ligeras*. Poſt Carrio ad Valer. Flacc. 5, 152. ex Codice ſuo adfert *praeſignant* pro *perſignant* confuſione nota et facili.

promiſce) Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. aliique *promiſcue,* uti editiones omnes *promiſcue,* ad 45, quae prima poſuit *promiſce* cum aliis ex Voſſ. 1. et Mediolan. quibus addo Cibin. Reinoldius cum ſuis retinuit *promiſcue.* TZSCHVCKE. Mediol. Voſſ. 1. *promiſce.* Gellius praefatione: *Quae libitum erat, cuius generis cumque erant, indiſtincte atque promiſce annotabam;* ubi vide Avum. Macrobius lib. 1. Saturnal. init. ex MS. Thuaneo: *Quae indiſtincte atque promiſce ad memoriae ſubſidium annotaveramus.* Oudendorpius quoque ex Voſſ. 1. malebat *promiſce.* A. GRONOVIVS. Ita paſſim Codices quidam Livii *promiſcus* et *promiſce,* uti notat Drakenborch. ad 5, 47, 7. etſi Livii aetati convenire hanc formam non putat. Multa de ea contulit Burmannus ad Anthol. Lat. lib. 3. epigr. 107. p. 570. ubi *promiſca virtus* dicitur. Videtur utique a poſterioribus eſſe recepta, et ſic occurrit apud Dict. Cretenſ. c. 19. In bonis auctoribus, ſicubi obiicitur, an probanda ſit, dubitatur. Reliqui tamen hic, quia praeferunt Codices praeſtantiſſimi.

et palam) Ante Vinetum haec verba ad ſequentem narrationis partem a prioribus diſtinctione maiori avulſa referebantur. Non igitur primus ſic ordinavit Voſſius, at recte Vineti rationem, quam Schottus neglexerat, excepit tuitusque etiam eſt ad Scylacem p. 80. ed. Gron. ubi haec: Hanc emendationem firmat Diodorus Siculus lib. 14. [c. 30.] *Βαρβαρώτατον δ' ἔφασαν οἱ στρατιῶται τοῦτο διεληλυθέναι τὸ ἔθνος, καὶ ταῖς μὲν γυναιξὶν αὐτοὺς πλησιάζειν ἁπάντων ὁρώντων.* Nihil ſane miri dixiſſet Pomponius, ſi ſcripſiſſet, reges ab iis palam ſuffragio deligi." Tum etiam mire langueat hic particula *et.*

arctiſſima) Cibin. (omiſſa particula *et*) Lipſ. Gud. *artiſſima,* quod et hic dedi. Cf. ad 2, 2, 7.

ubi culpam) Desunt haec in Cod. Rehdiger. *culpem* Vindob.

prave quid) Pro *quid* Vindob. *quis.* In Codice Carrionis, uti hic refert ad Valer. Flacc. 5, 152. *quid* omissum erat, uti et omittitur in edd. ante Vinetum et Vossium omnibus praeter Ald. et Iunt. Addunt Codices mei omnes. TZSCHVCKE. Addenda est vocula *prave quid imperando*, quam omnes libri veteres agnoscunt. Ita etiam Apollonius, [2, 1029.] Σχέτλιος· ἤν γάρ πού τι θεμιστεύων ἀλίτηται, Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσι. Etiam ob minima delicta unius diei fame regulos suos excruciabant Mossynoeci; sed vero, si gravius peccassent, omnino eos fame enecabant. Atque hic quidem videtur sensus esse verborum Apollonii, quae recte interpretatus est Mela, licet contrarium existiment Pintianus [vid. post] aliique viri magni, qui gravissime eum errasse putant, ac λιμῷ ἔχουσι κεῖν' ἦμαρ ita reddendum esse censent, *fami eum enecandum tradunt illo die.* Sed vero interpretatio Melae, ut facilior, ita quoque verior. Porro locus hic distinctione egebat, quae et huic et sequentibus locis non parum adtulit luminis. VOSSIVS.

inedia diei totius afficiunt) Vindob. ut edd. 5. 12. 19. *media;* Cibin. et ed. 1. *inaedia;* Prag. *Meadia.* Post Gud. Vindob. *efficiunt.* Carrio ex Codice suo locum sic refert: *inedia totius diei corpus afficiunt.* TZSCHVCKE. Da veniam, quaeso, humane Lector; libet enim hic tantillum considere. Non est cantandum; *res brevis agitur.* Aestimemusque, an ius nobis aliquod sive civile seu honorarium competat adversus nostrum Melam. Videtur enim (quod cum bona venia tanti viri dictum sit) non percepisse mentem Apollonii Rhodii, quem hoc loco transtulit. Verba Apollonii, quoniam librarii nostri Graecis formis carebant, Latine subtexam,

ſed cum fide. *Miſer*, inquit in ſecundo libro [v. 1029.] de Moſynoecorum rege loquens: *Nam ſi in iure dicundo quippiam peccaverit, ad famem illo die includentes habent.* Mela verba illa *ad famem illo die* pro *illius diei* accepit. At Apollonii enarratores contra intelligunt, eo ipſo die, quo contra ius pronunciaverit, in carcerem trudi, quoad fame pereat; citantque ſuae expoſitionis aſſertores Ephorum et Nymphodorum. Addo ego, adſtipulari interpretibus Apollonii Nicolaum de *Moribus Gentium* [p. 3851. in Gronov. theſ. Vol. 6.] referente Ioanne Stobaeo. PINTIANVS. His, quae ſcripſi adverſus Pomponium, favent verba Plinii lib. 6. [24. ſ. 22.] *ſi quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, ſed averſantibus cunctis et commercia etiam ſermonis negantibus.* IDEM. Non videtur hoc loco Mela transtuliſſe Apollonii verba. Multa enim hic adducuntur, quorum Apollonius non meminit, et veriſimilius eſt, eum ab aliquo accepiſſe, qui aliter, quam Ephorus ac Olympiodorus, rem tradiderit, ut ſunt ſemper auctores varii. Certe Xenophon de *Exped. Cyri* lib. 5. [c. 4, 15.] de eorum rege haec tradit. Vide illum locum. Quare legendum videtur *inedia conficiunt.* Cn. Pompeius in epiſtola ad Senatum in Fragm. Salluſtii 245. [p. 963. ed. Cort.] *Quem, quantum in vobis eſt, fame miſerrima omnium morte confeciſtis.* Pomponius inf. hoc cap. *nec ferro dimicant, ſed, quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt.* Et lib. 3. c. 8. *Serpentes ab avibus, quas Ibides appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt;* ex quibus verbis apparet, illum in cuſtodia haberi, et quoniam publice alitur, inedia diei totius affici, ſi quid male imperaverit. CIACCONIVS. Obſervavit Pintianus εὐστόχως, ut ſolet, Apollonii Rhodii locum male, ut vulgo legitur, reddidiſſe Pomponium, niſi forte, quibus hodie caremus, auctores ſit ſecutus. Quid ſi, ut et ſymbolam aliquam conferamus, *inedia diei illius aff.* parva commutatione legamus? Nam *diei totius* ſine

libris temere iugulare, religio ſit; tametſi a librario, ad oram adſcriptum, in ſeriem tralatum eſſe aliis videatur. Apollonii verſus lib. 2. Argon. verſ. 1030. exſcripſi, ne quis forte a libris defectus requireret. Pintianus enim non librorum Graecorum, (quibus abundabat) ſed characterum inopia non expreſſit: Σχέτλιος, ἣν γάρ πού τι θεμιστεύων ἀλίτηται, Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν. Quem in locum eruditiſſimus Scholiaſtes: Ἱστορεῖ Ἔφορος καὶ Νυμφόδωρος περὶ τούτων, ὅτι τὸν βασιλέα αὐτῶν ἄδικόν τι κρίναντα ἐγκλείουσι καὶ λιμαγχονοῦσι. Eadem fere Stobaeus περὶ νόμων καὶ ἠθῶν Serm. 42. Μόσυνοι τῶν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατάκλειστον. Ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτὲ βεβουλεῦσθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι. SCHOTTUS. Melam ſuperiori nota tuetur tamquam fidum Apollonii interpretem, de quo cum aliis dubitare licet. Immo noſter aut ſuo arbitrio et ad poenam verius reddidit Apollonium, aut alios auctores ſecutus eſt. Nempe cum *totius diei* poſuerit noſter, ad eundem, quo prave quid imperavit, diem referri commode nequit, nec omnino ad eundem referri Codices patiuntur. Tum etiam auctores, quibus hodie utimur, varie rem produnt, aut omnino cibo privaſſe, aut inedia necaſſe, aut cuſtodia coercuiſſe. Ita praeter memoratos, qui et hic conſuli poſſunt, Scymnus Chius in fragm. v. 165. Anonymus de Ponto Euxino p. 12. (Vol. 5. Geogr. minor. Hudſ.) Loca adponam Vol. 2. Quod Ciacconius pro *adficiunt* mavult *conficiunt*, uti Codices reſpuunt, ita nec verba *diei totius* admittunt. Deinde etiam per ſe bene dicitur, *inedia adfici*, ut de ieiuno exercitu *torpore* et *inedia adfici* apud Frontin. 2, 5, 23. *ſiti* 3, 7, 6. *malo* Phaedrus 1, 5, 10. ubi vid. Burmannus. Et ſic in aliis. Ceterum de commutatione utriusque verbi vid. ad 3, 7, 2.

inculti, pernoxii —) Forte *aſperi, incultique, et noxii appulſis*, ut lib. 2. c. 1. [c. 7.] *Scylla ſaxum*

eſt, Charybdis mare, utrumque noxium appulſis. CIACCONIVS. Sine graviori cauſa obtruditur haec emendatio, cum et *pernoxius* ex more noſtri dicatur, nec forma orationis illi ſit inuſitata.

§. 11. *Dein)* Sic Venet. Cibin. Gud. Alii *Deinde*, uti edd. ad Gronovianam 44. Reinoldianae retinuerunt *Deinde.* Ciacconius malebat *Dein*, etſi cauſam non ſubiecit. Parum refert, ideoque, quod inveni, excepi. Vinetus inde cap. 59. exorditur.

Macrocephali) Cibin. Vindobon. *macrocefali;* Prag. *maccephali;* Rehdiger. *Merocephali.* Ed. 10. *Machrocephali.* Scriptura vera nota.

Becheri) Abr. Gronov. ex ſuis Codd. adfert: *Diſcheri, Diſceri, Dyſceri, Diſcerii, Diſcari.* In aliis ſingulatim haec reperiuntur, Chiſ. Mediol. Vatic. Pariſ. 3. Cibin. Vindob. puto etiam Venet. Havn. *Diſcheri;* Lipſ. Gud. Rehdiger. et alius I. Gronovii *Diſceri;* Prag. *driſceri;* Ciaccon. *Bechires;* Boccatius ſ. v. Euxinum mare *diſcari.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. reliquae cum Vineto, Schotto *Diſcheri.* Voſſius poſuit *Bechiri*, et hinc I. Gronovius in ed. 40. Poſt (41.) *Inſochi*, quod repetiit A. Gronovius in ed. 42. Inde idem (44.) recepit praeeunte Reinoldio *Becheri* et ſic reliqui. Sequens nomen perinde vexatur in libris. Chiſian. *Bryſedi;* Mediolan. Cibin. Vindobon. Lipſ. Pariſ. 2. puto etiam Vatic. 1. Venet. Havn. *Buxedi;* Pariſ. 1. 3. Vatic. 3. Rehdiger. Boccatius c. l. *Buſedi;* Gud. *Buſcedi;* Prag. *bus edirare* (adnexa proxima voce) igitur *buſedi;* alius I. Gronov. *Briſcedi;* Ciaccon. *Buzeres.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Olivarianae omnino, Vinetus, Schottus *Buxedi;* 19. hinc Vadiana altera et cognatae, in iis Saling. (1538.) 30. 32. 37. *Buxeri;*

Vossius, Gronovii et posteriores *Buzeri.* TZSCHVCKE. Ceteri non *Discheros,* sed *Bizeres* nominant. VADIANVS. Lego *Bechires, Buzeres,* ex omnibus Geographis, Historicis et Poetis, quibus citandis subinde supersedeo, fastidio parcens. PINTIANVS. Plinius lib. 6. c. 4. *Behires, Buzeri.* Dionys. Perieg. v. 765. Βύζηρές τοι πρῶτα καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων. Adde Stephanum. CIACCONIVS. *Bechiri, Buzeri*) Haec lectio proxime accedit ad veterum Codicum scripturam. Vtrumque vero rectum est *Bechires* et *Bechiri, Buzeres* et *Buzeri,* uti quoque Plinius. [6, 4.] Sane Grammatici notant Βέχειρ et Βέχειρος. Sic Zenobius in paroemiis Βέχειροι, ἐὰν ἀπὸ νόσου σωθῶσι, κυσὶν ἑαυτοὺς παραβάλλουσι. Male vulgo Βακχείριοι. Vsitatius tamen Βέχειρ et Βέχειρες. Perperam apud Stephanum vocantur Βέρεξ pro Βέχειρες, Βέρεξ ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας καὶ Αἰθιωπίας, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός. India enim et Aethiopia regiunculae etiam ad Pontum Euxinum circa hunc tractum erant sitae, uti nos alibi docuimus. VOSSIVS. *Becheri, Buzeri*) Hanc lectionem notat Vossius proxime accedere ad veterum Codicum scripturam. Nec eam tamen, quae fuerit, voluit aperire. — Vt tamen aliquid diceret, Zenobiani Βακχείριοι et Stephani Βέρεξ huc audacissime attrahi debuerunt, in quibus nihil boni dicit. Concedamus postremos Buzeros. An in priori voce non manifeste patent *Insechi* ab Tacito nominati lib. 13. Annal. 57. ut illic ex Florentino Codice pro *Isichi* restituisse se scribit Pichena, quum tamen ipse in isto exemplari legerim *Insochi,* quae vera est lectio. Ἴνσοχοι illic, ut Τάοχοι, ab Stephano collocantur ἐνδοτέρω τοῦ Πόντου. I. GRONOVIVS. Pintianus *Bechires* legit; sed *Bechiri* magis convenit cum scriptura codicum. A. GRONOVIVS. *Discheri,* etsi ex nostro refert etiam Ortelius in thesauro h. v. vox est nihili. Nec tamen *Insochi* Gronoviani substitui possunt, qui debentur Florentini Codicis usui. Rectius subeunt *Bechiri* seu *Bechires;* nam utraque

forma occurrit in auctoribus. Βέχειρ in Stephano h. v. et Etymol. M. h. v. unde Βέχειρες, *Bechires*, veluti apud Suidam h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 762. Plinius 6, 4. Sic Βέχειρες latere videntur doctis quibusdam, H. Stephano, Holſtenio ad Stephan. p. 66. in Orphei Argon. v. 739. refragante quidem Graevio, quem conſuluerat Eſchenbachius, ſed adſentiente Schradero ad Avien. Perieg. v. 945. ex Cd. Voſſ. Rarior videtur eſſe forma altera *Bechiri*. Nam, etſi ſic occurrunt in Scylace p. m. 79. ſ. 33. Hudſ. quia et ibi Βέχειρες legitur, in utro loco nomen vitiaverint librarii, tamen adfirmari nequit. Eadem varietas notatur apud Avien. c. l. Ex aliis certi nihil definiri poteſt, quia caſu obliquo prodit Βεχείρων, Bechirum, quod pro Bechirorum poni potuit, ut notum eſt. Sic Apollon. Rhod. 2, 394. 1244. Dionyſ. perieg. v. 765. Priſcian. perieg. v. 739. ubi libri quidam *Vechirum*, quod invita Wernsdorfii mente haeſit in eius editione. Bechiri idem plane reiicit ad Priſcianum c. l. at promiſcui uſus utramque cum Voſſio fuiſſe arbitratur Schraderus ad Avien. c. l. Certe Βεχείροις legitur in Schol. Apollonii ad priorem locum. Alii tamen ſic exiſtimant, uti hic Voſſius, Berkelius ad Stephanum p. 220. ut Βέχειρες praeferendum videatur. Hic tamen Codices *Becheri* in fine obferunt, nec ſatis certum puto, quod *Bechires* ex ſuo Codice produxit Ciacconius, etſi inde adparet corruptionis in priori vocis parte modus. Certe hi tantum populi ſubſtitui ex nexu poſſunt. Sequentis populi nomen apertius proſtat in libris, ut nemo facile aberrare poſſit. Scribuntur autem et hi terminatione promiſcua. Βύζηρες, Byzeres tamen obtinere magis uſum videtur. Sic Strabo 12. p. m. 378. ſ. 549. Apollon. Rhod. 2, 396. Orpheus Arg. v. 754. Stephanus h. v. Dionyſ. v. 765. Valer. Flacc. 5, 153. Priſcian. Perieg. v. 739. In Scylace p. 78. Gron. ſeu 32. Hudſ. vocantur Βούσηρες, et ſic paſſim alibi in libris *Buzeres*, *Byzeres*, *Byzares*. Poſtremum habet vetus Strabonis verſio

Latina c. l. Ammianus 22, 8. et quidam apud Valer. Flacc. c. l. Cf. ad Prifcian. c. l. Wernsdorf. qui pro *Buzeres* pofuit *Byzeres*. Altera forma *Buzeri* rarior quidem occurrit apud Plin. 6, 4. etfi hunc et noftrum corruptos forte cenfet Schraderus ad Avien. perieg. v. 944. ubi *Byzerum gens* legitur, quod ab eadem forma commode duci poteft, in primis cum in libris etiam fit *Byzeron*, ut v. 960. *Mariandynon*, ubi vulgo *Mariandynum* pro *Mariandynorum*. Igitur cum in altera hac terminatione tantum non omnes libri et in iis meliores confentiant, movendam non putavi. *Becheri* et *Buzeri* emendaverat etiam docta manus ad marginem ed. 23. Sic vero *Iberi*, et *Iberes* et alia paffim.

Cerafus) Lipf. Parif. 1. 3. Vatic. 3. Gud. Prag. Rehdiger. Bonon. Venet. Havn. *Cerafumpta;* Vatic. 1. Parif. 2. Vindob. Voffiani *Cerafunta;* Cibin. *Cerafuntha*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. quaedam etiam divife *Cerafumpta;* unde Boccatius c. l. adrepta priori parte *Cera* fcribit; nempe dividunt etiam Codices; 12. 14. 19. *Cerafumptus;* 30. 32. 37. *Cerus;* reliquae, Hermolao Barbaro praeeunte, *Cerafus*. TZSCHVCKE. *Cerafunta)* Scribi poteft *Cerafus* ex Plinio, [6, 4.] Strabone [12. p. m. 378. f. 548.] ceteris; aut *Vrbes Cerafuntia et Trapezus;* aut certe: *urbes Cerafuntum et Trapezus*. Vt enim *Sipus* et *Hydrus*, etiam *Sipuntum* et *Hydruntum*, ita *Cerafus*, etiam *Cerafuntum* voces. De *Sipunto* Plinius [3, 16. f. 11.] et infra [2, 4, 6.] Pomponius. BARBARVS. Libri legunt *Cerafunta* pro *Cerafuntum*. Vtrumque enim rectum eft *Cerafus* et *Cerafuntum*, *Trapezus* et *Traezuntum*. VOSSIVS. Graecis eft Κερασοῦς. Sic Scymn. Chius in fragm. v. 173. Arrian. in periplo Ponti Eux. p. 17. Hudf. aliique. Latinis etiam *Cerafus*. Manfiffe eam formam ad pofteriora tempora docet Geogr. Ravenn. 2, 17. et 5, 10. in quo tamen loco dicit *Cerafum*, fed et *Trapezum*. Libris tamen ut

ſuccurreret Hermolaus eadem forma adtulit Hydruntum, Sipuntum, quibus Trapezuntium, etſi hoc ſine ulla auctoritate addit Voſſius. Ita quidem intelligi poteſt, quomodo delabi huc potuerint librarii, cum uſum aliorum in *Trapezus* ſecuti ſint. Κερασούντων legitur in notitiis Gr. epiſcopatuum, unde videatur tum neutrum plurale etiam hac forma fuiſſe, Latine igitur *Ceraſunta.* At et ibi eadem forma ſubiicitur Τραπεζούντων, quam in hac voce reiecerunt librarii. Omnia hic tamen revocanda ſunt ad uſum illum, qui aetate Melae in his dominatus eſt ſuo arbitrio. Quaedam enim Graecorum οῦς, όεις retinuerunt, alia in *untum, ontium* traduxerunt. Sic *Metapontum,* etſi commode a Metapus deſcendiſſe putant Salmaſ. ad Solin. c. 2. ſ. 8. Heyne in opuſc. academ. Vol. 1. p. 209. not. 9. Contra conſtanter *Opus* vel *Opoes,* ut noſter, non *Opontum* vel *Opuntum.* Quod denique *Ceraſuntia* quaſi urbs propoſuit Hermolaus, hic et ad Plinium 6, 4. etſi et Ceraſunta, ni potius vitium irrepſerit, ut urbs Romana, Syracuſana, a more noſtri alienum eſt, nec aptum conſilio narrationis, quod diſerta nomina ipſa requirit. Aut igitur nova forma *Ceraſuntum* poni debet, aut cum aliis *Ceraſus.* Hoc praetuli, illud notavi a male ſedula manu forte ortum.

Trapezus) Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Rehdig. puto etiam Venet. Havn. *Trapezos;* Cibin. abſorpto *t rapezos;* Vindob. *trapezes;* Lipſ. Prag. *trapetos.* Ed. 1. *Traperos;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Trapezos;* 25. (Olivarius) *Trapeſus* et multae Olivarianae; aliae *Trapezus.* Recte, De hac tamen forma *os* pro *us* in hoc nomine et aliis, ubi Graece eſt οῦς vid. Muncker. ad Hygin. fab. 176.

§. 12. *Inde)* Vindob. *unde;* poſt Lipſ. *iis;* Gud. *his,* uti edd. 6. 7. 8. et aliae quaedam, ut alibi; Prag. *in his.* Tum Gud. *dictus* commutatione crebra, de qua monui ad Eutrop. 10, 1. n. 16. ubi addi poſſit

Bentlei. ad Horat. Sermon. 2, 2, 56. Schwartz. ad Plin. panegyr. c. 53. p. 232. Poſt libri *bosforo,* plures *bosphoro,* quod notum.

ſe in ſinu) Tò *ſe* omittit Gud. Poſt Venet. et forte Vatic. cum edd. 15. 17. 20. 23. *in ſinum.* TZSCHVCKE. Caſtigandum puto: *atque inde ſe in ſummum adverſi litoris flexum attollens.* PINTIANVS. Forte: *Atque unde ſe in ſinum adverſi litoris flexus attollens.* Et ſic legit Aldus, niſi quod habet *inde;* non *unde.* CIACCONIVS. *Atque inde ſe in ſinum adverſi* etc.) Ita [ut hic dedi] reſcripſimus autoribus libris. VOSSIVS. *In ſinu* non libris tantum reſpondet, ſed et ipſi rei eſt accommodatius. *Inde* repetitum reſpicit etiam bene ſuperius.

flexus) Vadianus inde ab ed. prima (16.) repoſuit *flexu,* eumque ſecutus Olivarius praeeunte etiam ed. 24. Vterque a ſuis redditus. At libri omnes *flexus,* qui et hic ſpectatur. Poſt vitioſe 30. 32. 37. *attollentes.* Pro *facit* Bonon. *fit.*

huc) Pariſ. 3. Prag. *hinc;* Rehdig. *hunc;* Pariſ. 1. 2. et Venet. videntur habuiſſe *hic.* Edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Camertinae, Ald. Iunt. Vadiann. Olivarr. 21. 28 30. 32. 35. 37. *hinc;* 5. et cum Voſſio 40. 41. 42. et Reinoldianae *hic;* Vinetus *hoc* pro *huc* puto, (illud ſic ſupra ſcriptum in conlatione) quod dant Mediolan. alius I. Gronovii, omnes A. Gronovii et reliqui ex meis. TZSCHVCKE. Lego: *Hic Phaſis erumpit,* ut ſit tritum dictionis ſchema, Melae maxime. *Hic Colchi; hic Phaſis; hic oppidum; hic Phryxi templum; hic orti montes.* PINTIANVS. *Hic* legit Pintianus. Ego vero nihil muto. Non enim ſemper ſchematis et tropis addictus eſt Mela. Haec enim alternat, *Hinc, Hic,* ſi animum advertas. SCHOTTVS. Olim vulgo legebatur *hinc.*

Pintiano placuit eiusdem voculae repetitio. Reſtitit illi Schottus. Approbavit Voſſius. Ego manifeſte in MS. legi *huc*, ut eſt et in Mediolan. Nec in his tam noſtrae voluntati indulgendum, quam, quid Melae placuerit, ſcrutandum et ſequendum. Id vero declarat auctor lib. 1. c. 18. *Huc ab Idaeo monte demiſſus Scamander exit.* Lib. 2. c. 7. *Vnde Alpheus creditur huc agere alveum, atque hic rurſus extollere.* I. GRONOVIVS. Prius non bene *hinc* legebatur, quod mutavit Pintianus. Vtrum vero *hic*, *heic* an *huc* ſcribas, uti habet editio Vineti, cum perinde ſit, de eo utique non litigaſſet Pintianus et ne quidem Mela. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Declarant Codices, Melam non tam voluiſſe *hic* repetere, quam ſingula rebus accommodare. Mox Vindob. edd. 2. 9. *faſis*, uti Boccatius h. v. Geogr. Ravennas 2, 12. aliique eius aetatis.

a Themiſtagora) Tò *a* Prag. omittit; ut edd. 15. 17. 20. 23. Gud. *athenus tagora;* Venet. *Athemiſtagora,* ut edd. 1. 3. 4. 9. pleraeque edd. antiquae, Camertinae, Vadianae, Olivarianae *Atheniſtagora*, tantum 33. et Lugd. 1646. *ab Atheniſtagora.* Poſt *a Themiſtagora* Vinetus, Schottus, Voſſius alii, ut et Codices multi; tantum Lipſ. ſine adſpiratione. TZSCHVCKE. Scribo *a Themiſtagora* ex Herodoto, apud quem frequens eius mentio. [immo nusquam.] PINTIANVS. *A Themiſtagora Mileſio* legendum. CIACCONIVS. Nempe adhaeſit vocula *a*, uti nexus docet cum Codicibus. Atque ita etiam hunc Melae locum mutatis quibusdam in hoc quidem nomine recte refert Boccatius in Genealog. Deor. 13, 68. Error librariorum frequens. Sic ap. Solin. c. 8. in ed. 1491. *Aphiloctete* et poſt *Anaritiis*, et ſic alibi. Themiſtagoram quis praeterea commemoret, nam fallitur Pintianus, equidem ignoro.

oppidum) Abeſt a Prag. Mutato ordine Vatic. 5. ſic: *hic eodem nomine oppidum.*

Phrixi) Gud. Rehdiger. *phrifi;* Prag. *frifi;* Cibin. *phixi.* Edd. 1. 2. 9. 11. *frixi;* 3. 4. aliaeque pleraeque *Phryxi;* et fic Schottus, Voffius et Gronovii ad ed. 45. in qua *Phrixi,* quod ante pofuerant Vinetus, Reinoldius, poft alii retinuerunt. De inconftantia penultimae fyllabae praeter corruptiones librorum alias fupra §. 8. aliqua iam dicta funt. Sed et ferio disfentiunt viri docti quidam, et in Ovidio y retinuit Burmannus. Praeferunt etiam Mauffacus ad Pfeudo-Plutarch. de flumin. f. v. Τάναϊς p. 763. (ed. Lipf.) et Pantinus ad Apoftolii paroem. p. 351. fcilicet quod Phrygia ab eo nomen traxerit. At ferioris haec fcriptura eft aetatis, quare etiam, ubi in Graecis antiquis eft ι, faepe η habent veteres verfiones. Simpliciter igitur fed recte repudiat Heyne ad Apollodor. p. 34.

vetere pellis) Vindob. *veteris pellis aurie;* Prag. *pellis viret nobilis;* Rehdiger. *et vetere.*

§. 13. *Hinc orti —)* Hinc cap. 60. incipit Vinetus.

Rhipaeis) Valde in fcriptura variant libri. Lipf. Cibin. Gud. Prag. et alii cum edd. *Ripheis;* Rehdiger. *rypheis*, uti edd. 1. 9. 11. fed 5. hic et poft *Rhipheis;* aliae ut 7. 8. 12. 13. 15. 17. 20. 23. Vadianae, 30. 37. *Ripheis* vel *Riphaeis;* 14. 24. 25. Olivarianae *Rhiphaeis*, quod retinuit Vinetus. Voffius hic dedit *Riphaeis;* Schottus, Gronovii, Reinoldius, ceteri, uti et repetita Voffii editio Franekerae 1700. *Rhipaeis.* Eadem variatio obfervatur etiam infra, et alibi in aliis, in Graecorum adeo verfionibus, uti Guarinus *Rhiphei montes* pofuit, in Strabone 7. p. m. 204. f. 295. et poft, ubi in Graecis Ῥιπαῖα ὄρη folemni ufu. Atque haec forma melius fervatur in Latinis, quam et tuetur Oudendorp. ad Lucan. 2, 640. et alibi alii vel praeceptis vel exemplis.

Male enim Servius ad Virgil. Georg. 3, 382. deducit a ῥιφή.

exporrigunt) Prag. *et porrigunt;* Gud. omisit *parte;* Vindobon. dedit *eximium et meotida;* Rehdiger. *eusinum;* τὸ *et* ante *Maeotida* ignorant 16. 18. 22. Vadianae. *Maeotida* suo more vitiant libri. Cibin. *moeotida;* Prag. *Meothidarum;* Rehdiger. *meothida;* Vindob. *meotyda.* Edd. 2. 11. *meotyda;* 13. *meotida.* Res nota. Sic Vindob. *tanam,* quod tamen *tanain* esse potest; Gud. Rehdiger. *thanaim;* Prag. *tanaim;* Lipf. *canaym.* Edd. 2. 9. *tanaym;* 3. 12. *tanaim.* — Sed pro *et Tanain,* miro casu deiectus dedit *èciana* Cibin.

in Caspium) Particulam *in* ignorat Rehdiger.

Ceraunii) Vindob. *ceraimi;* Lipf. Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. puto et alii cum edd. 3. 4. 5. 6. 11. 12. 13. 14. (*Cearuni* ex traiectione) 15. 17. 19. 20. 23. forte et aliis *Cerauni.* Melius, quod plures habent, *Ceraunii.* Cf. ad 3, 5, 4.

alicubi) Vindobon. *inde aliubi;* Rehdiger. *idem aliubi;* Lipf. *alibii;* Gud. *aliubi,* ut edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus. Vinetus *alibi,* Vossius cum ceteris *aliubi,* quod praeeunt etiam alii Codices. TZSCHVCKE. *Ii* legendum et pro *aliubi alicubi* V. C. CIACCONIVS. Redundat *aliubi.* SCHOTTVS. Praetulerim *aliubi,* quod sic saepe Plinius adhibet, et magis accommodatum videtur. Redundare tamen propter tot Codicum consensum vix putem, nisi lateat in lectione cod. Lipf. vox *Albani,* unde Albaniae portae apud auctores passim.

Taurici) Vindob. *tauriti;* Prag. Rehdig. *thaurici,* ut edd. 15. 17. 20. 23. Sed vulgata recte habet. Tum *Mosci* Prag. Alii *Moschi* ut edd. Forte vox am-

putata ſic reparari debet, ut ex aliorum uſu legatur *Moſchici*. Et ſic Plinius 5, 27. ubi de his montibus expoſuit. Poſt Prag. *Amaſonici*, uti *Amaſones* in libris paſſim reperitur mollita pronuntiatione. Pro *Caſpii* Cibin. Gud. Rehdiger. *Caſpi*.

Coraxici) Lipſ. Vatic. 3. Prag. Rehdiger. *Coraſici* eadem de cauſa; Vindob. *Coraſcici;* alii *Craxici*, in iis Cibin. Vatic. 1. Venet. Gud. Voſſius ad 1, 2, 5. ex ſuis notat *Corſici* et *Corxici*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Coraſici;* 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Coraxici;* Vadianae cumque iis Saling. 1538. 30. 32. 37. *Coraxirci;* pleraeque recte *Coraxici*. TZSCHVCKE. *Coraſici*) Scribendum *Coraxici*, a monte dicti, cui nomen *Corax* eſt, auctore Ptolemaeo; [5, 9.] ſive a populis *Coraxis*, paulo mox dicendis. BARBARVS. Cf. Plin. c. l. et 1, 10. et 15. ſ. 13.

Caucaſii) Cibin. *cauſaſi;* Gud. Lipſ. Vindob. Havn. *caucaſi*, ut edd. tantum non omnes antiquae et poſteriores, quod et Schottus retinuit. Vinetus, Voſſius et hinc alii recte *Caucaſii*, quod et volebat Pintianus ex aliis omnibus.

appoſiti) Zaluſc. *aliis aliis appoſitis;* Vindob. *ut aliisve appoſitis;* Vatic. Lipſ. Gud. Rehdig. et forte alii *appoſitis;* Cibin. *adpoſitis;* Prag. *oppoſiti*. Edd. antiquae poſt etiam Vadianae, Olivarianae *appoſitis;* 9. 13. *oppoſitis;* Vinetus *aliisque appoſitis;* Schottus *aliisque appoſiti;* ſed *appoſiti* habent iam Ald. et Iunt. ed. Lugdun. 1605. Voſſius poſt, *aliique*. Idem ex ſuo notat Ciacconius, ex Voſſ. 4. et ſuo A. Gronovius, cum in ceteris legatur *appoſitis*. TZSCHVCKE. *Appoſiti* lego. SCHOTTVS. *Appoſiti* legendum margini paternae editionis adſcripſerat Perizonius. Idem participium occurrit lib. 2. c. 1. in. *At per eundem amnem in Maeotida remeantibus, ad dextram Europe eſt, modo ſiniſtro latere*

innavigantium appofita. A. GRONOVIVS. Nexus et vis orationis poftulat *appofiti,* vel potius *adpofiti.* Decepit librarios fonus fimilis.

aliis aliisque) Vindob. *ita aliisque;* Zalufc. *alii aliis;* Cibin. et *ita.* Nectendi particula ufu confirmata melius adiicitur. Cf. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 24, 20, 9. et Corte ad Salluft. Iugurth. 72, 2. Ita etiam ante malim concinnitatis et conformationis caufa. Cf. de *ve* et *que* ad 1, 1. in.

§. 14. *At in)* Cibin. *Ac in;* Vindob. *At in primis.* Idem poft *conftituiffe ferunt;* Gud. *et quod cum;* Venet. *tum caeca;* Prag. *ignari.* Ed. 13. *ignarisque;* Codex Ciacc. *ignaris qua,* probante Schotto. Lapfus in fingulis pronus nec infrequens.

cygni) Vindob. *cieni;* Prag. Gud. *cigni;* Cibin. Lipf. Rehdiger. *cygni,* uti pleraeque edd. etiam antiquiffimae cum Voffio, Reinoldio, Gronoviis ad 44. ubi prodiit *cycni,* quod poft manfit. Ita nempe fcribere meliores MSS. hic et poft adfirmat A. Gronovius. Ex meis poft Vindobon. *cicnium;* Gud. Vatic. 1. *cycnum;* Prag. *cignum;* Cibin. Lipf. cum aliis et plerisque edd. ut antea *cygnum.* Sed Rehdiger. *Zicium,* miro lapfu, nifi quis aliud urbis nomen fubeffe putet, de quo Holften. ad Stephan. p. 331. Confirmat tamen, quod datur, Plinius 6, 4. Si Graeca refpicias preffiusque fequaris, praeferendum erit *cycnus,* quod et hinc derivat Euftath. ad Il. 2, 460. p. 193. in. (ed. Bafil.) ἀπὸ τοῦ κυκᾷν πλέον τῶν ἄλλων τὴν ἰλύν. Hinc etiam viri docti plerumque hodie τὸ *c* in Latinis praeferunt, veluti Heyne in Virgilio. Bentleius in Manilii Aftron. inconftans fertur, modo per *c,* modo per *g.* Cf. 1, 344. 2, 31.

Reliqua) Vindobon. *relique et inculte;* ed. 13. *maria affidendes;* 6. 7. 8. 10. *mare.*

Melanchlaeni) Parif. 1. 2. 3. Lipf. Gud. Rehdiger. Auguftinor. Mediolan. *menanclea*; Bonon. *Menancla*; Cibin. Vindobon. *Menandea* pro *Menanclea*; Venet. *Menanda*; Prag. *Menancla*; Vatic. 1. *Melanclea*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 11. *Menanclea*; 13. *Melancleni*; 6. 7. 10. 12. et poft omnes *Melanchlaeni*. TZSCHVCKE. Scribo *Melanchlaeni* ab atris, quibus utuntur, appellati veftibus; ex Strabone, [qui huc non pertinent] Plinio [6, 5.] et infra Pomponio. [2, 1, 13.] BARBARVS. Ante correctionem Hermolai *Menanchlea* legebatur. Verum cum de his in Europa agat, non video hic recte certo collocari. Herodotus lib. 4. fol. 28. [c. 20. et alibi] etiam *Melanchlaenos* in Europa collocat. CIACCONIVS. Herodotus utique 4, 20. Melanchlaenos in Afia ponit, uti infra 2, 1. nofter. At habet eos etiam in Afia Scylax p. 32. (Hudf.) et cum Heniochis, Coraxis, Gelonis, Colchis aliisque, quos hic Mela recenfet, coniungit. Vix etiam adparet, quod populi aliud nomen hic fubeffe poffit, fi priores vocis partes contempleris in primis ex Codicis Vaticani lectione. Et fic fere *Melanclani* ed. Argentor. 1520. in Ptolemaeo 5, 9. ubi in Graecis eft Μελαγχλαῖνοι, qui auctor praeterea Afiam iis fedem, etfi hinc remotiorem adfignat. Maxime tamen huc facit Plinii locus 6, 5. ubi aperte noftrum refpexit: *Reliqua litorum ferae nationes tenent, Melanchlaeni, Coraxi urbe Colchorum Diofcuriade.* — Herodotum 2, 1. reddidit Mela, hic alium auctorem fecutus, ut vagum hunc populum in utraque parte notaret. Si quis enim populos Maeotidis accolas vel finitimos ab auctoribus recenfitos comparaverit, miram varietatem vagis eorum fedibus accommodatam deprehendet. Idem in Gelonis et Gelono urbe apud noftrum occurrit.

Toretae) Parif. 1. 2. 3. Cibin. Lipf. Venet. Mediolan. omnino omnes fere, quos novi *terreftrea*; tantum Prag. *Terreftica*; Vatic. etiam *terreftria* habuiffe videntur.

Edd. vetuſtae 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 14. *terreſtrea*; 7. 17. *tereſtrea*; 13. *terreſtre*; 15. 20. *tereſtria*; 19. *Terreſtrei*, quod multa exemplaria habere ſcribit Vadianus; 21. 23. 24. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus (minutis tamen hic literis) *terreſtria*; Voſſius *Ecrectice*, et hinc I. Gronovius in ed. 40. poſt idem poſuit *Toretae*, quod receperunt omnes praeter Reinoldium, qui ad Voſſi lectionem rediit. Subnecto alia lectionum monſtra in ſequente nomine. Vatic. Pariſ. 1. 2. 5. Venet. Mediolan. *Sexſolicae*; Zaluſc. Vindobon. Bonon. *ſex ſolice*; Havn. *ſexolicae*; Lipſ. Prag. *ſexolice*; Auguſtinor. Rehdiger. *ſexſolite*; Gud. *ſexolicem*; Cibin. *ſexſoli*, nempe τὸ *ce* aliorum adpendit ſequenti voci. Holſtenius ad Stephan. p. 182. ex Codice adfert *ſexcolici*; I. Gronovius *Seſxolycen*. Edd. 1. *ſexolitae*; 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae ad Schottum *ſexſolitae*, tantum Stephanus (33.) *ſexſolytae*, et antea 15. 17. 20. 23. *ſexſolicae*; Voſſius cum ed. 40. et Reinoldio *Colice*; poſt inde ab 41. *Sedochezi*. Sequitur levior corruptio. Nempe plerique MSS. et omnes edd. habent *Coraxi*; tantum Cibin. *cecoraxi*; prima ſyllaba ex praecedenti voce adhaeſit; Vindobon. *cotaxi*; Pariſ. 1. 2. 5. Prag. *coraſi*. TZSCHVCKE. *Terreſtria, Sexſolitae*) Voces ſine dubio barbarae, quas expoſitionis gratia ſuper litteratas totidem poſitas, aut alias forte ab errone ſcilicet aliquo et peregrinatore indocto adiectas indoctior librarius pro legitimis habuit, reiectis veris et litteratis. Quae temeritas maximas doctiſſimis etiam viris tenebras offudit, veſtigantibus per ſummos labores, quae inveſtigari nequeunt. Has inquam duas voces in tabulis Ptolemaei, quas Modernas appellant, inveni, ubi deſcribitur litus ſiniſtrum Ponti Euxini. Quin et *Tritonicen* legi, de qua infra Mela in initiis *Thraciae*. PINTIANVS. *Menanclea terreſtrea, ſexoli, cecoraxi*) Haec eſt meliorum codicum ſcriptura; alii paulo aliter. Nos illam, quam repoſuimus lectionem, [*Melanchlaeni, Ecrectice, Colice,*

Coraxi,] veram eſſe arbitramur. Ipſas autem hic provincias nominat pro incolis. De iisdem ſimiliter Scylax [p. 31. Hudſ.] Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κωλικοὶ [ſic nempe legit Voſſius pro Κορικὴ] ἔθνος. Colices tamen regionis incolae Coli dicuntur, et ſic ipſe Mela inferius. Ἐκρηκτικὴ vero a Graecis videtur appellatus fuiſſe tractus ille Colchidis inacceſſus et praeruptis undique montibus cinctus, ut vel nomen ipſum oſtendit. Meminit huius regionis Ptolemaeus [5, 10. ſic Cd. Palatin. pro Νεκρητικὴ] et Plinius [6, 4.] VOSSIVS. Cum *Menandea terreſtrea, ſexoli, cecoraxi* ſit meliorum Codicum ſcriptura, teſte Voſſio, qua fronte ſuſtinuit hinc comminiſci *Ecrecticen*, qualiscunque ea Plinio et Ptolemaeo appelletur? Videlicet, quia in Scylace occurrit *Colice* poſt *Coraxos*, ideo et Mela duas, ut loquitur, provincias nominare pro incolis debuit. At tamen Holſtenius [ad Stephanum p. 182.] pro *Sexolitae* teſtatur ſe inveniſſe in libro manu exarato *Sexcolici.* Ego *Seſxolycen Coraxi.* Vt fere mirer, cur Voſſius etiam non correxerit *Coraxice.* Etiam apud Serbonidem paludem eſt ἔκρηγμα, an ideo et χώρα Ἐκρηκτικὴ; In *Sexolice* ſunt aperta veſtigia Sedochezorum, quorum regem memorat Tacitus hiſtor. 3, 48. qui egregie hac congruentia firmantur. Omnia denique ſic videntur componenda: *Melanchlaeni, Toretae, Sedochezi, Coraxi.* Τορέται ἔθνος Ποντικὸν dicuntur etiam Stephano, ubi pariter Holſtenius colligit, eos vicinos fuiſſe Cercetis. Hinc ita edere non dubitavi. I. GRONOVIVS. Difficillima eſt maximeque ambigua horum nominum, in primis prioris *terreſtrea*, emendatio. Veteres quidam interpretes, veluti Munſterus ſubplent *loca*, etſi parum apte, cum populorum hic recenſum aperte agat Mela. Quare nec Voſſii lectio probanda videtur, quae regiones populis immiſcet, et obſcurius nomen obtrudit, ad quod libri minime compellunt. Mirum tamen, quod ex Cod. Zaluſciano ad Voſſii editionem comparato notatur: *Ecrectice, Sexſolice, Coraxi*, ut in

prima voce consensisse videatur. Quod Reinoldius idem repetiit, si libros indicasset, fidem faceret. Equidem propter alios libros omnes dubito. Sed nec certiora protulit I. Gronovius, dum emendat *Toretae*, qui post prodeunt, et *Sedochezi*, qui populi aeque obscuri sunt ac *Sexolice* et similia nomina. Occurrunt quidem in Taciti loco notato, sed vagis indiciis, et ad nexum apte Colerus ibi emendasse videtur: *sub Sedochezi Lazorum regis auxilio*, de quo vid. Ernesti. Ortelius in thesauro Geogr. sub v. *Exobygitae*, hos Ptolemaei 3, 5. populos *Sexolitas* Melae credit, qui tamen in Europa trans Tanaiu siti nimis hinc distant. At latere videntur *Colici*, quam coniecturam maxime adiuvat Codex Holstenii. Atque ita vel *Coli* legendum censuerat vir doctus ad ed. 23. Illorum regio Κωλικὴ commemoratur a Stephano et populus sub nomine Κῶλοι. Idem s. v. Κόραξοι hos populos Colis facit finitimos. Inde apud Scylacem p. 31. Huds. pro Κορικὴ recte Κωλικὴ substituisse videtur Vossius. Sed difficilius est eruere, unde nomen *terrestrea* natum sit. Equidem puto, verba divellenda male et hic librarios coniunxisse et contra, et deinde corruptionibus suis etiam inquinasse. In priori parte latere videntur *Serri*, quos hic commemorat Plinius 6, 5. et cum Achaeis et Cercetis coniungit. Restat *strea sex*, quod *Siraces* innuit, quorum saepe in hoc tractu mentionem facit Strabo, veluti 11. p. m. 349. s. 506. et vicinos facit Achaeos, Zygos, Cercetas, Heniochos, Phthirophagos 11. p. m. 339. s. 492. Siraceni iidem Ptolemaei 5, 9. a Siracena regione dicti, etsi in Ptolemaeo Σηρακηνοὶ scribuntur. In Plinio 4, 26. s. 12. *Siraci* vocantur et in Europa ponuntur prope Tauros Scythas, quod in vagis populis mirum non est. Cf. Tacit. Annal. 12, 15. Dum evolvo notas I. Gronovii MStas, prius item illi placuisse intelligo; posterius mutat in *Suanes*, qui aliis sunt *Suani*, Phthirophagis vicini apud Plin. 6, 4. At hi longius a librorum indiciis recedunt, quare *Serri*,

Siraces, Colici praefero. Conf. ad 1, 2, 5. ubi *Siraces* ſub alia corruptione latere videntur. De *Coraxis* nemo dubitavit.

Phthirophagi) Mirae huius etiam vocis mutationes. Vatic. 1. *Cleptyrophagi;* Vatic. 2. *cleptitophagi;* Pariſ. 3. *cleptitofagi;* Rehdiger. *cleptirophagi;* Vindob. *deptirophagi;* Vatic. 4. *cletirophagi;* Venet. Bonon. *cletirophigi;* Cibin. *cletyrofagi;* Vatic. 5. *cletitophagi;* Gud. *cleptirophygi;* Pariſ. 1. *elepti Rophigi;* Pariſ. 2. Havn. *Eletirophigi;* Vatic. 4. Prag. *Eleti Rophici;* Mediolan. *cleptyr.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cleptitophagi;* 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Pthirophagi;* 12. 14. *Phthitophagi;* 10. 16. 18. 19. aliae *Phthirophagi.* TZSCHVCKE. *Cleptitophagi)* Scribendum *Phthirophagi* ex Plinio, [6, 4.] Strabone [11. p. m. 542. ſ. 497. et poſt] ceteris, ita dicti, quod in ſorde et ſquallore degant. BARBARVS. Hanc Hermolai emendationem probarunt omnes, tuenturque alii auctores, qui Phthirophagos in hoc tractu cum recenſitis populis producunt, nec ſimili nomine alium norunt. At hinc adparet, quam miſere librariorum manus Melae verba dilaniarint.

Heniochi) Gud. *Haeniochi;* Havn. *Emochi;* Cibin. Lipſ. *haemochi;* Prag. Rehdig. *Eniochi.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Haeniochi;* 2. 9. *aeniochi;* 11. Vadianae, 30. 32. 37. *Eniochi;* 13. 24. 25. aliaeque *Heniochi.* Gr. Ἡνίοχοι. De corruptionibus ſimilibus Oudendorp. ad Lucan. 2, 591.

Achaei) Gud. *achey* in margine *achei;* Vindob. Prag. Rehdiger. ut edd. 1. 2. 9. 11. *achei;* Vatic. 2. lepide *Athei.* Edd. 15. 17. 20. 23. *Chaei.* Gr. Ἀχαιοί.

Cercetici) Gud. *cerdetici;* Vindobon. *certetici;* Venet. *Ierdetici;* Havn. *Terdeci;* Prag. *Tridentici;* Lipſ.

Parif. 2. Bonon. *Terdetici*; Cibin. *cercethyci*; alii *Cercetici.* Edd. 1. 2. 9. 11. *certetici*, ut in ed. 6. antiqua manus voluerat pro *cercetici*; 15. 17. 20. 23. *Tercelici*, aliae inde a 3. *Cercetici.* TZSCHVCKE. Lego *Cercetae*, non *Cercetici* ex Strabone, [11. p. m. 542. f. 497.] Ptolemaeo, [5, 9.] Plinio, [6, 5.] Marcellino. [22, 8.] Meminit et Alexandrinus Hefychius, [h. v.] in quo vitiofe fcriptum eft *Cercertae gens Indica* pro *gens Scythica.* [vel, ut alii volunt Sindica.] Dionyfius Byzantinus [v. 682.] *Cercetios* nominat. Nam *Cerceticus* poffeffivum potius eft, quam gentile nomen, unde *Cerceticus portus* Ptolemaeo. [5, 9.] PINTIANVS. Adfentior in altero. Nam *Cercetae* longius relinquit libros; at *Cercetii* proxime accedit. Nempe *Cercetici* adiectivum eft, ut idem docuit. Et fic Orpheus in Argon. v. 1044. Κερκετικόν τ' ἀνδρῶν φῦλον, vel Κερκετικῶν, uti ex Cod. Mofcov. adfcripferat Matthaei. Accedit, quod notante Euftathio ad Dionyf. c. l. ipforum terra Κερκετὸς dicta eft, unde *Cercetii* de incolis ufitatius defcendit, et ab his *Cerceticus.*

et iam) Codices et edd. antiquae, in iis Vadianae coniunctim *etiam* fcribunt. Olivarianae variant, etfi prima, 24. divife profert, quod nunc receptum placuit. Vinetus tamen *etiam*; Cibin. *eciam*; Prag. et ed. 6. *et in confinio*; Vatic. 3. *in confinio* omiffo *et iam.* TZSCHVCKE. Videtur fcribendum diftincte: *et iam in confinio Maeotidis* etc. PINTIANVS. Facile coaluerunt hae voces, quae feparatim pofitae hic locum fuum habent. Cf. ad 2, 4, 6. 3, 5, 4. ubi fimilis error libros invaferat. Poft Venet. *Myotidis*; ed. 9. *meotydis.* —

Sindones) Codd. quidam, uti Gud. Rehdiger. *Syndones*, et fic edd. pleraeque veteres, etiam Vadianae, Ald. Iunt. Olivarianae; vitiofe 14. *Scyndones*; Vinetus

Sindones; Schottus *Sindi*; Vossius *Sindones* et inde reliqui. TZSCHVCKE. Legendum *Sindi* cum *i*. *Sindi* enim non *Syndones* Straboni, [11. p. m. 341. s. 495.] Stephano, Marcellino, [22, 8.] Trogo Pompeio, Valerio Flacco [6, 86.] *Degeneresque*, inquit, *ruunt Sindi; glomerantque paterno Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas*. PINTIANVS. *Sindi* mihi videtur legendum, non *Syndones*. Ita praeter ceteros legit Orpheus in Argonaut. [v. 1044.] et Eustathius Dionysii interpres [ad v. 680.] Σινδοὶ οἱ καὶ Σικχοὶ [Ζικχοὶ] λεγόμενοι. Ammianus lib. 22. p. 569. *Sindon* post Borysthenis ostia in Europa collocat, *quam incolunt Sindi ignobiles*. CIACCONIVS. *Sindi* a pluribus vocantur tam Graecis, quam Latinis. Quis cum Mela *Sindones* dixerit, ignoro; neque tamen cum populorum, barbarorum maxime, et remotiorum nomina in terminatione varientur, et suos auctores habere, quos sequeretur, potuerit, mutare ausus non sum. Sic *Iberes*, *Buzeres*, *Becheres* aliique passim altera etiam terminatione prodeunt.

Heniochorum) Cibin. *eniochorum*; Prag. *eniochoron*; Gud. *heniocorum*; Lips. *hemochorum*; Rehdig. *henio quorum fin*. (sic) ed. 25. *Haeniocorum*. Sed vide paullo antea.

Dioscorias) Lips. Paris. 1. 2. *coscoras*; Vatican. 3. *coschcorras*; Prag. *coschorras*; Gud. *choschoras*; Rehdig. *clyostaras*; Vindob. *diaschorias*; Cibin. *dischoreas*; Paris. 3. *dioscoras*; reliqui, puto, cum suis editionibus. Nempe 1. 9. 13. *dioscoras*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. aliae *Dioscorias*; 23. *Dioschorias*; 16. 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, I. Gronov. in ed. 40. Reinoldius *Dioscuras*; post praeeunte I. Gronovio, ab ed. 41. reliqui *Dioscorias*. Si usitatam aliis formam intuearis, *Dioscurias* praeferendum utique videbatur. Ita enim Διοσκουριάς Strabo 11.

p. m. 343. f. 497. Ptolemaeus 5, 10. et 8, 3. in Afiae tabula; Arrian. in periplo p. 11. et 18. (Hudf.) Agathemer. in f. Stephanus h. v. *Diofcurias* etiam Plinius 6, 5. quibus accedunt numi in Rafchii Lex. num. T. 2. P. 1. p. 316. et Eckhelii doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 340. At libri omnes conftanter τὸ ο praeferunt, quod et paffim fit alibi. Sic *Diofcoriadem* dedit in Solino c. 15. f. 20. Salmafius, etfi in notis repetiit per *u*. Sed et edd. prifcae, ut Ven. 1491. habet *o*, uti libri quidam in Ammiano 22, 8. *Diofcoris* Hygin. fab. 275. ubi Munckerus pro *Diofcorida* malit *Diofcoriadam* terminatione Latina. Ifidorus Orig. 15, 1. *Diofcoriam* dicit. Retinui igitur *Diofcorias*, quia et fic dici per linguae rationem poteft, etfi ufus antiquior alteram formam magis probat. Poft Parif. 3. *a Poluce*; Prag. *et caftore et pollice.*

Sindos) Gud. Rehdiger. quaedam edd. antiquae *Syndos*, ut antea et poft. Edd. Lugdun. 1605. et 1609. omiferunt. Vindob. *Sindonium* pro *Sindonum*; Venet. *Syndonum finibus* et inde edd. 15. 17. 20. 23. Schottus *Sindorum.* Cibin. totum locum fic exhibet: *findos ab ipfis terrarum cultoribus in findorum condita eft.* Τὸ *eft* omittunt Vatic. 3. et Prag. TZSCHUCKE. Legendum, ut dixi, *Sindorum*, non *Syndonum.* Praeterea *Syndicus portus* redditur in hoc tractu a Ptolemaeo [5. 9.] et *Sinda* vicus, non *Syndos.* PINTIANVS. Cf. quae de hac forma fupra monui. Ceterum ellipfis in verbis *in Sindonum*, quam voce *regione*, fubplet Cellarius in Geogr. ant. 3, 9, 6. *finibus*, Vadianus, et adponit adeo Cd. Venetus, et ex eo Ald. et Iunt. facile repetitur ex praecedentibus: *In Heniochorum finibus.*

§. 15. *Obliqua tunc)* Vindobon. *nunc*; Ciacconius malebat: *Obliqua tum regio*, non temere, credo. Saepe enim commutantur hae particulae, de quo ad 1, 16, 2. 1, 19, 8. 2, 5, 3. 3, 8, 5. in quibus pofte-

rioribus duobus locis *tunc* in progressione etiam ponitur. Ex Livio multa loca contulit Drakenb. ad 2, 12, 15. Et sic contra *tum* pro *tunc* de tempore apud Ciceronem passim occurrit. Cf. Schwartz. ad Plin. Panegyr. 50, 6. Garaton. ad Ciceron. pro P. Sext. c. 58. nisi ex commistione ortum velis. *Tunc* enim temporis, *tum* ordinis adverbium faciunt Grammatici veteres, ut Caper p. 2241. in Gramm. vett. Putsch. aliique. Equidem malim in progressione, continuatione rerum expositarum praeferre *tum*, quod et apud nostrum ita legitur, uti 2, 3, 3. 2, 4, 6. 2, 6, 9. atque adeo hic reposui, uti 2, 1, 2. 2, 5, 3. 3, 8, 5. ubi cf. notata. Vinetus hinc caput 61. orditur.

in latum) Havn. *in lacum*, ut ed. 35. Rehdig. *in altum*. Sic *latitudo* et *altitudo* commutantur 1, 2, 1. Cf. ad 2, 2, 10.

quam duobus — reddit) In hoc loco varia ex libris notanda obiiciuntur, quae augent interpretes. Codices omnes et vetustae editiones legunt *quam duobus* exceptis forte Parisiensibus, qui cum Vossiana editione consensisse videntur; certe nullum discrepantiae indicium inveni. Vadianus inde ab ed. 16. cum suis dedit *quae duobus — Corocondamam*; secutus est Olivarius cum familia, tum edd. 21. 24. 28. Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Hinc Reinoldius, praeeunte tamen Vineto, revocavit priscam lectionem, quam retinuerunt 44. 45. et sequentes. Post MSS. A. Gronovii *Coracanda, Chorocanda, Corotanda, Corocanda, Coratanda, Corocandam* pro *Corocondame*. Cod. Ciacc. *Corocanda*. Ex meis Vatic. 1. Paris. 3. Lips. Gud. Rehdig. *coracanda*; Cibin. *choracanda*; Vindob. *corrocanda*; Paris. 1. *corocanda*; Prag. *corotanda*; Paris. 2. *coratanda*; Venet. *corocandam*. Edd. 1. 2. *corocanda*; 3. 9. *coracanda*; 4. 5. 11. *coracandam*; 13. 14. *Corocondama*; 6. 7.

8. 10. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voſſius 40. 41. 42. *Corocondamam*, tantum 32. 37. — man; Vinetus *Corocondama*; Reinoldius, A. Gronovius in edd. 44. 45. et ceteri *Corocondame*. Denique Lipſ. Gud. Prag. Ciacc. Rehdiger. *pene inſulam*. Edd. 1. 2. *paene inſulam*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. et aliae *pene inſulam*, uti hodie cum Reinoldio dant 44. 45. et reliquae; aliae *peninſulam*. Variatio nota. Cf. ſupra ad §. 2. TZSCHVCKE. *Coracandam*) Strabo [11. p. m. 541. ſ. 494.] et Ptolemaeus [5, 9.] *Corocondama*. BARBARVS. Aldi exemplaria praeferunt: *quam duobus alveis in lacum et in mare profluens Corocondamam pene inſulam reddit*; propius veritatem. Et minus adhuc mendoſe legeretur: *Corocondama palus inſulam reddit*. Ceterum locus eſt corroſus et mancus, multisque verbis apertiſſime caſſus. Poteſt autem iactura reſarciri ex Strabone, [c. l.] nunquam ſatis laudato Scriptore, ſi ad hunc modum legatur: *quam duobus alveis, altero Anticites amnis in lacum profluens Corocondametin, altero lacus ipſe in mare, peninſulam reddunt*. Alioqui non ſit mihi veriſimile, aquas Corocondametidis lacus ita eſſe libratas, ut, quod videntur ſignificare verba Auctoris, altero alveo profluant in Maeotidem, altero in Pontum; quod tamen ipſum ſi fieret, non iam eſſet peninſula, ut vult Mela, ſed iuſta inſula. De lacu vero *Corocondametide* Stephanus et Strabo: [c. l.] cuius verba pretium operae legentium abſolvent; totam enim hanc controverſiam dirimere videntur. Plinius etiam de hac peninſula in ſexto, [c. 6.] quam ipſe *Eionem* nominat. PINTIANVS. Monui, hunc locum eſſe ambuſtum et verbis fraudatum. Emendavi, ut occurrit. Video nunc paucioribus verbis poſſe eundem ſenſum ſervari. Lego igitur: *quam duobus alveis Anticites in lacum, et in mare profluens Corocondama, peninſulam reddunt*. IDEM. Mei arbitrii res eſſet, *inſulam* legeretur, nec quid temere adderetur. Sic enim

Περιηγητὴς [v. 550.] Ἄλλη ἀπειρεσίη νῆσος πέλει, ἥ ῥά τε λίμνης Ἔνδοθι δεξιτερῇ Μαιώτιδος ἐστήρικται, Cherſoneſum *Eionem* vocatam ibi collocare videtur Plinius lib. 5. c. 6. Strabo lib. 11. Geogr. [c. l.] κώμην Κοροκονδάμην καὶ Κοροκονδαμῆτιν λίμνην vocat, et Σινδικὴν per ι in prima perpetuo ſcribit. SCHOTTVS. Mirum in modum locum hunc depravare conatus eſt Pintianus, cum tamen nihil admodum hic ſit, quod offendere poſſit. Re vera enim hic inſula eſt, non peninſula, ut putat Mela. Tractum enim hunc a continente reliqua ſeparant Corocondamites lacus, et exiens ex eo alveus in Pontum, et praeterea Anticites flumen per hunc ipſum lacum altero oſtio exiens in Maeotin. Hoc tamen non credit magnus Strabonis interpres, [ad c. l.] et Strabonem errare putat; nam ſic neceſſe eſſe inquit, Anticitem ſubterlabi illa flumina, quae Ptolemaeus [5, 9.] collocat inter hunc lacum et Anticitem. Sed eſt error ipſius Ptolemaei, qui *Atticitem* vel *Anticitem* multo facit ſeptentrionaliorem, quam debuerat, uti nos ad Ptolemaeum demonſtrabimus. Porro ἀποῤῥὼξ illa Anticitae vocatur quoque Hypanis, ut non tantum ex Strabone, [c. l.] verum etiam ex Stephano ſatis colligere eſt. Affirmat enim, auctoritate Alexandri Polyhiſtoris, Hypanim duobus alveis et in Pontum et in Maeotim effluere. Recte itaque νῆσον ἀπειρησίην Dionyſius [c. l.] vocat hanc Sindicae partem, cum undique aut flumine, aut lacu, aut mari ambiatur. Inepte vero Euſtathius haec Dionyſii verba de Taurica Cherſoneſo interpretatur. Sequitur enim apud Dionyſium: Ἧς ἔπι Φαιναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα. Hae enim urbes non in Taurica peninſula, ſed vero in Sindorum ſita erant inſula. Recte itaque auctor ille, quem pueri olim cum Scylace edidimus, Sindicam vocat inſulam. Qui vero peninſulam vocant tractum hunc Boſporanum, illi aliter accipiunt. Intelligunt nempe totam illam oram, quae inter Pontum et Maeotim ad Boſporum usque excurrit, quae non

Sindicam modo, ſed et multas alias gentes complectitur. Errat vero Ammianus Marcellinus lib. 22. [c. 8.] tum quod peninſulam vocet hanc Sindorum inſulam, tum vero gravius in hoc, quod eam in Europa collocet, et Dromo Achillis vicinam faciat. VOSSIUS. Male Vadianus invexit *quae duobus* — quod non niſi ad praecedentem vocem *regio* referri poteſt. At quam importune! Igitur Codicum lectio obtinere debet, et ad τὸ *Corocondame* omnia redeunt, uti legendum ſuadent aliorum auctorum loca et Melae conſuetudo, qua pro *a* in fine praefert *e*. Cum vero aliis, veluti Straboni, Stephano, Ptolemaeo *Corocondame* vicus ſit vel civitas, quorum neutrum propter adiuncta intelligi hic poteſt, recurri debet ad lacum, quem Strabo c. l. vocat λίμνην Κοροκονδαμῆτιν, Stephanus Κοροκονδαμῖτιν, quod et ex eo vult in Strabone Berkelius p. 469. Hic vero lacus auctore Strabone c. l. a Corocondame vico ad 10 ſtadia excurrit in mare, in ipſum vero lacum effluebat ἀποῤῥώξ τις τοῦ Ἀντικείτου ποταμοῦ, ſic ut palude illa, Maeotide et fluvio inſulam effici narret. Addit idem fluvium illum ab aliis Hypanin vocari, qui tamen cum Hypani Europae miſceri nec poteſt nec debet. De Ptolemaei errore recte monuit Voſſius, niſi quis Strabonem male retuliſſe vel fluviorum nomina commutaſſe velit. At pro paene inſula, quam noſter facit, alii inſulam faciunt cum Strabone, Dionyſio, veluti Scymnus Chius in fragm. v. 157. et ex eo auctor anonymus in periplo Ponti Euxini p. 2. (ed. Hudſ.) diſerteque urbes ſequentes in inſula ſitas adfirmant. Hinc et *inſulam* hic malebat Schottus, cui adſentitur Gonzalez, Hiſpanus interpres. An eadem ſit *Alopecia* inſula, apud Priſcian. v. 564. quam alii ante Tanais oſtia ponunt, veluti Plin. 4, 26. ſ. 12. Ptolemaeus 3, 5. qui et *Tanain* vocat, disquirit Wernsdorfius ad c. l. Forte, ſi progreſſionis ſeriem ſequaris, *Alopecia* Priſciani eſt *Atech* apud Conſtantin. Porphyrogen. de adminiſtrat. imperii c. 42. in aditu Boſpori Cimmerii, ad

cuius dextram *Tamatarcha* ponitur, quam *Vcruch* fluvius a Zichia ſeparat, et de l'Isle in tabula exhibuit. Forte eſt alveus ille, qui a Maeotide in Pontum excurrit ab accolis *Tanais* dictus, ut ſcribit Procopius de B. Goth. 4. 4. Tum vero *Sindica* inſula intelligi hic non poteſt, quippe Sindi poſt Zicchi dicti ſunt, a quorum terra Tamatarcha Vcrucho fluvio ſeparatur. Mela tamen a Strabone discrepat, dum ex lacu tantum duos alveos in Pontum Paludemque agit, et ſic peninſulam facit, quae lacu continenti adiungitur. Atque ita Plinius 6, 6. peninſulam hic commemorat. Ammianus Marcellinus c. l. uti nexus docet, Cherſoneſum Tauricam intellexit, ubi olim Sindi conſederant, unde confuſio nata videtur. Antea enim Ammianus in Boſporo agnoſcit duas adeo inſulas, quae ab ipſo vocantur *Phanagorus* et *Hermonaſſa*, in quo conſentit Stephanus ſ. v. Ταυρική. Cf. etiam ſ. v. Φαναγόρεια et Ἑρμώνασσα et Avien. in perieg. v. 755. Adparet diverſas de hoc tractu auctorum editas eſſe narrationes, temporum forte etiam diverſitate ortas.

Hermonaſſa — Phanagoria) Varie et haec nomina depravantur. A. Gronov. in Mediol. aliisque MSS. eſſe dicit *Hermonoſſa*. Primi nominis partem truncatam alteri fere ſic adpendunt Codd. mei, uti Cibin. Vatic. 1. 2. et alius Cod. in ed. 23. notatus, Pariſ. 1. 3. Lipſ. Prag. Gud. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *hermonos;* Pariſ. 2. *ermonos;* Vindob. Rehdiger. *hermones.* Tum Cibin. *Saccephoes;* Vatic. 1. 2. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. *ſaccephoe;* Vindobon. Rehdiger. *ſacephoe;* Vatic. 3. Prag. *ſacephe.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *ſaccephoe;* reliquae fere *Hermonaſſa;* tantum Olivarius *Hermanaſſa*, quod tamen non omnes Olivarianae reddiderunt; 28. *Hermonaſſa;* 42. *Hermonaſſe.* Tum 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Cepo;* 10. 13. *Cepoe;* 12. 14. 19. *Cephoe;* 35. 39. 40. *Cepae;* aliae, ut iam olim plerae-

que, *Cepoe*. Denique Cibin. (*faccephoes* ante) *panachorea;* Vatic. 1. 2. *Spanacorea;* Parif. 1. 3. *Spana crorca;* Vatic. 3. Prag. *Spanadorcha;* Lipfienf. Rehdiger. *Spanacorca;* Gud. *Spanochorcha;* Parif. 2. *fpanardoca;* Havn. *Spanadorca;* Vindob. *fparacotea.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Spana Corea;* 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. (ante *cepo*) *ephanagoria;* 10. 12. 13. reliquae *Phanagoria.* TZSCHVCKE. Quatuor pollicetur urbes, et quinque [nempe in edd. antiquis Venetis] numerantur Proinde caftiganda lectio eft ad hunc modum: *Quatuor urbes ibi funt, Hermonaffa, Cepoe, Phanagoria et in ipfo ore Cimmerium,* ex Plinio, [6, 6.] Strabone, [11. p. m. 341. f. 495.] Ptolemaeo. [5, 9.] BARBARVS. Edidi *Cepoe*, quum Voffius perperam edidiffet *Cepae.* Non Κῆπαι funt, fed Κῆποι. Hinc etiam lib. 2. c. 1. edidi *Arimafpoe*, quum in MS. vidiffem *Arimampfae,* ut eft et in Chifiano, Mediolan. *Arimampfe.* Holftenius teftatur in MS. legi *Arimafpae,* unde et Arimafpas appellatos colligit, quod illi ex Orpheo [Argon. v. 1061.] gratificamur, non ex noftro Pomponio. I. GRONOVIVS. Certiffima eft emendatio ab Hermolao Barbaro propofita, ut dubitationem non admittat.

Cimmerium) Cibin. *cymmerium;* Rehdiger. ut edd. 2. 9. *cymerium;* Vindob. *cimerium.*

§. 16. *ingreffos)* Cibin. Vindobon. *ingreffus.* Ed. 19. *Hanc ingreffos.* Ceterum hic cap. 10. conftituit ed. 11. praemiffis his: *Meotidis Tanaisque defcriptio.*

accipit) Deeft in Rehdiger. Pro eo Prag. *recipit.* Schottus fupra ad vocem *Corocondamam* malit *excipit.* Sine neceffitate, cum Codices in vulgata lectione confentiant. Eandem commutationem vidi in Cod. Prag. apud Orofium 1, 2. p. 23. Haverc. Notant

etiam alibi in pluribus libris viri docti. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 9, 448. Burmann. ad 2, 420. idem ad Ovid. Faſtor. 2, 787. Drakenb. ad Liv. 2, 47, 7. Burmannus ſecundus ad Propert. 1, 8, 20. aliique, quos nominant. Ita quidem omnino ſaepe, ut ambigi paſſim etiam poſſit. Sic et cum *recipit* mutatur paſſim, de quo Heuſinger. et Staveren. ad Nepot. 14, 10, 2.

tangit) Prag. *tangitur*, ut alibi paſſim. Vid. ad 1, 7, 3.

propior) Vindob. Rehdiger. Lipſ. *proprior*, de quo ad 3, 6, 1. plura.

ubi aperitur) Havn. *ibi aperitur;* Prag. *aperit.* Ed. 14. *reperitur.* Idem ſupra notatum 1, 13, 3. TZSCHVCKE. Scribendum puto, *niſi ubi aperit os*, ut alibi [3, 5, 6.] de ſinu Caſpio: *inter Amardos et Paeſicos os aperit.* PINTIANVS. Sic 3, 8, 5. *immani ore aperto.* At hic nimis abrupte contra Melae elegantiam; et vulgata lectio commoda eſt et proba.

aequali margine) Pro *aequali* omnes fere Codices dant *quaſi.* Pariſ. 2. *quã*, quod idem vult; Prag. *qua;* Lipſ. *quaſi quam.* Edd. ante Voſſium omnes *quaſi margine.* Hic primus repoſuit *aequali margine*, nullo renitente. TZSCHVCKE. *Quaſi margine)* Haec nihil ſignificant, et omnino abſurda ſunt. Legendum *aequalis margine obductus.* Dicit enim latus Maeotidis ſuperius et in Ponto Euxino remotius, incurvum eſſe; rectum vero et aequale eſſe littus inferius, quod Ponto vicinius eſt, cui ſimilem facit hanc paludem, quoad formam. Refert itaque arcum Scythicum, de quo iam ſuperius ſatis diximus. VOSSIVS. Vulgatam explicare tentat Ciacconius: *nullos ſinus efficiens.* Sed hic ſenſus

infertur potius, quam effertur. Redeundum eft igitur ad emendationem Voffii facile probabilem.

§. 17. *Maeotici)* Vatic. 3. Pragenf. *Mareotici*; Vindobon. *meotiti*; Venet. *Maotici*; Rehdiger. *meothici*, ut ed. 11. Poft *incolunt* deeft in Prag.

Toreatae, Serachi) Varie haec divexantur. Voff. 1. Parif. 3. *Thaetaes Erachi*; Cibin. *thaethaes erachy*; Gud. Parif. 1. *tatraes erachi*; Parif. 2. Havn. *tatrahes ethaci*; Perizon. *Thathraes Erachi*; Vatic. 4. *Thatraes Ethachi*; Vatic. 5. *Thaetaes Ethachi*; Voff 4. *Theraes Erachi*; Rehdiger. *Theraes Herachi*; Leidenf. *Thetaes Erachi*; Mediol. *theteſerachi*; Voff. 5. *Thraces Ethaci*; Venet. *Thatres Etachi*; Vatic. 3. Prag. *Thetines Ethaci*; Vindobon. *tethenes erachi*; Chif. *themes herachi*; *Erachi* notat ex Codice Holften. ad Ortelium p. 21. Edd. 1. 2. 9. *thaetaes erachi*. Poft divife edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. et aliae cum Ald. Iunt. Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto, Voffio, 40. *Toreatae*, vel uti quaedam, in iis 17. *Thoreatae*; 13. *Oreathae*; 41. 42. *Tatrae*; hinc reliquae *Toreatae* cum Reinoldio. Sequentem vocem ita efferunt edd. 1. 2. 9. *erachi*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. et reliquae antea nominatae *Arrichi*, vel etiam *Arichi*; 13. *Arrechi*; 41. 42. *Serachi*, quod receperunt ceterae. Tantum Reinoldius dedit *Arechi*. TZSCHVCKE. *Toretae* non *Toreatae* Stephanus, [h. v.] Dionyfius, [v. 682. ubi quidem vulgo Ὀρέται de quo inferius] Ptolemaeus [5, 9.] cui *Toretice* promontorium eft, a Toretis nimirum gente. At Strabo in undecimo [p. m. 341. f. 495.] *Toreatae* profert. Item Ptolemaeus [5, 10.] cum uno tantum *r Arichi*. At Strabo, [c. l.] Stephanus, [h. v.] Plinius [6, 7.] *Arrhechi* per duplex et penultima producta, etfi in Strabone etiam Graeco cum *i* in penultima mendofe legatur, ut docet Stephanus, qui *Arrhechi* in

Strabone legit penultima producta. PINTIANVS. Haec ſaepe examinata fuerunt viris doctiſſimis atque etiam iactata. Interim Voſſius nihil de libris antiquis. In mediis his populis in MSS. perſpicue celantur *Seraci*, ut vocantur ab Tacito 12. Annal. cap. 15. Prima vox videtur contracta et corrupta pro *Dadrae*, quod vocabulum interlabente *n* factum pro *Dandrae*, Dandarae, Dandarida et Δανδάριοι Plutarcho in Lucullo. [c. 16.] Similem certe varietatem in his notavit Holſtenius ad appellationem poſtremam Stephani. [p. 91.] I. GRONOVIVS. Pintianus in Dionyſio v. 682. legit Τορέται, ubi hodie vulgo editur Κερκέτιοι τ', Ὀρέται τε — Atque ſic etiam Ὀρέται referunt Euſtathius et Schol. ad c. l. Priſcianus v. 664. Avienus in perieg. v. 867. At cum nusquam in geographia vetere talis gens commemoretur, immo *Toretae* vel *Toreatae*, prius etiam reſtituendum in illis auctoribus malique fontem in Dionyſii prava diſtinctione quaerendum cenſent viri docti. Cf. Wernsdorf. ad Priſcianum et Schrader. ad Avien. cc. ll. Hic etiam omnino Τορέται probat et ita in Strabone 11. p. m. 341. ſ. 495. pro Τορεάται emendat. Ita etiam Plinius, Stephanus cc. ll. neque ad aliam formam referri poteſt Τορετίκη ἄκρα apud Ptolem. 5, 9. et Τόρικος urbs Graeca apud Scylac. p. 31. Hudſ. Quam cum admittant codicum lectiones, ſequi malui. *Tatrae* I. Gronovii plane incogniti ſunt Geographis, et aegre tantum extorqueri admoto eius prelo poſſunt. In Plutarcho c. l. Δαρδάνιοι pro Δαρδάριοι ex Bodlei. 3. recte emendat Bryanus probante etiam Bayero in opuſcul. p. 235. ed. Klotz. eamque emendationem ſuſtinet Strabo c. l. qui in hoc tractu cum Toretis Sindis Arrichis aliisque coniungit. Quod Holſtenium, qui eandem varietatem notaverit, adlegat Gronovius, male Holſtenius miſcet, dum *Daradrae* Ptolemaei 7, 1. *Dardae* Stephani, Δαρδανέες Dionyſii v. 1138. cum Dandariis componit, cum illi in India ponantur, hi ad paludem. Atque ita praeter Strabonem

Tacit. Annal. 12, 15. Dandaridas in Bosporanis agnoscit, si eius *Adorsi*, quod est probabile, nulli alii sunt, quam *Aorsi* Strabonis 11. p. m. 549. s. 506. ad Tanaim. Plinius etiam Dandaros cum Tussagetis et Turcis coniungit, quos tamen Noster hinc remotius ad Tanaim ultra Maeotida ponit, ut Dandari etiam hac de causa minus aptum locum sortiantur, si quis substituere velit. Difficile quidem est veram lectionem eruere vel erutam stabilire. Plinio 6, 7. in Maeoticis populis inde ad Tanaim sunt *Vali*, *Serbi*, *Arrechi*, (vulgo *Archi*) *Zingi*, *Psesii*, et tum post gynaecocratumenos alii, ex quibus tamen aeque incertis vix unus et alter exsiliat. Sed vagantur in vagis his populis ipsi auctores, et caecutire videntur. Proxime omnium, ut iam dixi, accedunt huc *Toretae*. Alterum populi nomen aeque est dubium, etsi *Serachi* vel diserte vel avulso male *s* Codices aliqui exhibent, vel non obscure innuunt; quare etiam recepit Gronovius aliique. Et expedita essent sic omnia, dummodo apud scriptorem idoneum certa illi fide legerentur. Quod enim Tacitum Annal. 12, 15. profert Gronovius, apud quem et Dandaridae occurrunt, valde fluctuantur libri et sententiae doctorum virorum. Forte etiam hac causa motus *Arechi* revocavit Reinoldius, qui quidem ab omnibus hic celebrantur, licet in scriptura varient. Ἄῤῥιχοι Strabo c. l. Ptolemaeus 5, 10. Ἄριχοι, Ἄῤῥηχοι Stephanus, ex quo Strabonem emendat Casaubonus, adsentiente Holstenio ad Stephan. p. 49. et sic in nostro etiam loco legendum censet Casaubonus. Contra utrumque accommodare vult ad Stephanum c. l. de Pinedo. In Plinio 6, 7. pro *Archi* Harduinus revocavit *Arrechi*. Nempe η et ι in Graecis mutari solent. Quod si igitur alios auctores audieris, reponi et hic debet *Arrechi*, atque hoc non temere in antiquis edd. obiici videtur, etsi in his per *i*. Accedit, quod Strabo et Plinius cc. ll. inter Maeoticos diserte numerant *Arrechos*, et, cum supra *Siraces* vel *Siraci*, qui sunt Taciti *Seraci* in Cod. Gud.

iam adfuerint, unum hoc nomen ſit, quod ad Codicum lectionem proxime accedit. Quare cum Reinoldio praepoſui *Arrechi* duplici tantum r.

Phicores) Pariſ. 2. *Phitones;* Vindob. *phicones;* Havn. Vatic. 3. *phitores;* Prag. adglutinata priori voce *Etacitores;* Pariſ. 3. *Picores;* Rehdiger. *phycares;* Chiſian. *ſichares;* Vatic. 2. Cibin. *phycores;* alii *phicores,* uti edd. inde a primis. TZSCHVCKE. *Phycari* Plinio in ſexto c. 7. gens Maeotica eſt, ſed codex ſcriptus *Phycori* habet. Romana exemplaria *Phyceres.* PINTIANVS. Hoc nomen aeque corruptum videtur, de quo praeter Pintianum nemo monuit. In Plinio hodie Harduinus ex Cdd. ſuis repoſuit *Picos* pro *Phycaros,* quos ad Indiae populos ex ipſo Plinio 37, 33. ſ. 8. ablegat, huius tamen noſtri loci plane immemor. Immo alterum hunc Plinii locum lib. 37. propter illum ſollicitat Salmaſius ad Solin. c. 38, p. m. 559. Sed, ſi depravata eſt haec vox, quae videtur, difficile ſit, ex populorum illorum recenſu verum nomen exquirere et probare. Manet igitur, quod nunc fertur, incertum.

Ixamatae) Codd. Lipſ. Vatic. 4. Ciaccon. *Xamatae* ſ. *— e;* tres Iac. Gron. Venet. Gud. Rehdiger. Pariſ. 3. *Xamathae.* Ita etiam ex Codice adfert Holſten. in adnot. ad Ortelium p. 169. Idem tamen ad Stephan. p. 141. *Xamatae;* Voſſius ex melioribus *proxime Xamatae;* Cibin. *proxime Xamatie;* Pariſ. 2. Havn. Prag. *Ramathae* ſ. *— e;* Vindob. *xamanthe;* Vatic. 1. *Axamatae;* Vatic. 2. *Sarmathe;* Pariſ. 1. *Ecamatae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *Xamathae;* 11. *Xamate;* 15. 17. 20. 23. *Laxamatae;* 6. 7. 8. 10. 13. *Iaxamatae;* 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Iaxamathae;* Voſſius *Examatae;* reliquae *Ixamatae.* TZSCHVCKE. *Xamathae)* Scribendum *Iaxamathae.* BARBARVS. Scribendum ſine ulla adſpi-

ratione *Iaxamatae* ex Ptolemaeo, [5, 9.] Plinio, [innuit 6, 7. de quo poſt] Marcellino [22. 8.] PINTIANVS. *Iaxamathae* facti ſunt ab Hermolao, hos correxit Pintianus in *Iaxamatae*. Et hunc ſequuntur editiones, quum olim legeretur *proximi Xamathae*. Holſtenius [ad Stephan. c. l.] videtur recte coniicere, primam literam ab ultima praecedentis abſorptam videri propter ſimilitudinem, legendumque *proximi Ixamatae*, quod ſequendum iudicavi. Í. GRONOVIVS. Probat lectionem Holſtenii et cauſam affert, quae ſi bona eſt, et tum quoque ſcribendum erit *Examatae*. In melioribus enim libris magno conſenſu legitur *proxime Xamatae*. Plinio [vid. poſt] et Valerio Flacco [6, 146. et 569.] non uno loco vocantur *Exomatae*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ita diſcis cauſam, cur Voſſius ediderit *proximi Examatae*. Ego vero nullum talem MS. vidi, et nominaverit Voſſius illos meliores. Nam quod de Valerio Flacco notat, diu ante ad Ammianum lib. 22. c. 8. notavit Valeſius, nec tamen vel ipſe in Ammiano ſic corrigit, nec MSStos ita habere dicit. Adde Caſaubonum ad Polyaeni librum 8. cap. 55. Vtique ad librum 5. c. 1. profeſſus eſt ſe ſcire, in ſexcentis litteram illam priorem *i* adiici. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori. Ixamatae* etiam hic repetita poſtrema praecedentis vocis litera legendum cenſet Gerardus Voſſius ad Valer. Flacc. 6, 146. ubi et ad v. 569. plura dabunt interpretes de dubia huius vocis ab initio maxime ſcriptura. Quod Pintianus et Voſſius Plinii locum adlegant, et olim Io. Baptiſta Pius ad Valerium 6, 146. in editione quidem Harduini nec *Iaxamatae*, nec *Exomatae* inveniuntur. At hoc novi, Herm. Barbarum 6, 7. pro *Sarmatae* emendaſſe *Iaxamatae*. In Marcellino 22, 8. editur quidem *Iaxamatae*, ſed, notante Valeſio MSS. omnes et ed. Rom. legunt *Ixomatae*, cum contra apud Valerium Flaccum cc. ll. in *Exomatae* conſentiant. Polyaeno c. l.

ſunt Ἰξομάται, Anonymo in periplo Ponti Euxini Vol. 1. p. 2. (Hudſ.) Ἰαξαμάται, Scymno Chio in fragm. v. 141. Ἰαζαμάται, ζ pro ξ. Strabo, Dionyſius et alii quidam ignorant. In Stephano corrupte Ἰξιβάται vocantur, iidemque antea Ἰαζαβάται. Quam varie prolatum et iactatum fuerit hoc nomen, adparet. Iam quid proxime ad libros veteres accedat, disquirendum. Prima litera aperte abſorpta eſt, at, quae fuerit incertum facit Cibin. cum quo Voſſ. 1. conſentire ſolet, quippe in quo *proxime* ſcribitur. Reliqui enim omnes *proximi.* Tum vero legendum aut *Examatae*, aut ex plerisque *Ixamatae*, quod retinui cum aliis.

Apud —) Hinc incipit Vinetus c. 62.

merent) Multi Codices, in quibus Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Pariſ. 2. aliique *inhaerent*, ut edd. omnes ante Voſſium, qui primus repoſuit ex Vaticano ſuo et aliis libris veteribus *merent*, quod poſteriores ſervarunt. Probant ex meis Codd. Vatic. 1. 2. et, quod puto, Pariſ. 3. *Ineunt* eſt in Pariſ. 1. TZSCHVCKE. Vide an non redundet *inhaerent.* Multa enim ex gloſſa in Melam irrepſiſſe nemo, paululum modo humanior, nec admodum in eius lectione hoſpes, inficiabitur. SCHOTTVS. *Merent* Vaticanus et alii libri veteres. Vulgo inepte *inhaerent. Pedibus merere* probum eſt et Latinum. Sic Livius lib. 24, [18, 9.] aliique auctores loquuntur. VOSSIVS. Recte. Atque ita evaneſcit non temeraria alias gloſſae ſuſpicio. *Merent* etiam olim placuit Salmaſio ad Solin. c. 35. ſ. 36. p. m. 386.

equeſtre) Forte *illae equeſtres proelium ineunt.* CIACCONIVS. Minime neceſſaria eſt haec emendatio. Oppoſitio ſic tenenda: *Viri, illae,* tum *pedibus merent, equeſtre proelium ineunt.*

Nubunt tamen) Vindobon. *tamen ut nubunt.* Poſt Cibin. *aetatem*; Prag. *hoſtes.*

§. 18. *Rhipaeo)* Cibin. Rehdiger. *ripheo.* Edd. inde ab antiquiſſimis *Ripheo*, *Rhiphaeo*, *Riphaeo*, quod et Voſſius hic dedit, quae quidem omnia dudum exploſa ſunt, et locum Graecae ſcripturae, Ῥιπαῖα, Rhipaei montes, fecerunt, uti et in fine Voſſius. Pro *monte deiectus*, quod et aperte ex hoc Melae loco reddidit Iornandes de rebus Geticis cap. 5. Pariſ. 2. *monte directus.* Poſt edd 6. 7. 8. *cum Maeotis*; Rehdiger. *meothis*, ut antea *thanays.* Ceterum a verbis *Ipſe Tanais* cap. 22. praevia inſcriptione *Sauromatae* exorditur Reinoldius.

aliqua) Prag. Havn. *pars aliqua*; Vatic. 3. 4. *aliqua pars*; Vindobon. *tum preſenti aliqua brumari.* Satis, uti ſolet, vitioſe. Priora gloſſam ineptam redolent, quam nexus faſtidit.

ſolis aeſtum) Vindob. *ſolius aeſtum*; Pariſ. 1. *ſolis aeſtus*, uti dedit Schottus. Poſt pro *idem ſemper* Rehdiger. *et deinde ſemper.*

ſui ſimilis) Voſſius ex ſuis libris adfert *ſublimilis*, puto, *ſubſimilis.* Ex meis Vatican. 1. 5. Vindobon. *ſubſimilis*; Cibin. Lipſ. *ſubſimilis* vel *ſibi ſimilis*, nempe *b* in *ſb* in faſtigio transverſam habebat lineam; Gud. *ſubſilis*; Vatic. 2. Prag. *conſimilis*; Venet. Havn. cum edd. ſuis videntur habuiſſe *ſublimis.* Ita vero omnes editiones ante Voſſium, qui ſcripſit *ſui ſimilis*, quod ex ſuo Codice notat Ciacconius, cum quo Pariſ. 2. 3. conſenſiſſe ex conlatoris ſilentio, qui ex Pariſ. 1. ſolo diverſitatem notaverat, arbitror. Tum vero probari debet haec lectio, niſi etiam velis *ſibi ſimilis.*

§. 19. *Sauromatae)* Cibin. *Sauromathae*; Rehdiger. *Sauromate.* —

Maeotidae) Sic veteres plerique Vossii, et meliores A. Gronovii, alii eiusdem *Maeothidae* vel *Meotridae.* Mei omnes in priori forma consentiunt, tantum ex more aliqui *meotide*, *meothide*, *meotidae.* Edd. 1. *meoticae*; 9. *meothice*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae *Maeotici.* Reinoldius, monente antea Vossio, primum dedit *Maeotidae* et inde ab ed. 44. sequentes. TZSCHVCKE. *Maeotidae* rescripsimus [non tamen in textu] secuti et in hoc veteres plerosque codices. Maeotides sunt Amazones, uti omnes norunt, Maeotidae vero sunt Maeotarum et Amazonum soboles. Μαιωτίδαι γυναικοκρατούμενοι itaque recte dicuntur gentes illae, quibuscum Amazones solebant. Plinius vocat hos *Amazonum connubia* lib. 6. c. 7. *Primo Sauromatae Gynaecocratumeni Amazonum connubia.* Ita libri veteres. Male mutarunt, qui non intellexerunt. VOSSIVS. *Maeotidae* etiam occurrunt in Vopisci Tacito c. 13. et Aureliano c. 16. ubi Salmasius explicat Μαιῶται, quos antiqui dixerunt. At cum *Maeotae*, uti etiam passim Latini, iidem sint qui *Maeotici*, iam antea commemorati, stare hic nequeunt, nec adiecta distinctio satisfacit, cum hos Sauromatas etiam alii vocent, quos diserte Maeotis sic conterminos facit Scylax p. 31. Hudf. Sed cf. Vol. 2. Recte igitur Vossius non solum revocavit *Maeotidae* ex codicibus, etsi alterum reliquit in textu, sed et explicatione commoda adiuvit. Schottus eiicit hanc vocem, de quo post. Vinetus hinc cap. 63. designat.

γυναικοκρατούμενοι) Hanc vocem, quod ex aliis exemplis nemini mirum videbitur, pessime corruperunt librarii. Vatic. 2. *Gynecocta. Tumenae*; Vatic. 3. Paris. 2. *Ginetrae Catumenae*; Vatic. 4. Venet. *Ginne-*

trae Catumenae; Havn. *Ginetrae Catimenae*; Prag. *Gi- netie Catumene*; Vindob. *ginecro cantum enoe*; Reh- diger. *Zinecocratum enoe*; Cibin. *gynecocratum cenoe*; Vatic. 5. Lipf. *Ginecocratum*; Gud. *ginecocratum enoe*, quod et in Parif. 1. 3. et Vatic. 1. fuiffe puto. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *ginecrocatum aenoe*; 6. 7. 8. 10. 13. *gynaecocratumenoe*, pro quo in prima 11. 12. 14. 19. *i* habent; Ald. et Iunt. *Gyneco* vel *Gynaeco Cratumene*. Vadianus Graecis literis expreffit γυναικοκρατούμενοι, hinc Olivarius cum fuis uterque et poft alii. De vocis vera fcriptura, quam iam olim reftituerat Hermolaus Bar- barus, nulla fubeffe poteft dubitatio.

Amazonum) Cibin. Prag. *amafonum*, uti 3, 9, 4. Vatic. 3. *amazona*. Ceterum Schottus totum hunc locum fic conftituit: *Primi gynaecocratumenoe Amazonum. Deinde Nomades fecundos pabulo* etc. Sine re et Codi- cibus. Pro *pabulo* edd. 21. 28. *populo*.

at alia) Sic plerique A. Gronovii et mei. Voff. 2. *atque alia*; Voff. 3. Ciaccon. Rehdiger. *et alia*; A. Gro- nov. *et alios*, fed emendatum in margine *at*; Parif. 2. *at alias*; Gud. *ad alia* tefte quidem A. Gronovio, fed falfo; quippe habet *at alia*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. cum Vadianis *at alia*; 10. *at alias*; 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus *ad alia*. Inde a Voffio rediit *at alia*. TZSCHVCKE. Scio *cetera*, *alia*, *omnia* adverbia, aliter fumi, five, *quod ad cetera*, *alia*, *omnia*, five κατὰ πάντα, καϑ' ἕτερα. Sed aliter plerumque amat Mela. Lib. 2. c. 1. *terrae ad pabula fertiles, fteriles ad cetera*; c. 2. *ad ferociam* etc. *ferax*; cap. 7. f. *ad alia largior*, ut in MSS. nonnullis et edd. vett. cap. 3. *pares ad famam*, et faepe in libro 3. Quare cum Schotti editione hic malim *ad alia*. OVDENDORPIVS *in notis*

A. Gronovii. Ad alia vult etiam Drakenb. ad Livium 37, 7, 15. addita hac cauſa: *Non tentarem, ſi Melam ita alibi locutum conſtaret.* Nempe ſic paſſim optimi auctores promiſcuo uſu modo omittunt τὸ *ad*, modo addunt. Poſterius ex noſtro ſatis vindicavit Oudendorpius. Ita Livius 22, 9, 4. *proelio ad eventum ſecundo,* et ſimilia ſaepe. Sed diverſa hic valet ratio ex obpoſitione, quae deſiderat alterum, maioremque et aptiorem vim adfert.

Gelonon) A. Gronov. ex codicibus ſuis notat *Gelomon*, *Gelonion* et *Gelonique*, ſingulatim ex Perizon. *Gelonyn*, et a ſecunda manu *Gelomon*; I. Gronovius ex Chiſiano et Mediolanenſi adtulit ad 2, 1, 11. *Gelonion.* Mei haec: Lipſ. (hic etiam ante *Budini*) Vatic. 5. Pariſ. 1. 3. Cibin. (qui et antea ſcribit *budui*) Vindobon. *Gelomon*; Rehdiger. *gelonion*; (forte etiam *gelomon*) Cod. Holſtenii, quem ad Stephan. p. 82. memorat, *Gelonon*; Gud. *geloni*; Venet. Vatic. 1. 3. 4. Prag. Bonon. *Gelonique.* Edd. 1. *geſomon*; 2. 9. *gelomon*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et ſic porro Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. *Geloni*, ita, ut diſtinguant ſigno vel maximo, vel minimo, poſt *Budini.* Vinetus poſuit *Gelonon*, et hinc Reinoldius, 44. 45. et ceterae. TZSCHUCKE. *Budini, Geloni* — Nullo modo procedit haec lectio. Nam Herodotus, [4, 108.] a quo omnia haec hauſit Mela, contraria omnia de Budinis prodit, regionem habitare omni genere arborum frequentem. Puto ergo deſiderari in hoc loco verbum *Nomades* communi iam et inſanabili librorum omnium peſte. Nam de Scythis Nomadibus Herodotus [4, 19.] ſcribit, quod hic Mela Budinis accommodat, neque arare, neque ſerere, ſed terram habitare omni arbore nudam. Legatur igitur meo periculo ſic: *Nomades ſecundos pabulo, ad alia*

ſteriles nudosque campos tenent. Budini Gelonon urbem ligneam habitant, ex Herodoto in Melpomene. [4, 19 ſq. et 108.] Lege, deinde pronuncia. PINTIANVS. Alias *Budini Gelonion.* Verum *Coravim* et *Gelonon* urbem in Europa collocat Stephanus, non in Aſia. Vide eum in *Gelonon.* CIACCONIVS. Legendum opinor: *Deinde Nomades fecundos pabulo — campos Budini* absque *tenent.* SCHOTTVS. Alii et quidem veriſimilius ipſam ligneam urbem teſtantur *Gelonum* vocari, quod fortaſſe etiam Mela voluit, ut ſcripſerit: *campos tenent. Budini Gelonum urbem ligneam habitant.* I. GRONOVIVS *MS.* I. Oudendorpius legendum ſuſpicabatur: *Geloni dein*, vel *Geloni denique.* Porro hunc locum prava interpunctione laborantem ex Herodoto 4, 108. reſtitui, praeeuntibus viris doctiſſimis Pintiano, Holſtenio in Caſtigationibus in Stephanum Byz. v. Γελωνὸν et Reynoldo. A. GRONOVIVS. *Nomades* cum Pintiano et Schotto nolim ſine libris obtrudere, cum Mela alios etiam praeter Herodotum auctores ſequatur, nec obſtat, quo minus in illo tractu haec etiam ad Maeotidas pertinere recte poſſint. Prava enim diſtinctione uſus Pintianus ad Budinos illa cum aliis retulit. Sed ne ſic quidem Melam ex Herodoto recte refutat, quippe qui illa de Gelonis, non de Budinis narrat 4, 109. At ſequentem lectionem *Budini Gelonon — habitant* recte idem ex Herodoto ſtabilivit ſuffragantibus Codicibus. Quod Ciacconius monet, eam urbem a Stephano in Europa poni, recte id quidem. At errare videtur Stephanus, qui, quod Geloni cum Budinis in Europa prodeunt ſaepe, neglexit antiquam illarum gentium ſedem, quam olim tenuerunt in Aſia. Certe Gelonos ibi producit Scylax p 32. Hudſ. Cf. etiam Orpheus v. 1059. Budinos Herodotus 4, 122. 123. una cum eorum urbe Gelono. Iam vero, quod poſtea Geloni mutatis ſedibus in Europam migrarunt, Budini illorum urbem occuparunt, quam poſt Darius auctore

Herodoto 4, 123. incendit. Ita Mela ex eo antiquiſſima tempora hic reſpicit, poſterioris aut ſui temporis ratione neglecta. Ita, quod hic licet, breviter loci difficultatem expediri poſſe arbitror, plura de ipſis populis daturus Vol. 2. Incommode autem *Geloni* hic inferciuntur et ſepoſiti ab Oudendorpio iterum excitabantur, quippe quos commemorat lib. 1. c. 2.

Thyſſagetae) Lipſ. *Tiſagete*; Venet. *Tyſagetae*; Auguſtin. *Thiſagethae*; Prag. *cis Agete*; Gud. *tiſſagete*; Vindob. *thiſſagete*; Rehdiger. *tyſſagetae*; Cibin. *thyſſagetae*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Thiſſagete* et — *ae*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Thyſſagetae*; Vadianae etiam *Thyrſſagetae*; Voſſius et reliqui *Thyſſagetae*, quod tamen iam praeiverat ed. 13. et voluerat Pintianus, de quo deinceps. Antiqua manus in ed. 6. adſcripſerat *Thuſſagetae*. Ciacconius in nota adpoſuit: Alias *Thiſſagetes*, codicem ſuum forte innuens, ut alibi. Cauſa varietatis haec eſt, quod apud Valer. Flacc. 6, 135. 140. *Thyrſagetae* adpellantur, quippe quia a thyrſis Bacchicis derivaſſe nomen videtur. Herodoto 4, 22. 125. Stephano h. v. ſunt Θυσσαγέται, Plinio 6, 7. *Tuſſagetae*. Nempe *u* et y in priſcis libris ſaepe commutantur. Praeferenda eſt Herodoti ſcriptura, ad quam etiam ducunt Codices. In Valerio Flacco facile aberrare potuerunt librarii, niſi ab ipſo auctore, ut etymologiam redderet, profecta eſt illa ſcriptura.

Turcaeque) Sic omnes codices et editiones, tantum Vindob. *tiroeque*; Venet. *tureque*; Gud. Rehdiger. *turoeque*. At Cod. Cibin. verba *Turcaeque* — *venando* plane omiſit. TZSCHUCKE. Lego *Thyſſagetae Iurcaeque*

ex Herodoto in Melpomene, [4, 22.] cui *Iyrcae* ſunt, non *Turcae.* Idem vitium in Plinio, [6, 7.] apud quem tamen nulla ratione Hermolaus *Turcae* agnoſcit. *Thyſſagetas* Valerius Flaccus *Thyrſagetas* nominat; Stephanus cum Herodoto [v. nota ſuperior] *Thyſſagetas.* PINTIANVS. Alias *Lurcae.* Plinius 6, 7. *Turcae* habent Stephanus [ubi?] et Euſtathius in Dionyſium. [v. 750.] CIACCONIVS. *Iurcaeque* Pintianus, qui *Turcas* hinc profligavit, atque utinam ex Europa, tamquam Hercules alter, profligaſſet; aereus ſtaret in omnibus foris et compitis. Plinius *Turcas* agnoſcit lib. 6. c. 7. et Simocattus apud Euſtathium in Περιηγητὴν [c. l.] Hunnos, Scythiae populos, Turcos a Perſis appellari auctor eſt. Qui de rebus Turcicis noſtra maiorumque memoria ſcripſerunt, eorumque originem usque a capite arceſſere ſtuduerunt, hanc vocem pro legitima agnoſcunt. SCHOTTVS. Ortelius ſ. v. *Turcae* parum probat Pintiani eam emendationem et maiori adplauſu eos ex Europa, quam ex Mela et Plinio profligaturum fuiſſe cenſet. Sic Cluverius in Germ. ant. 1, 4. p. 56. Pintianum reprehendit, et in Herodoto potius T in I depravatum exiſtimat, nempe ut τὸ Magog Ezechielis hinc tueatur. Quae cauſa pia quidem eſt, ſed admodum fallax. Interim nuper idem viſum eſt Katancſichio de Iſtro c. 8. p. 257. Contra Pintiani iudicium ſequi non abnuerit Valckenarius ad Herodotum c. l. et poſtea Larcher ad c. l. et in indice Geographico p. 198. h. v. et ad Herodot. c. l. T. 3. p. 588. *Iyrcae* reponit etiam Gatterer in commentatione 2. de Sarmatica Pruſſorum — origine in Commentat. Goettingenſ. Vol. 12. p. 161. et 188. et in Mela et in Plinio, ubi adeo Harduinus Turcarum Conſtantinopolitanorum originem hinc ducere non dubitavit. Gatterero adſentitur vir doctus in commentariis Goetting. literariis (Goettingiſche gel. Anzeigen) an. 1798. p. 1811. ſic ut aut *Iyrcae* aut *Iurcae* legatur. Et ſic

idem in Strabone lib. 11. p. m. 539. f. 492. et alibi Σίρακες vel Σύρακες pro Ἰύρκαι pofitos putat. In fcriporibus Byzantinis conftanter Τοῦρκοι fcribuntur, varieque adpellantur, veluti Maffagetae, Sacae, Scythae orientales, Hunni, Perfae, Sacae, (a recentioribus maxime illorum auctorum) Saraceni, quae incertam originem declarant. Diligenter et copiofe in eam gentem eiusque nomen inquifivit Chalcondylas, qui Turcos dictos putat five a vita nomadica, five ab urbe Perfidis *Turcos*. Genus refert ad Scythas, Tataros puta. Sed confuli poteft Stritterus in memoriis populorum — Tom. 3. p. 1 fqq. ubi Turcica conlecta ex fcriptoribus Byzantinis exhibet, Theodorus Gaza de originibus Turcorum p. 121. (Tom. 26. fcriptorr. Byzant. ed. Ven.) Strabo lib. 11. p. m. 360. f. 523. lib. 15. p. m. 500. f. 727. *Cyrtios* effe putat circa Mediam et Armeniam, ex quibus poft facti fint Curti et hinc Turci, et fic Scylacem refert Cyrtos et Turcos perinde habuiffe. Vphagen in Parergis hiftoricis p. 57. putat, Perfas forte omnem Transoxianam regionem *Turan* adpellaffe, atque inde Turcorum nomen ortum; Iurcos autem et Tzurkos olim omnes Nomadas dictos effe. Plura etiam dabit Desguignes allg. Gefch. der Hunnen und Tuerken. Prima Turcorum certa mentio occurrit apud Theophanem Ifaacium (faec. 8.) et Amaftium in legatione Ermechiorum regis ad Iuftinianum I. Vid. Stritter p. 13. c. 1. In Gemara Hierofolymitana quidem p. 56. col. 2. occurrit תורקי, quod Turci effe videtur. Sed quia Iudaeis ignoti erant, et Perfis ante aeram Mohommedicam, Thraces potius habendos eos effe putat Reland. in Palaeftina 1, 17. f. Sed abftineo a prolixiori disputatione. Satis ex his adparere arbitror, Turcos Melae plane ignotos fuiffe. Accedit, quod omnes pofterioris aevi auctores, in quibus prodeunt, Turcos non Turcas vocant. Denique nofter aperte in his reddidit Herodotum 4, 22. in quem minus

cadit depravatio, quod vult Cluverius c. l. quam in ſcriptorem Latinum, ut taceam, ſic Herodotum noviſſe Turcos, omnibus aliis eos poſtea ignorantibus. Quare hic reponere auſus ſum *Iyrcae*, pro quo et *Iurcae* reponi more non inuſitato poſſit.

§. 20. *aſpera)* Cibin. *aſperſa*, vitioſe.

Arymphaeos) Vatic. 1. 2. Cibin. *Arempheos;* Vindobon. *areuipheos;* Rehdiger. *rempheos;* Venet. *Ripheos;* Gud. *moeniphates;* Pariſ. 1. *moenphatos;* Prag. *eſempharos;* Vatic. 3. *eſemphatos;* Vatic. 4. *Axemphatos;* Havn. *Axemphathos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. *Arempheos;* 15. 17. 20. 23. *Ripheos* vel *Rhipheos;* 13. 19. cum poſterioribus *Arymphaeos*, quod et nunc invaluit. *Arimpheos* habet Boccatius de fluminibus ſ. v. *Carambucis*, ubi eadem fere repetit. TZSCHVCKE. Lego *Argippaeos* cum *i* in ſecunda et duplici *pp* et *ae* diphthongo in penultima ex Herodoto in Melpomene, [4, 23.] etſi Hermolaus *Arymphaeos* defendat apud Plinium [6, 7. et 14. ſ. 13.] ex Solini [c. 21. ſ. 17.] auctoritate, malitque Plinium caſtigare ex minutulis ſordidisque auctoribus ſuperque Latinis, quam ex Herodoto Graeco, illuſtri et antiquiſſimo Hiſtorico, apud quem credibile magis eſt reſediſſe vera gentium et locorum nomina, quam apud Latinos praeſertim ignobiles, inſuperque innumeris mendis deformatos, usque adeo, ut ab ipſis, qui compoſuerunt, ſi reviviſcerent, opera ſua agnoſci nequirent. Zenobius [centur. 5, 25.] hos *Orgempeos* appellat. Plinius ſcriptus eodem prope, quo Herodotus, modo, *Argempheos* oſtentat. PINTIANVS. Scriptura vera incerta. Plinius habet *Arimphaei*, vel, ut Salmaſio teſte ad Solin. p. m. 147. c. l. libri habent *Aremphaei;* Martian. Capella lib. 6. p. 214. *Ariphaei*, poſt p. 215. *Arymphaei;* So-

lin. c. l. *Arimphaei* vel *Arymphei*, ut ed. Veneta 1491. pro quo posteriores dederunt *Riphaei;* Ammianus 22, 8. *Arymphaei*, in Cod. *Armephi;* Zenob. c. l. Ὀργιέμπεοι, et sic apud Herodotum in uno codice reperit Gale Ὀργιεμπαῖοι, ubi Salmasius c. l. malit Ἀργιμπαῖοι. Vossius hic nihil monuit, sed ad lib. 2. c. 1. in appendice notat rectius Ἀργιππαίους legi posse, si quid mutandum sit. Equidem in hac fluctuatione, quae inveni, reliqui hac una mutatione, ut pro *y* in antepenultima ponerem *i*, uti hodie editum est 1, 2, 5.

permittitur) Vindobon. *premittitur;* Lips. ut solet, *permictitur;* libri editi *permittitur.* TZSCHVCKE. *promittitur)* Noster in Gallia: *ad Pyrenaeum usque promittitur;* et lib. 1. c. 3. *Deinde rursus Gallia est longe et a nostris litoribus huc usque promissa.* CIACCONIVS. Vulgo *promittitur.* Sed praestat *permittitur.* Sic etiam bene edd. Coclei et Gronovii 2, 5, 5. KAPPIVS *in indice s. v. permitti.* Nescio, unde hic excitetur *promittitur*, quod nec in scripto nec edito libro inveni. Vmbra igitur hic impugnatur, at ipsum corpus in locis indicatis, ubi consuli possunt notata. Quod Vindob. habet *premittitur*, ortum est ex nota illa commistione, nec tanti, ut refutetur.

nemora pro domibus) Hoc ordine posita verba invenit A. Gronovius in decem MSS, ego in meis omnibus. Solae igitur edd. antiquissimae 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae dederunt *pro domibus nemora* ad Reinoldium usque, qui MSS. ordinem redire iussit, quem ab ed. 44. reliquae exceperunt.

baccae) Quaedam edd. ut 1. 2. 13. *bacae*, quae duplex scriptura et alibi obiicitur. Vid. Gesner. et

Schneider. ad Caton. cap. 101. et in Lex. ruſtico h. v. et hic ad 1, 8, 3.

et feminis et maribus) Idem notandum, quod antea ex MSS. et edd. ordine verborum: *nemora pro domibus.*

Sacri itaque) Gud. *ſacrique itaque* moleſto ſono. Tum Vindobon. *eſt* pro *ſit.* TZSCHVCKE. Puto verba tranſpoſita, legendumque: *His iuſtiſſimi mores. Sacri itaque habentur.* Vel potius cum praepoſtere collocata verba viderem, in eam coniecturam veni, ut credam reponendum: *His ſimi* [?] *nares,* unde factum ab imperitis, *His iuſtiſſimi mores.* Herodotus enim [4, 23.] diſerte σιμοὺς hoc loco vocat eodem narrandi ordine. Sed cur *Sacri itaque?* an quia calvitium ob raritatem divinum quid putabant? Vide Syneſium [in encomio calvitii]. Sed vulgata non temere muto. Nam de Iſſedonibus Herodotus poſt: *ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ οὗτοι λέγονται εἶναι.* SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti* p. 543. in ed. A. Gronovii 1748. Sed bene et ſapienter illa retractavit ipſe Schottus.

Rhipaeus) Vindobon. Rehdiger. edd. 15. 17. 20. 23. *ripheus;* Vinetus *Rhiphaeus;* Schottus *Riphaeus;* Voſſius hic recte *Rhipaeus.* Sed hoc leve et ſupra declaratum. Gravius, quod pro *mons Rhipaeus* Vatic. 3. Pariſ. 2. Venet. Havn. habent *nigripes;* Prag. *ingripes,* quod et ad prius referri poteſt. Ortum eſt hoc vitium ex compendio vocis *m* pro *mons,* unde exſtitit *mripeus,* et poſt effictum *miripes, nigripes.* Sed ulterius excurſum eſt. Vatic. 4. protulit *gripeus;* in margine *nigriphes;* Voſſius praeterea in appendice ad 1, 2, 1. ex compluribus et quidem melioris notae, ipſo

teſte, libris excitavit *mons gripes*, ex aliis *nigripes*, ex optimo *mons aegripes*, unde non dubitat, quin Mela ſcripſerit *mons Argippaeus.* Sed vid. ad c. l. Poſt, ut alibi, Codd. quidam, in quibus Cibin. Rehdiger. Vindobon. *occeanum.* Ceterum in libris ſcriptis et primum editis haec fere adpenduntur: *explicit liber primus Pomponii Melae de chorographia,* variatione nota.